Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

kW 382
M 3

1261 M

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

JO. HANEDOESII, JC.
EXERCITATIONES IMPERIALES,
SIVE
MELETEMATA JURIDICA,

Secundum ſeriem titulorum Inſtitutionum Imp. Juſtiniani, Sacratiſſimi Principis, diſpoſita, & ad uſum forenſem pluribus in locis accommodata.

382
M 3

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina PETRI LEFFEN,

CIↃ IↃ C LX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Spectatiſſimiſque

DOMINIS,

Inclytæ Geldrico-Zutphanicæ

SIVE

HARDERVICENÆ ACADEMIÆ

CURATORIBUS,

Literarum literatorumque

Fautoribus ſummis ac Benevolis

Haſce Exercitationes Imperiales

L. M. Q. D. D. D.

Jo. HANEDOES.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Spectatiſſimique

DOMINI,

A Quo tempore Juriſprudentia animum incendit meum, continuò (ut tempora & mores ſinunt) quidam pro captu ſuo mihi conſuluerunt. Alii tyroni adhuc & puero ſpinoſa & intricatiſſima proponenda; alii ad diſputandum quandoque paratum à conflictu penitus avertendum; alii (Philoſophiæ, Literarum, Legumque ſtudiis neglectis) Practicorum chartis impalleſcendum, ſuaſêre. At ubi Prudentiorum exempla ſecutus priora conſilia ſtudiis meis fraudi & exitio futura accêpi, ea, ut maleſana & cerebroſa, inverſo ſtilo mulctanda putavi. Quam primum enim ut Vitæ mortalium, ita & Scientiæ ævum ſuum eſſe & ætatem comperi, ſententias eorum, qui Elementorum incapaces & tenellos animos ad diſpu-

tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tandum impellunt, illis Phreneticis annumerare,qui in duorum ſcalmorum naviculis adhuc rudes, attamen Argonauticas in Euxino gubernare ridiculè velint, haud dubitavi. Et cum etiam virtus cujuſque rei in actione conſiſtat, atque veritas ex adverſo ſibi oppoſitâ falſitate maximè eluceſcat; hinc, qui exercitationis ſtudium penitus abjecêre, eos, ſepoſitâ publicâ utilitate, reditibus ſolum augendis ſuis intentos, & veluti meticuloſos aciem ipſam declinare cenſebam. Poſteriorum verò (ut peſſimorum) judiciis, non ſolum rabulam anſerino ſtrepitu garrire, & inſulſâ voce forum implere; & deformes inde crumenas emungentium ingluvies; & litigantium ob nudam ſæpè victoriolæ gloriam deplorandam ſæpè exiſtere miſeriam: ſed ſi inſuper avaritia (juſtitiæ hoſtis inexorabilis) cauſidicum inſcitum & impudentem invaſit, judiciorum ſanctitate in ſceleratas technas commutatâ, ſplendorem Juriſprudentiæ defenſione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſceleris contaminatam, & plurimis jam ſeculis & Gentibus celebratam juſtitiam brevi deſideratam iri profeſſus ſum. Quocircà pedetentim tutius incedere, quam nimium ad praxin properando labi, aut inter medios fluctus naufragium facere, malui. Quapropter Juri Quiritium (cujus à Regibus, Decemviris, Magiſtratibus, Principibus, qui ereptâ Populo libertate imperarunt, & Juriſconſultis origo) cum me dedidiſſem, illudque compilatorum juxtà imperitiâ & injuriâ temporum obſcuratum deprehendiſſem; juris principiis jam initiato, ad ſolidam juris cognitionem & eruendas authorum ſententias, legendi & meditandi labor abſque diſputandi ſtudio haud ſufficiebat. Hoc enim veritatis lucem à tenebris expurgare, atque nodoſiſſimis ambiguitatibus extricandis conducere videbatur. Et quoniam etiam ad agendum, conſulendum, judicandum, leges ferendas & explicandas exercitatio valet, eâ inprimis ratione, labyrintho Juris Romani incluſos, &

Ariad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Ariadnes filo (id eſt, Sapientiæ ac Literarum ſtudio) haud deſtitutos, etiam feliciter ex tortuoſis ſeculi ambagibus aliquandò evaſuros exiſtimavi. Hæc deficientem & proſtratam quaſi diſciplinam erigere, & laborantem ad ſalutem reducere; & ſicut à puero mutuâ concuſſione lapidum elicitur ignis, ita exercitatio igneas ingenii vires evomere, & quæ ſinguli didicêrunt ad quemcunque tranſmittere viſa eſt. Non ſemper ſtipendio locus aut præſidio; ſed ſtationis, excubiarum, & (ſi res ferat) etiam præliorum neceſſitatem etiam togata militia imponit. Cujus non aures olim tubarum clangor in acie circumſonuiſſet, eum rei bellicæ Præfecturâ indignum Pyrrhus judicavit. Non fortuna aut favore, ſed virtute & meritis ad dignitates promovebat. Ut enim columnæ umbra, illam ſive rectam ſive curvam exhibet, ita & Inferiores Anteceſſorum ſuorum exempla ſequi ducebat. Vigilante etiam in pace Judice, viget juſtitia: eo dormiente flacceſcit: Legis defenſio, Religio, Æquitas &

Fides

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Fides nutant: atque Innocentia ab Improbo pedibus conculcata Themidi ad Imperatorem lachrymas extorquet & querelas. Quibus compulſus, cum ſimul cum meis etiam aliorum ſtudiis promovendis invigilaſſem, de aliorum potius profectu, quam meâ gloriâ ſollicitus, ubi faſtidioſus fori ſtrepitus me carceribus ſuis non penitus delaſſatum dimiſit, ad interceptas haſce Themidi delitias me recepi, atque exercitationes quaſdam Studioſæ Juventutis bono (Divino favore) conſarcinatas implevi. In quibus, quò melius ad veritatem inquirendam cuncta dirigantur, contraria vel diverſa (non omnia, ſed præcipua) brevibus ſolutionibus refutavi. Haſce ſub auſpiciis veſtris (Viri Summates) nunc publici juris facio: non tanquam ægrotus curam præſcripturus Medico; ſed ut huic ingenii noſtri partui, juventuti exercendæ nato, lucem ac pondus ab amplitudine veſtræ dignitatis mutuarer. Magis (fateor) ſeria veſtro digna eſſe patrocinio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

cinio. Verum cum humanitatis veſtræ recordatio , veſtraque æquanimitas , quæ tenuitati præſidio ſit , laborantem timore animum revocârit, ſi eventus (cum is in caſu ſit) conatui non reſponderit , pro certo tamen eſt, voluntatem apud vos in laude fore. Veſtro præ cæteris illuſtri nomine frontem libelli munivi , non ſolum (cum armorum fortitudine & literarum ſtudio roboretur Imperium) quod armis imprimis inclyta literiſque ſit Veſtra Gens ; aut quod Academiæ veſtræ ſplendori fovendo & augendo ſeriò incumbatis ; aut veſtra plurima ſint ergà bonos merita ; ſed quod hâc inprimis tempeſtate clientes adverſus calumniantium iniquitates tuendo vobis non ſolum ſatis virium , ſed & ergà cauſam ſuſceptorum plurimum prudentiæ & fidei ſit. Hoc itaque laboris & obſequii noſtri teſtamen Aræ benignitatis veſtræ impoſitum cupidè & libenter ſi exceperitis , eâ decoratus dignatione Gratiarum veſtarum majeſtatem æternum

vene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

venerabor. Valete (Viri Geldriæ Principes) &, ſi quid votis poſſim, Deo honori, Patriæ bono, Subditiſque veſtris præſidio, diu quam feliciſſimè vivite incolumes.

Ex Muſæo noſtro
Lugduni-Batav.
II. *Cal. May.*
cIↃ IↃ c LX.

NN. & AA.

VV.

Obſervantiſſimus

Jo. HANEDOES.

EXER-

IN
EXERCITATIONES
IMPERIALES
Clariſſimi Conſultiſſimique
VIRI,
D. JOHANNIS HANEDOES,
Juriſconſulti Doctiſſimi.

DUM tua te proprio virtus inſcribit honori,
Juraque dat ſummo Cæſare digna loqui.
Quæ veteri quadrant rerum gravitate Quiriti,
Et ſacrata ſibi mos hodiernus habet.
Ignoſces, HANEDOESE, ſuæ dulcedine venæ
Si caret & raucam pulſat amara chelyn,
Muſa, mihi primam ſolita exercere juventam,
Cum meus ad fontes ſtaret Apollo ſuos.
Nunc vitæ pars iſta fuit. Deferbuit ardens
Spiritus & mentis blanda favilla meæ.
Arent Pierii circum mea pectora rivi,
Inque meo ſterilis marcet avena ſolo.
Laudarim quoſcunque velim. Tua major ubique
Laus erit, ad laudes me ſtupuiſſe tuas.

C. BOYUS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Ad eundem.

DVm tibi juſtitiam ſtabilem Themis aurea dictat,
Inſpiratque animam provida Virgo ſuam;
Hanc ſimul hauſiſti, nobis oracula fundis,
Et tenebras legum diſcutis ingenio.
Dumque places cunctis, tibi tanta modeſtia morũ eſt,
Ut nondum poſsis ipſe placere tibi.
Iamque adeò cathedram meruiſti judice Divâ,
Ore tuo docto quæ cupit ipſa loqui.

A. THYSIUS.

Ad eundem.

HYblæas imitatur apes *Hanedoeſius*, omnes
Pervolitans libros, optima quæque legens.
Melligenas ſuperavit apes *Hanedoeſius* omnes,
Non ſibi mella legens, non ſua mella tegens.
Illa vacillantes animos firmare pedeſque;
Illa cataractam tollere mella valent.
Ergo his mellifluis te fontibus imbue (lector)
Qui ſtudium juris, qui pietatis amas.

N. BALBIAN,
Eccleſiæ Leydenſis Paſtor.

Ad eundem.

PErpetuum lapidem velut alter Siſyphus urget,
Omnia cui veterum volvere ſcripta lubet.
Quæ docuit parva hæc Hanedoeſi *pagina claudit*
Tempus, quodque ætas poſtera diſcat, habet.

M. Ten HOVE, N.F.

EXER-

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM PRIMA,

Ad Proœm. & Tit. 1. Lib. 1. Inſtitut.

Q. 1. An omnis à Deo per Moſen Lex lata, hodie obliget Chriſtianos?

℟. LEgis definitione & diviſione præmiſſis, reſponſio plana erit & aperta. *Lex* (pro ſubjectâ ſc. materia) *eſt ſententia præcipiens honeſta, creaturam rationalem ad obedientiam obligans, additâ promiſſione præmii, ſi obſervetur, & comminatione pænæ, ſi violetur.* Lex à Deo triplex (*moralis ſc. ceremonialis, & forenſis*) per Moſen Iſraëli fuit propoſita. *Moralis* decalogo continetur, totamque hominis cujuſque vitam gubernat. Hæc norma eſt & regula perpetua & univerſalis, eorum, quæ facienda & fugienda ſunt. *Ceremonialis* externum Dei cultum regit. *Forenſis* officium magiſtratui in puniendis delictis, & reliquâ reipub. Judaicæ εὐταξίᾳ conſervanda, præſcribit. Et hæc unà cum morali & ceremoniali à Deo Moſi tradita eſt in deſerto, in monte Sinai. *Levit. 26. verſ. ult. Moralis*, cum ex immutabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

libus juſtitiæ principiis deſumpta ſit, ac naturali ratione conſtet; præcipiatque honeſta, ac prohibeat turpia; cumque ante promulgationem ejus ſolemnem hominum cordibus inſcripta fuerit; procul dubio nos omnes etiamnum tenet. Unde & in typum perpetuitatis, & quod in omne ævum eſſet duratura, tabulis lapideis à Deo inſculpta fuit. Quapropter & per excellentiam (*lex æterna Dei*) nuncupatur. Atque ad hanc potiſſimum legem illud Chriſti refertur *Matth.* 5. *verſ.* 17. *Non veni, ut diſſolvam legem, ſed ut impleam. Ceremonialis* (utpote quæ typos venturi Meſſiæ contineret; externuſque ille Dei cultus in ſacrificiorum adminiſtratione, quibus Meſſias ille, ejuſque beneficia repræſentabantur, maximè conſiſteret) tota per adventum Chriſti eſt abrogata. Ut enim orto ſole lampades extinguendæ, ita præſente antitypo, hoc eſt, exhibito Meſſiâ, ceſſent typi, eſt neceſſe. Vid. Paul. *Galat.* 5. *verſ.* 1. 2. 3. Huc reſpexit Chriſtus *Matth.* 11. *verſ.* 13. dum ait, *Legem duraſſe uſque ad Iohannem.* Quoad *Forenſem*, diſtinguendum eſt; eſt enim vel abſolutè talis, i.e. lata ſuper rebus mutabilibus ac Reipub. Judaicæ propriis (*Qualis* ex. gr. *erat, quæ circa emancipationem ſervorum, & conjugium cum viduâ fratris, aut cognati, abſque prole maſculâ defuncti, contrahendum, erat occupata.* Vid. *Exerc.* 21. *q.* 10. *reſp.* 1.) vel fundamentum habet in lege morali, i. e. præcipit quædam de immutabilibus. Priori modo *lex forenſis* nos non obligat. Cum enim certo tantum reſpectu forenſis ſit (quatenus ſc. Reipub. Judaicæ convenit) ve-

riuſque

riuſque ceremoniæ rationem habeat; populo Judaico ejuſque politiâ extinctis, quoad ſubſtantiam & circumſtantias etiam evanuit. Poſteriori modo (quoad ſc. prohibitionem & pronunciationem pænæ, in ea, quæ lege morali damnata ſunt) eſt obligatoria: non verò quoad eundem modum pænæ. Verum, quod in lege forenſi *morale* eſt, id perpetuum eſt & immutabile, omneſque homines & ſemper obligat. Quod verò ſimpliciter judiciale eſt (*ut delicta punire*) id licet (quoad ſubſtantiam) immutabile ſit, ſemperque obliget; in circumſtantiis tamen, pro tempore, loco, perſonis, factis, modo, cauſis, &c. varias ſubit mutationes. *Sic* (ex. gr.) *blaſphemia, ſeductio à verò Deo, percuſſio Parentum, adulterium, furtum, falſum teſtimonium, &c. ſunt delicta moralia, & Iure Forenſi punita. illa & nunc prohiberi, & commiſſa puniri debent: at non præciſe pænâ lege Moſaicâ conſtituta, ſed quâ politica majeſtas cenſet ſubditos in officio poſſe contineri. Hinc, quod uſu Forenſi adulteri perpetua infamia, mulcta pecuniaria, & exilio plectantur, iniquum videri non debet. Polit. Ord. Holl. art.* 15. *& ſeqq. Zeland. art.* 30. *& ſeqq.* 1. obſtat, *Lex Moſaica forenſis eſt divina; ergo & hodiè obſervanda.* 2. obſtat, *Lex forenſis, quæ ſc. in lege morali fundatur, ſaltem pro morali eſt habenda. Ergò hodiè adulteri morte plectendi. Quia lex Iudiciaria de adulteriis morte expiandis, Levit.* 20. *verſ.* 10. *Deut.* 22. *verſ.* 22. *nititur lege morali.* 3. obſtat, *Contumelia fit Deo, cum lex humana divinæ præfertur.* ℞. ad 1. Neg. conſeq. Non enim omnis lex divina nos tenet (uti dictum eſt) ſed moralis tantum: quam per Moſen in

omnes gentes Deus promulgavit, atque ubique vigere voluit. ℞. ad 2. Ad antecedens: illa lex pro morali eſt habenda, ſc. quoad ipſum *morale*. i.e. quoad prohibitionem delicti, concedo. Quoad pænam, nego. Et ſic neganda quoque eſt conſequentia. Hoc enim ſenſu merè eſt poſitiva, politica, & Judæis propria. Quapropter nec iniqua conſtitutio ordinum videri debet. Cum enim in pænis dictandis juſta inter culpam & pænam obſervanda ſit proportio; atque peculiaris ratio acerbioris pænæ adulterorū apud Judæos hodie ceſſet: non mirum, ſi & hodiè adulterium mitiori pænâ coërceatur. Cum enim Judæis dato libello repudii uxores dimittere licuerit. *Deut.* 24. *verſ.* 1. neglecta repudii lege adulterii convictus etiam graviori ſupplicio dignus erat. Adde duritiem cordis Gentis Judaicæ. ℞. ad 3. Nulla lex humana divinæ præfertur, ſed habitâ ratione temporum, locorum, ac gentium, divina magis probatur. *Prudentis quippe legiſlatoris eſt, ſubjectorum rationem habere, & cum ſenſu humanæ imbecillitatis leges ferre.* Vid. de hâc q. Calvin. *lib.* 4. *Inſtit. c.* 20. *n.* 14. 16. Sand. *lib.* 5. *deciſ. Friſ. tit.* 9. *def.* 9.

Q. 2. *An Gentilium Legibus uti permiſſum ſit Chriſtianis?*

℞. AFfirmo, ſc. ſi pietati ac honeſtati ſint conſentaneæ. *Ioſ. cap.* 22. *verſ.* 1. 2. *l.* 15. *D. de condic. Inſtitut.* Fund. 1. Quia finis Juriſprudentiæ eſt ſalutaris Reipub. gubernatio. *§. ult. Proœm. h.* At gentiles prudentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

dentes eſſe poſſe, ac Rempub. benè gubernare, Lacedæmonii, Athenienſes, Romani, aliique exemplo ſunt. 2. Quia Eccleſia Deo ſub Principibus veram religionem reſpuentibus (ut Babylonicis, Perſis, Græcis) degit, & in exilio pro vitâ ac ſalute Regis Babylonici preces effudit. 3. Quia Evangelium non abolet, ſed confirmat Politias. *Rom. 13. in princ.* 4. Exempla vide apud *Matth. 22. 21. Luc. 2. in princ. Act. 21. 8.* Obſtat, *Quod Gentiles Impii ſint.* ℟. Nil tamen eſt impedimento, quò minus aliquæ ipſorum leges piæ, i.e. Juri divino ac naturali haud contrariæ, recipiantur.

Q. 3. *An & Jure Civili Romano hodie utendum?*

℟. AFfirmo. ſc. ubi nulla lex, ſtatutum, aut conſuetudo reperitur. 1. obſtat, *Quod plerique ICti, ex quorum reſponſis Digeſta ſunt conſarcinata, impii in Deum, & nonnulli Impp. (quorum in jure mentio) crudeliſſimi in Chriſtianos fuerint.* 2. obſtat, *Quod quædam in corpore Iuris juri naturali ac bonis moribus reperiantur adverſa.* 3. obſtat, *Quod & leges pugnantes corpori juris ſint inſertæ* (ex. gr. Pugnat *l. 2. §. 1. D. de offic. Proconſ. cum l. 17. §. 1. D. de manumiſſ. vindict.* Pugnat *l. 6. §. ult. D.* de *Rer. Diviſ. cum l. 6. §. ult. D. de religioſ.* Pugnat *l. 13. §. ult. D. de his qui not. infam. cum l. 2. D. de crim. Stellion.* Pugnat *l. 5. D. ad l. Iul. Pecul. cum l. 16. §. 4. D. de pæn.*) ℟. ad 1. Non quis, ſed quid conſtituerit, videndum. Nil enim impedit, quò minus & à Tyrannis, ſi prudentium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

virorum utantur conſilio, bonæ ferri poſſint leges. Sic Tiberium Capitonis, Caracallam Papiniani, Heliogabalum Ulpiani, Maximinum Modeſtini operâ uſos legimus: quorum ſanctis boniſque conſtitutionibus, ſi quis utendum non eſſe putaverit, perinde deſipit, ac ſi quis neget, lavandum eſſe optimis Neronis thermis, quod peſſimus fuerit, qui eas extruxit Imperator. Impietas ergò perſonarum non obſtat, quo minus pia illarum reſponſa finem Juriſprudentiæ pertingant. Nemo itaq; jus noſtrum culpandum putet, quod inter titulos conſtitutionum, reperiantur, Baſſiani, Maximini, Gallieni, Juliani, Valentiniani nomina. Deinde, reſponſa ab impiis data & corpori juris inſerta, non ut impia, sed propter approbationem & autoritatem Impp. Chriſtianorum, ut Chriſtiana, accipiuntur. ℟. ad 2. Jus civile talia abſolutè & ſimpliciter non probat, ſed quod à Jure naturæ in genere erat conſtitutum, id, pro ratione circumſtantiarum, ut pax ac tranquillitas Reipub. expoſtulat, interpretatur. ℟. ad 3. Implacabilem legum repugnantiam, ſive leges pugnantes in Iure reperiri, concedo: At utramque pro jure obſervari, nego. *arg. l.* 31. *D. ad l. Cornel. de Falſ.* Quapropter ſtultitiam ſuam prodere, legumque tortores exiſtere cenſeo, qui omnem antinomiam à jure exterminant. Cum enim errare humanum ſit; an mirum, ſi Ictis, qui non Dii fuerunt, ſed quos Deus homines naſci voluit, interdum ſomnus obrepſerit? Vid. *l.* 1. *§. jubemus.* 4. *verb.* (*ſecundum quod poſſibile eſt.*) *C. de Iur. vet. enucl. l. pen. C. de condic. indeb.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. *An divini nominis invocatio ſit de ſubſtantiâ inſtrumenti?*

R. NEg. Niſi ita conſuetudine ſit receptum. Bartol. *in l.2. prius.D. de vulgar.* Alciat. 9. *parerg.6.* Schneidw. *ad Rubric. proœm. n.1.* Quia erubeſcendum ICto. ſine lege loqui. *l.19. C.de collat.* 1. obſtat *Epigraphe Proœm. h. verbis (in nomine Domini.)* 2. obſtat *arg. l. 22. §. 2. in fin. C. de Iur. deliber.* 3. obſtat *c. cum Paulus. 26. cauſ. 1. q.1. ubi negatur ſuperædificium eſſe bonum, niſi Chriſtus ſit fundamentum.* R. ad 1. Iuſtinianus hiſce verbis innuit; cum nil tam difficile ſit ac deſperatum, quod non ope divina ad finem perduci queat, ſe Inſtitutiones, fruſtra ab aliis tentatas, tandem favore divino abſolviſſe. At neceſſitatem in quovis actu invocandi Deum ab ipſo impoſitam negamus. R. ad 2. Ubi conſuetudine ſic erat receptum. R. ad 3. Hiſce tantum indicatur, bonum ac pium eſſe, ſi in arduis ac honeſtis negotiis Deus (qui Iuſtitiæ ac bonarum actionum principium, medium, ac finis eſt) invocetur: at pœna nullitatis non ſtatuitur, ſi invocatio nominis divini in actu ſit omiſſa.

Q. 5. *An ſeipſum laudare ſit permiſſum?*

R. DIſting. Vel laudis propriæ prædicatio ſumitur pro jactantiâ quadam Thraſonica: ut ſi quis ad-

miratione ſui inflatus ſeipſum glorioſis verborum ampullis, titulis, & præconiis vanè extollit, *Qualis eſt eorum, qui glorioſo illi militi ſimiles, triginta Sardos, ſexaginta Macedones, centum Cilices uno die ſe occidiſſe, atque etiam Elephanto in Indiâ pugno ſe perfregiſſe femur, jactitant.* Vel ſumitur pro modeſtâ ſui ab officio commendatione, quæ eſt, cum quis viribus ſuis nil tribuit, ſed ſoli Deo relicta gloria, dignitatem ex rebus geſtis conſecutam enarrat. Priori modo, laudis propriæ prædicatio eſt illicita, deteſtanda, ac ſapienti viro indigna. Poſteriori modo, licita eſt. *arg. Epigraph. Proœm. Inſt.verbis (Imperator, Cæſar, &c.) princ. §. 1. & 2. eod.* Et hoc ſenſu rectè Comes ſe Comitem, & Doctor ſe Doctorem ſcribere poteſt. Accedit, quod & hæc commemoratio Deum ſuſcipere, ejuſque majeſtatem cum tremore, humilitate, & gratiarum actione revereri videatur.

Q. 6. *An Iuvenis aptior ad Juris ſtudium, quam Senex.*

℟. AFfirm. Per *Epigraph. Proœm.* verbis (*Cupidæ Legum Iuventuti S.*) Ratio, quia in eo, qui juri operam dare vult, præter voluntatem & poſſibilitatem aptitudo & docilitas maximè conſideratur. At hæc major præſumitur in Iuvene. *l. præcipiunt. 37. D. de Aedil. Edict.* 1. obſtat, *Quod ſenectus ſit venerabilior.* 2. obſtat, *Quod Accurſius quadragenarius animum ad Iuriſprudentiam applicaſſe dicatur.*

℟. ad

℟. ad 1. Non reverentia, ſed ingenii perſpicacia hic attenditur & docilitas. At hæc ut plurimum alacrior in juvene reperitur. ℟. ad 2. Exemplum non conſtituit regulam. 3. obſtat *l. apud Iulianum.* 20. *D. de Fideic. Libert.* ℟. ad 3. Ibi innuitur, diſcendi ſtudium ſenibus haud eſſe abjiciendum. At ſtudendi aptitudo quin major in juvene ſit, quam in ſene, nemo negabit.

Q. 7. *An militia togata ſit præferenda armatæ?*

℟. LIcet utrique per ſe ſua laus debeatur, armiſque gloria paretur; niſi tamen parta ſudore bellico togatæ militiæ bonis roboretur, non retinetur. Et cum ſagum abſque togâ vix inclareſcat, togæque ad acquirendam gloriam ſago non ſit opus; hinc, quin togatæ cedat armata, nullus dubito. Fund. 1. Quia violenta executio eſt, niſi à lege dirigatur. 2. *Quia ſine Iuſtitiæ præſidio milites armati, feræ armatæ, & bella, armata dicuntur latrocinia.* 3. Quia major eſt virtus, parta domi tueri & in officio homines continere, quam acquirere & foris hoſtem ferire. quæſita enim tueri abſque propriâ virtute nemo poteſt: at in acquirendo ignavia poſſidentis plus ſæpè confert, quam propria virtus. 1. obſtat *princ. Proœm. h. ubi altera alterius ope indiget & auxilio; Armis enim & Legibus Regna ac Reſpub. parantur ac conſervantur, ſubiti adverſus hoſtiles incurſus, violentias, & turbines civiles defenduntur.* 2. obſtat, *Atqui togati videntur otioſi, aliis in campo præliantibus.* ℟. ad 1. Id

verum eſt, cum de ſalute publica plenè ac perfectè habendâ agitur, & ut ſtatus Regni aut Reipub. diuturnus ſit ac perpetuò floreat. Nil enim pulchrius: nil admirabilius: quam robur cum prudentiâ, fortitudo cum juſtitiâ, victoria cum clementia, imperium cum comitate felici fædere innexæ atque illigatæ. At nos hic de utraque per ſe & ſeparatim quærimus. Licet bello res magnas gerere præclarum ſit; tamen pacis artibus pollêre, arduum inprimis atque difficile habetur. Plurimi enim, cum inter civem & hoſtem quid intereſſet, ignoraſſent, Duces potius fortes, quam boni Imperatores extiterunt, militiæque quæſitam gloriam togatæ prudentiæ rudes in foro perdidêrunt. Ita Cæſo Fabius, cum Vejentes equitatu immiſſo fugaſſet, cum tamen cives imperio regere non poſſet, Romam propè inglorius rediit. Iulium Cæſarem ad illud rerum & gloriæ faſtigium, non tam militaris virtus, quam togatæ artes provexêrunt. Et T. Veſpaſianus civili prudentiâ adeptus eſt, ut *amor Populi R. & deliciæ orbis terrarum* appellaretur. Non manu Tullius, ſed ingenio: non armis, ſed togâ ad illud famæ culmen aſcendit, ut nominis claritate Galbas, Gracchos, Craſſoſque omnes ſuperaret. Qui cum amentiam ratione, libidinem pudore, audaciam conſilio viciſſet, ita Patriæ rem geſſit, ut & ipſâ labente repub. virtutis & vitę benè actę conſcientiâ, non modo inimicorum calumniis non fractus, nec Reipub. ruinâ oppreſſus ſit, ſed tum demum poſteris ſuis nobilitatis initium fuerit, & virtutis exemplum. ℞. ad 2. Inſulſa ratiocinatio. Quaſi verò gubernator navis otioſus ſit, quod, dum

dum alii malos ſcandunt, alii per foros curſitant, alii ſentinam exhauriunt, ſedeat in puppi quietus. Quaſi olim Q. Fabius Maximus, L. Æmilius, Paulus, Fabricii, Curii, Coruncani, Catones nihil egiſſent, cum non bella gererent, ſed quomodò gerenda eſſent Senatui præſcriberent.

Q. 8. An Inſtitutiones derogent libris Pandectarum?

℟. Affirmo. Quia poſt Pandectas ſunt compoſitæ. *§. 3. 4. Proœm. h. junct. l. 3. D. de conſtit. princ.* exempla vide *in §. 2. Inſtit. junct. l. 1. D. de adopt. in §. 34. Inſtit. de rer. diviſ. junct. l. 23. §. 3. D. eod. in §. 1. Inſtit. junct. l. 5. D. de codicill.* Diſſent. Aurel. Galvan. *de uſufruct. var. differt. cap. 38. n. 9. circà medium.* 1. obſtat *l. 2. §. 23. C. de jur. vet. enucl.* *ubi par autoritas tribuitur, cum unà cum Pandectis ſint ſolenniter confirmatæ, & vim ex eodem tempore obtineant.* 2. obſtat *§. 25. Inſt. de rer. diviſ.* qui videtur corrigi *per l. 7. §. 7. D. de acquir. rer. dom.* 3. obſtat *§. antepen. Inſt. de nupt. & §. fin. Inſt. de publ. judic.* ℟. ad 1. Rectè, ſc. ut libri Inſtitutionum, ut poſteriores, Pandectarum, ut priores, conſiderentur. *Inſt.* Quod promulgatio ſit in legibus ſpectanda. ℟. In ſingularibus legibus concedo: in corpore legum, nego: tunc enim compoſitio attenditur. ℟. ad 2. neg. Sed quod *in d. §. 25.* de ſpicis generaliter dicitur, id limitatius explicat *d. l. 7. §. 7.* Sic quod generaliter effertur *in §. 30. Inſt. de rer. diviſ.* id exactius ex æquitate *in l. 37. in fin. D. de rei vindic.* ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

plicatur. ℟. ad 3. Hinc nulla inferri poteſt correctio Inſtitutionum per Pandect. Sed hoc tantum innuitur, Inſtitutiones, cum prima elementa & generalia principia complectuntur, ſæpè ampliari vel reſtringi per Digeſta quibus ſpecialius & latius cuncta explicantur.

Q. 9. *An Juriſprudentia Medicinæ præferenda?*

℟. LIcet & Medicina, (utpote humanæ ſocietati utilis ac neceſſaria) honoranda ſit, comparatè tamen conſiderata Juriſprudentiæ poſtponenda eſt. *arg.* §. *ult. Proœm. h.* 1. A dignitate; quia Juriſprudentia ſemper ſanctiſſima habita fuit, nullo pretio nummario æſtimanda. *l.* 1. §. 5. *D. de extr. cognit.* laudabilis & honoris plena. *l.* 4. *C. de advoc. diverſ. Iud. l.6.§.ult.C. de poſtul. ornat enim generoſum, & ex obſcuro reddit nobilem.* At non ita Medicina à Romanis demum recepta. Vid. *l.* 16. §. 1. *D. de alim. leg.* 2. A neceſſitate; quia Juriſprudentiâ, cum ſe in omnes Reipub. articulos diffundat, ne ad momentum quidem Roma carere potuit; quam tamen abſque Medicis quamplurimos annos floruiſſe conſtat. 3. Ab utilitate. 1. Quia *gliſcente inter Cives aliquo tumultu plus prodeſt unicum conſilium ICtorum, quam centum, purgationes de rhebarbara,* ut inquit Anton. de Guevarr. *in Horolog. princ. lib.* 1. *cap.*43. *v.* 190. 2. Quia medicina inprimis circà privatam utilitatem verſatur: cum Juriſprudentia proſit univerſis ac publicam præcipuè utilitatem

tem reſpiciat. 4. Ab objecto; quod in medicinâ eſt corpus; at in Juriſprudentia animus. Novell. *Leon.* 105. 5. A fine; qui medicinæ eſt corporis ſanitas, at Juriſprudentiæ ſanitas animarum. Id eſt, ut mentes ſubditorum conformes ſint decalago, ac voluntati Dei. 6. A poſſeſſione; eſt enim IC. in poſſeſſione vel quaſi antevertendi Medicum, (licet gradum, & dignitatem prius ſit adeptus.) 1. obſtat, *Atqui honoris antiquitas eſt conſideranda. l. 2. C. ut dignitat. ord. ſervet. l. 1. C. de conſul.* 2. obſtat, *Dat Galenus opes. Ergò Iuriſprudentia Medicinæ poſtponenda.* ℞. ad 1. Antecedens procedit in caſu, quo qui concertant de præcedentiâ ſunt pares genere, ſtatu, & dignitate. *l. ſemper. 5. in princ. verſ. namque majores noſtri. D. de Iur. Immun.* ℞. ad 2. Negatur conſeq. Non enim ſolo quæſtu dignitas, ordo peculio, nobilitas opibus, ſed virtute animi, publicâ neceſſitate & utilitate, metienda eſt. Deinde (ut vulgò occinitur)

Dat Galenus opes: Dat ſanctio Iuſtiniana:
Ex illis paleas, ex iſtis collige grana.

Inſt. *Atqui ſine opibus dignitas neque parari, neque defendi poteſt.* ℞. Falſum id eſt, execrandusque cerdonum & imperitæ plebis error. Non enim res dignitati, ſed utilitati dignitas anteponenda eſt. Aliter enim qui ogganniunt, non ad politum hominum genus ablegandi, ſed ad indoctorum & agreſtium gregem, qui ad medium forte Ianum ſedentes, Idus triſteſque debitoribus Kalendas colunt, quiq; ante galli cantum occinunt,

O cives, cives! quærenda pecunia primum:
Virtus poſt nummos.

Deinde, ſi opes poſſeſſorem aſtris admovent; proximus fortaſſe cælo viliſſimæ alicujus mercis inſtitor erit: pluſque voci ſuæ præco, quam medicus debebit: vincetque Doctoris vigilantiam ſcortorum patientia: pluſque in cenſum quotannis temo, quam toga referet. Inſt. *Atqui opibus & cenſu equeſtris dignitas conſtat.* ℞. Neg. Ecquis carnifices (etiam locupletiſſimos) aut peculatores, parricidas, ſimileſque, quibus opes affluunt, claros ac equeſtri nobilitate dignos judicet? nonne furtis ſæpius, aut rapinis, aut tyrannorum largitione, aut fortunæ culpâ, opes perditis datæ & acceptæ? unde bonis omnibus olim meritò lex Roſcia theatralis diſplicuit: & Servius Tullius, in diſtribuendis claſſibus centuriiſque civium Romanorum, non ſolum cenſum, ſed mores & vitæ honeſtatem inprimis ſpectavit. Quemcunque igitur inexhauſta illa quærendi cupido invaſit, is caupo verius virtutis, quam præco: gurges probitatis, quam antiſtes: decoctor & corruptor æquitatis, quam doctor audiet. de hâc quæſtione vid. Benedict. Carpzov. *deciſ. Saxon. 7. n. 13. & ſeqq.*

Q. 10. *An Juſtitia rectè definiatur in princ. Inſt. de Iuſt. & Iur.?*

℞. Affirmo. Modò verba non captentur, ſed ad rem ipſam attendatur. Donell. *2. comm. 1.* Zaſ. *in l. 10. D. de Iuſt. & Iur.* Schotan. *in exam. Iur. ad d. tit.* Vinn. *ad princ. Inſt. eod.* 1. obſtat, *Iuſtitia dici non poteſt voluntas. Quia potentia naturalis non prædicatur*

catur de qualitate adventitia. 2. obſtat, *Nihil eſt conſtans in rebus humanis. Novell. 7. c. 2. in princ.* 3. obſtat, *Nihil in rerum natura eſt perpetuum.* 4. obſtat, *Unum vocabulum, ſc. (conſtans, aut perpetua) ſufficit; ergò definitio redundat.* 5. obſtat *l. pen. D. de Iuſt. & Iur.* 6. obſtat, *Unicum tantum Præceptum in ſe continet. Ergò eſt inſufficiens.* 7. obſtat, *Iuſtitia eſt virtus tribuens; ergò falſa.* ℞. ad 1. Iuſtitia ſimpliciter non definitur voluntas; ſed adjectivè (conſtans & perpetua voluntas) i. e. habitus. Vel voluntas ſumitur metonymicè pro habitu qui ex actibus voluntatis promanavit; & ſic cauſa ponitur pro effectu. Vel pro habitu qui voluntatem dirigit eamque promptam reddit ac paratam, ut jus ſuum cuique tribui poſſit; & ſic ſubjectum pro adjuncto. ℞. ad 2. In caſibus ac rebus humanis conſtans quædam eſt inconſtantia *d. Nov.* at non in ordine juris ac ipſius Iuſtitiæ principiis. ℞. ad 3. Iuſtitia immutabilis eſt ac ſemper ſui ſimilis, licet nullus homo juſtus foret: ſive, ipſa virtus talis eſt in abſtracto (ut loquuntur) non in concreto. ℞. ad 4. Neg. dicitur (*conſtans*) quia juſtus firmum propoſitum habêre, & non eſſe inſtar chamæleontis, & non juſta, ſed juſtè agere debet. Iuſtum enim & Tyrannus, & Puer, & Fur, & Latro agere poteſt. Requiritur ergò in juſto Iuſtitia habitualis, ut excludatur merè actualis, quæ interdum fortuitò, vel temerè, vel ab invito exercetur. Dicitur (*perpetua*) ratione ſc. eſſentiæ, non exiſtentiæ. Eſſentia enim omnium rerum conſtans, perpetua, & immutabilis eſt. ℞. ad 5. Id pertinet ad factum, non

ad

ad Ius. Hoc enim ibi innuitur, quod ſententia de facto lata ſit; non verò, quod juſtum ſit id, quod ita pronunciatum eſt. Deinde, iniquitas quæ in judiciis committitur, non Iuſtitiæ, ſed homini ex malitiâ vel ignorantiâ decidenti eſt imputanda. ℞. ad 6. Præceptum (Ius ſuum cuique tribuere) latius hic, quam *in d.* §. 3. ubi ſtrictius, pro præcepto ſc. à reliquis diſtincto, accipitur. ℞. ad 7. Dicitur (*tribuens virtus*) quà actus virtutis: (*virtus verò tribuendi*) quà actus hominis, qui ſecundum illam virtutem operatur, ſpectatur.

Q. 11. *An in d. princ. definiatur Iuſtitia Divina, an Humana?*

℞. HUmana. i. e. ea, quæ circa civiles ac externas hominum actiones verſatur. *Novell. 69. in præf. verb. (hominibus.)* Fund. 1. Quia finis noſtri Iuris conſiſtit in pace & tranquillitate Reipub. 2. Quia Divina etiam occupata eſt circà hominum cogitationes, aliaque, quæ per leges humanas non diriguntur. *l. 18. D. de pæn.* 3. Quia divinam Iuſtitiam author definitionis Simonides & poſt eum Ulpianus *in l. 16. D. de Iuſt. & Iur.* ignorarunt. Donell. 2. *comm.* 1. Weſenb. *ad princ. Inſt. de Iuſt. & Iur.* Diſſent. Hotomann. & Vult. *ibid.* 1. obſtat *Prov. 8. verſ. 14. 15.* 2. obſtat *l. 1. §. 1. D. de Iuſt. & Iur. ubi Iuſtitia dicitur coli: & ICti Sacerdotes nuncupantur. At hi tantum ſunt rei divinæ.* 3. obſtat, *Quod Iuſtitia ſit conſtans ac perpetua; at hæc exerceri ab homine non poteſt. Cum vel*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

vel juſtiſsimus ſepties de die cadat. 4. obſtat, *Quod Iuſtitia ſit, ut animæ curentur. Nov. Leonis.* 105. 5. obſtat, *Quod Iuriſprudentia etiam ſit rerum divinarum notitia.* ℟. ad 1. Divina eſt, ſc. quà Deus dirigit; at hic de fine Iuriſprudentiæ quæritur. ℟. ad 2. Locutio figurata eſt; ſic leges ſacratiſſimæ. *l. 9. C. de legib.* Principes juris religioſiſſimi. *princ. Proœm. Inſt.* Et libri juris templum vocantur. *conſtitut. de concept. digeſt. §. 5.* Deinde Iuſtitia coli & Icti Sacerdotes dicuntur; quod cum Iuſtitiam adminiſtrant (honorando ſc. bonos & puniendo malos) ſacra faciant, atque Deo gratiſſimum Iuſtitiæ ſacrificium exhibeant. Et dum conſulentibus ſe præbentes legum nodos diluunt & Iuris Ænigmata pandunt, Oracula edant. ℟. ad 3. Mala Iuſtitiæ adminiſtratio, homini, non virtuti eſt imputanda. ℟. ad 4. Per adminiſtrationem politicam ſalus quidem ſubditorum intenditur; ſed per remedia humana & externa. ℟. ad 5. Res divinæ humanæ ſunt objectum materiale tantum, non formale. Agitur enim de illis, non quà tales ſunt, ſive in abſtracto, ſed quâ in iis quæritur de Iure vel injuria. i. e. quatenus in iis ſpectatur Reipub. tranquillitas.

Q. 12. *An Iuſtitia univerſalis, an verò particularis, ſit finis proximus Iuriſprudentiæ?*

℟. PArticularis. 1. Quia Iuſtitia legalis tantum habet rationem juſti, æqui, & boni. 2. Quia univerſalis exigit obedientiam ergò omnes leges, divinas & humanas.

3. Quia

3. Quia univerſalis & ad Theologiam & humanas cogitationes pertinet. 4. Quia univerſalis omnes ſub ſe complectitur virtutes. Weſ. *in paratit. de Iuſt. & Iur. n.* 7. Buſ. *in l.* 10. *D. eod.* Schotan. *in exam. Iur. ad d. tit.* Vinn. *ad d. tit. Inſt. n.* 3. Diſſ. Baro *in Proœm. ad Inſtit.* Alciat. 1. *parerg.* 31. 1. obſtat, *Finis juris eſt, ut cives ſint boni. l.* 1. *§.* 1. *D. de Iur. & Iuſt. id eſt, ut non ſecundum unum, ſed ſecundum omnes virtutes vivant.* 2. obſtat, *Interdicto adminiſtrationis bonorum facta prodigo: Prohibitio nuptiarum inter certas perſonas: Ius perſonale (de quibus in jure agitur) non pertinent ad Iuſtitiam particularem.* 3. obſtat, *Etiam jus dicitur de omnibus virtutibus.* ex. gr. *de Fide. tit. Cod. de ſumm. trinit. de Charitate. l.* 50. *fin. D. de leg.* 1. *l.* 38. *D. de Fideicomm. libert. de Prudentiâ. l.* 8. *§.* 1. *D. ad l. Aquil. de Temperantiâ. tit. D. & C. ad leg. Iul. de Adult. de Manſuetudine. tit. D. & C. de Injur. & ad leg. Cornel. de Sicar.* 4. obſtat, *Definitio univerſaliter eſt concepta, ſine mentione certi objecti.* 5. obſtat *Novell.* 69. *in princ. præfat.* ℞. ad 1. Finis extremus Iuriſprudentiæ eſt Iuſtitia univerſalis, non verò proximus, de quo hic diſputatur. Deinde, Iuſtitia univerſalis, eſt talis, quam Princeps (optando magis, quam operando) directò intendit. Eſt enim Princeps, (quà ſc. politicè proximum & verùm objectum ſpectatur, ac exercitium practicum ipſius Iuſtitiæ) reali exercitio & directione occupatus circà externas ſubditorum actiones, Deo relictâ vindictâ ſcelerum & iniquitatum, quæ cogitationibus aliiſque modis latentibus perpetrantur. ℞. ad 2. Hæc omnia per-

pertinent immediatè ad particularem Iuſtitiam. Sic interdictione bonorum facta prodigo cavetur, ne ille ſua dilacerando vel Reipub. aut ſibi noceat, aut liberis & uxori obſit, non præſtando iis officium debitum. Sic quoque prohibitione nuptiarum proſpicitur, ne violetur lex naturæ; vel ne jus parentum, aut ipſorum contrahentium lædatur; vel ſpeciali legis diſpoſitioni fraus fiat. Sic quoque in Iure perſonarum agitur de Iure quod ſingulis, vel ex naturæ, vel ex Iuris ordine conſtitutum eſt. ℟. ad 3. De virtutibus, ſimpliciter, & ſecundum omnes ſuas proprietates & qualitates, in jure non tractatur, ſed iſto duntaxat peculiari reſpectu, *quatenus conducunt & neceſſariæ ſunt ad perfectionem & conſervationem civilis ſocietatis.* ℟. ad 4. Neg. Quia per verba (*ſuum cuique*) ſatis limitatur, ſc. unicuique ſuum ita tribuendum, prout præcepta Iuris hoc docent. ℟. ad 5. Licet omni virtuti juſtitia de quâ agimus adſiſtat, inde tamen eam ſub ſe comprehendere omnes virtutes, tanquam genus, nego.

Q. 13. An ſint tantum tria Iuris Præcepta?

℟. AFfirmo. §. 3. *Inſt. de Iuſtit. & Iur.* Connan. 1. *comm.* 10. Forſter. *diſp.* 1. *theſ.* 26. Quorum primum reſpicit officium cujuſque, in ſe & reſpectu ſui. Huc pertinet §. 9. *Inſt. de nupt. l.* 14. §. 2. *l.* 42. *D. de Rit. Nupt.* Alterum reſpicit officium cujuſque privati, reſpectu proximi. Huc pertinet *l.* 14. *D. de condic. Indebit.* Tertium ad officium Iudicis, reſpectu

ctu partium litigantium. Huc pertinet *l.* 14. *C. de Iudæis & Cælicol. l.* 13. *D. quod met. cauſ. l.* 176. *D. de Reg. Iur.* 1 obſtat, *Vnum ſufficit.* 2. obſtat, *Tot ſunt, quot ſunt leges. l.* 7. *D. de legib.* 3. obſtat, *Tot ſunt, quot ſunt alia generalia principia.* 4. obſtat, *Tot ſunt, quot ſunt Regulæ Iuris, de quibus in tit. de R. I.* ℞. ad 1. Id verum eſt, cum in latiſſimo ſignificatu accipiuntur. vid. *princ. Inſt. de Iuſt. & Iur.* At falſum, cum limitatius, & quatenus ſibi invicem opponuntur. ut *in d.* §. 3. ℞. ad 2. Quælibet lex quidem præcipit, at ſingulariter tantum. Verum hæc præcepta ſunt abſolutè univerſalia & generalia principia, quorum virtus ſe diffundit per omnes juris articulos. ℞. ad 3. Reliqua principia ſub hiſce ſunt comprehenſa. ℞. ad 4. Regulæ Iuris ſunt quidem generales; at ſecundum ſuas materias tantum.

Q. 14. *An Lupanaria Jure civili ſint permiſſa?*

℞. NEg. Quia lege, quâ omnia inhoneſta reprobantur, ut impoſſibilia, generaliter damnantur. *l.* 15. *D. de condic. Inſtitut. l.* 5. *C. de legib.* 2. Quia honeſte vivendum eſſe præcipitur *in* §. 3. *Inſt. de Iuſt. & Iur.* 3. Per text. *in l. fin. C. de ſpectacul.* 4. Quia nullibi Ius civile ea abſolutè, ut honeſta, probat, aut concedit, ſed improbanda tolerat tantum. 1. obſtat *l.* 27. §. 1. *D. de petit. hered.* 2. obſtat *arg. l. pen. C. de ſpectacul.* ℞. ad 1. Ibi duntaxat factum narratur; ſc. quod in viri probi ædibus alteri locatis aliquandò Lupanar exer-

exerceatur. ℞. ad 2. Argumentum eſt à contrario ſenſu. At hoc in Iure non procedit, quandò lex vel ratio eſt impedimento. Idem dicendum ad *Novell.* 14. §. 1.

Q. 15. *An Meretriciæ conjunctiones ullo Jure tolerentur?*

℞. NEquaquam. *Levit.* 19. *verſ.* 20. 1. *ad Corint.* 5. *verſ.* 9. *& ſeqq. &* 6. *verſ.* 13. *& ſeqq. cap. Meretrices.* 11. *cauſ.* 34. *q.* 4. *§.* 3. *Inſt. de Iuſt. & Iur. l.* 4. *§.* 3. *D. de condict. ob turp. cauſ. l.* 15. *D. de condic. Inſtit.* 1. obſtat *l.* 13. *§.* 2. *D. ad l. Iul. de Adulter.* verbis (*impunè in eâ, &c.*) 2. obſtat *l.* 22. *C. ad leg. Iul. de Adulter.* ℞. ad 1. In caſu *d. l.* non impunè ſtuprum committitur, ſed meretrix non eſt, nec ille qui cum eâ verſatus eſt, adulterii poteſt accuſari. Fund. Quia non ibi adulterium, ſed ſtuprum tantum eſt commiſſum. ℞. ad 2. Ibi de ſerva agitur. At ea propriè non habet matrimonium; unde nec adulterium committere poteſt.

Q. 16. *An in Iure Civili ſuum cuique tribuatur?*

℞. AFfirmo. Schotan. *in Exam. Iurid. part.* 1. *ſect. de Præceptis Iuris.* 1. obſtat *l.* 1. *§.* 3. *&* 4. *ff. D. de peric. & comm. rei vend.* 2. obſtat *l.* 14. *§.* 14. *D. de relig.* 3. obſtat *l.* 29. *C. ad l. Iul. de Adulter.* 4. obſtat,

Pacta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Pacta non producunt actionem, ſed exceptionem tantum. 5. obſtat, *Per tranſactionem accuſatio tollitur. l.* 18. *C. de tranſact.* 6. obſtat, *Beneficia conceduntur in injuriam aliorum.* Ut (ex. gr.) Privilegium dotis *ex l.* 12. *C. qui pot. in pign.* Privilegium ſcripturæ publicæ. *l.* 11. *C. eod.* ℞. ad 1. Cum ibi emptor damnum ſentiat propriâ culpâ, non videtur damnum ſentire. *l.* 203. *D. R. I.* ℞. ad 2. Licet quibuſvis delictis ſingularis pæna non ſit conſtituta, ſufficit tamen arbitraria. ℞. ad 3. Licet ancilla non committat adulterium: inde tamen non ſequitur, eam impune verecundiæ limites tranſilire. Aliud enim eſt, delinquentem nullâ, aliud eum non ordinaria affici pænâ. ℞. ad 4. Omnia quidem pacta eſſe ſervanda, ſed non eodem modo. Hinc pactum, quod deliberatò, & ex juſtâ causâ ſit, actionem; quod verò causâ caret, exceptionem parit. ℞. ad 5. Nego. tantum enim per eam privati alicujus jus acquiritur. Verum alius accuſare, vel ipſe Iudex ex officio inquirere poteſt, & cogere accuſatorem, ut probationes quas habet exhibeat. 2. Tranſactio tantum eſt permiſſa in capitalibus, idque propter ſummum periculum, quod in iis accuſato, vel accuſatori imminet. Vid. *l. fin. D. de prævaric.* ℞. ad 6. Neg. Privilegium dotis nihil detrahit creditori anteriori, ſed tantum mulieri dotem ſervat ſalvam, ut ex eâ anterior creditor nihil poſſit habere commodi. Quod verò Inſtrumentum publicum poſterius vincat privatum prius, id in eo conſiſtit: quia qui publicum Inſtrumentum habet, ei certa eſt probatio, & contrâ debitorem, & alios cre-

creditores. At qui privatum habet, duntaxat probat adverſus debitorem.

Q. 17. *An Juſtitia ita Jus ſuum cuique diſtribuat, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiori repetitione?*

℞. AFfirm. Unde à depoſitario ſpolia non ſunt reſtituenda prædoni, ſi dominus ſupervenit, ſed ipſi domino. *l.* 31. §. 1. *D. depoſit.* Ratio, quia juſtior eſt cauſa domini, qui de damno vitando certat, quam prædonis, qui lucrum captat cum injuriâ alterius. Vid. *Novell.* 88. *c.* 1. 1. obſtat *l.* 1. §. *pen. D. naut. caupon.* 2. obſtat *l.* 1. *D. de pact.* ℞. ad 1. Ubi tractatur de eo, qui jus legitimum in re habet, ut qui pignori rem accepit. ℞. ad 2. Pacta ſunt ſervanda. ſc. niſi juſtior ſit alterius ſupervenientis cauſa.

Q. 18. *An æquitas ſit præferenda ſtricto Juri?*

℞. DIſting. Vel caſus expreſſè legibus eſt deciſus; vel non. Priori modo, nego. *l.* 1. *l. fin. C. de legib. diſtinct* 4. *c.* 3. Poſteriori, affirmo. *l.* 1. *D. de Iuſt. & Iur. l.* 14. §. 13. *in fin. D. de relig. l.* 8. *C. de Iudic.* quapropter ſi leges & rationes æquè prægnantes utrimque militent, nec aliud circumſtantiæ ſuadeant; conſultum eſt, rem controverſam pro ratâ dividere inter partes, vel ad tranſactionem eas inducere. 1. obſtat *l.* 12. §. 1. *D. qui & à*

quib.

quib. manum. ubi lex, tametſi dura (quia ſcripta) eſt ſervanda. 2. obſtat §. 6. *Inſt. de Iur. nat. gent. ubi voluntas Principis pro lege eſt. Ergo ſolâ autoritate conſtat.* 3. obſtat *l.* 19. *D. de appell.* ℞. ad 1. Ubi non lex iniqua ſervanda eſſe docetur; aut in ſe dura. Sed quæ dura eſſe videtur, eò, quod ratio quæ movit Legiſlatorem ſit incognita. Huc pertinet *l.* 20. *D. de legib.* At rigor *d. l.* 12. §. 1. mitigatur, per *l. in adulterii.* 32. *C. ad l. Iul. de Adult.* Definitioni *d. l.* 12. §. 1. inter alia convenit memorabile exemplum apud Tacit. *lib.* 14. *Annal.* de Pedanio Præfecto Urbi à ſervo occiſo: cum enim à Senatu dubitaretur, num omnes ſervi, qui erant 400. in domo Pedanii, ultimo ſupplicio plectendi eſſent, C. Caſſius Senator & ICtus, oratione in Senatu habitâ, tandem obtinuit, ut in omnes animadverteretur. Duritiem hoc colore mitigavit; *habet aliquid ex iniquo* (inquit) *omne magnum exemplum, quod utilitate publicâ contrà ſingulos rependitur.* ℞. ad 2. Antecedens procedit, ſc. ſi ea Rationi, Iuſtitiæ, ac Regulis Iuris naturæ ſit conſentanea. ℞. ad 3. Rigor juris ubi æquitati non opponitur, ſed Iuri incerto & obſcuro. Eſt enim *in d. l. rigor juris*, jus certum & manifeſtum, quod nullo interprete indiget, quodque Iudicem rigidè ſequi oportet.

Q. 19. *An & Ius Publicum deſumptum ſit ex Naturalibus & Gentium præceptis?*

℞. Affirm. Forſter. 1. *diſp. th.* 29. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de jur. nat. gent.* Diſſ.

Diſſ. *Tim. Fab. diſp.* 1. *anniverſ. theſ. fin.* Ad Primum. 1. Quia obedientia & reverentia inferiorum ergà Superiores pertinet ad jus publicum. At in Apibus obedientiæ atque cultus Simulachra ergà Regem ſuum conſpiciuntur. *c. in apibus*, 41. *cauſ.* 7. *q.* 1. 2. Quia Procreatio ſobolis eſt fundamentum Reipub. *Nov.* 22. *in Præfat.* Ad ſecundum. 1. quia bella & Fœdera ſunt ex Iureg. At hæc ad Ius publicum pertinent. *l.* 5. *D. de Pact.* 2. Quia Iureg. violantur induciæ & legati. *l. fin. D. de legation.* At Ius legationis pertinet ad Ius publicum. obſtat, *quod Iura ſacrorum & Magiſtratuum non cadant in Bruta animalia.* ℟. 1. non eſt neceſſe, ut omnis generis jura publica in Bruta cadant, ad hoc, ut Ius publicum ex naturalibus præceptis dici poſſit eſſe deſumptum, ſed ſufficit, aliquorum Principia hominum cum illis eſſe communia. ℟. 2. Iura formaliter, i. e. prout in leges relata ſunt, non cadunt in Bruta animalia; ſed materialiter tantum. i. e. quoad appetitum & inclinationem naturalem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

SECUNDA,

Ad Princ. §.1. 2. & Pen. Tit. 2. Lib. 1. Inſtitut.

Q. 1. *An Rectè definiatur Ius Naturale in Princ. h.?*

℟. AFfirm. modò addatur genus ibi omiſſum, ſc. (*Ius.*) Diſſ. Valla 4. *Elegant*.48. 1.obſtat, *Non omne illud, quod natura docuit omnia animalia, Ius dici poteſt.* 2. obſtat, *in quæ animalia cadit Ius, in illa cadit Ratio, Aequitas, Communio, Injuria: At hæc in bruta non cadunt.* Vid. *l.* 1. *§. ait Prætor.* 3. *D. ſi quadrup. Pauper.* Réſpond. ad 1. omne illud *Ius*, quod natura &c. rectè, Ius naturale appellatur. ℟. ad 2. vocula (*Ius*) accipitur bifariam; vel propriè, directò, & formaliter: vel Impropriè, reflexivè, & materialiter. Priori modo Ius non cadere in bruta, concedo: & hoc ſenſu (*Ius*) accipitur in argumento propoſito. At poſteriori modo Ius Brutis rectè accommodatur. *Sententia itaque eſt, Illud, quod ab hominibus naturali ratione fit, ſi ejus ſcintillæ & ſimulachra in Brutis conſpiciantur, Iure naturæ fieri dicitur.* Vid. Cujac. *ad Princ. Inſt. h.* Arum. *Exercit.* 1. *theſ.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

theſ. 13. Schotan. *in Exam. Iurid. ad h. tit.* Sic e. g. homo per conjunctionem maris & fœminæ ſtudet ſuæ ſpeciei conſervationi, itidem & Beſtia: at homo dum id intendit, adhibet rationem in conſilium, exploratque honeſtatem & utilitatem; beſtia verò ad id ſolo impetu & inclinatione naturæ impellitur.

Q. 2. An non Peccent contrà Ius Naturæ Matres, quæ (cum Poſſint) Liberos non alunt?

℟. Aff. 1. Quia Educatio eſt Iuris naturalis. *Princ. h. l. unic. §. taceat.* 5. *C. de Rei uxor. Action.* 2. Quia liberos non lactare, eſt liberos negare: at hoc nulli licet. *l. Pen. C. de Patr. Pot.* 3. Quia ideò in mediis quaſi amplexibus fæminini corporis Natura mammas collocavit, quò ediſcerent matres, Infantes tenerè & molliter ab ipſis eſſe tractandos. 4. *Quia ex ſolâ cauſâ Incontinentiæ id videtur Inventum; quia, dum ſe continere nolunt, deſpiciunt lactare quos gignunt. Cap.4. diſtinct.5.* 1. obſtat, *nimis ſervile eſt.* 2. obſtat, *nimis moleſtum.* ℟. obſervatio officii, quod natura omnibus ex æquo Aminantibus imperavit, nefariè ſervitus appellatur. ℟. ad 2. moleſtia illa non vera, ſed imaginaria eſt; & ſi qua ſit, illa dulci viſcerum amplexu, ac ſanguinis proprii intuitu minuitur, & cogitatione levandæ per eum ſenectutis ſatis penſatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. An parentes ad alimenta Liberis præſtanda poſſint cogi?

℟. Aff. ſc. pro modo facultatum. *l.* 5. §. 1. *ſed utrum. & §. ſed ſi* 7. *D. de Agnoſc. & Alend. liber. l. fin. C. eod.* Fund. Quia neceſſaria alimenta (quorum nomine veniunt omnia ſine quibus commodè ali non poteſt. *l. legatis alimentis* 6. *D. de Alim. legat. l. verbo victus.* 42. *D. V. S.*) Iure naturali liberis debentur. Matth. 7. *verſ.* 9. 2. Corinth. 12. *verſ.* 14. At aſſertio fallit duobus caſibus. 1. Si liberi ſeipſos poſſint exhibêre. *d. l.* 5. §. 7. *in Princ.* 2. Si ita ingrati extiterint ergà Parentes, ut jure poſſint exheredari. *d. l.* 5. §. 11. *idem Iudex.* Iunct. *Novell.* 115. *c.* 3. Quod diximus de alendis liberis, id & in Emancipatis, & Naturalibus tantum procedit. *d. l.* 5. §. 1. *junct. authent. licet. C. de Natur. liber.* nec non in ſpuriis, adulterinis, ac ex alio Legibus damnato coitu procreatis; idque non tantum de Iure canon. in *c. cum haberet.* 5. *in fin. X. de eo qui dux. in matrim. quam Poll. per Adulter.* Sed & Iure civili. Fund. Ne alias hoc caſu dupliciter peccetur; ſc. ſuſpiciendo ſobolem ex illicito complexu, & ſuſceptam fame necando. obſtat *aut. ex complexu. C. de Inceſt. nupt.* ℟. non ibi prohibetur Pater inceſtuoſis alimenta ſubminiſtrare: id enim Ius civile nec diſpoſuit, nec diſponere potuit. *l. Iura ſanguinis.* 8. *D. R. I.* Sed quod non ſint alendi, ſc. vel cum aliunde ali poſſunt; vel quod non ſint alendi, ſc. in familia. Idque ut memoria

memoria ſceleratæ conjunctionis continuò non repræſentetur. Diſſ. DD. *Communiter*. At ſi Pater & Mater deficiant, aut inopes ſint, Avus & Avia tenebuntur. *d. l.* 5. §. 2. *utrum. D. eod.* Ant. Fab. *in Cod. Sabaud. ad tit. Ne fil. pro Patr. def.* 3. Surd. *de Aliment. tit.* 1. *quæſt.* 12.

Q. 4. *An idem circà Alimenta de Adultioribus (quod de Infantibus Præc. quæſt. dictum eſt) eſt ſtatuendum?*

℟. DIſting. Vel ſunt ad ſe ſuſtentandos inepti (*ut ſunt furioſi, mente capti, ægroti, &c.*) vel apti ſunt, ſed ignavi, aut prodigi. Priori caſu, Aff. Poſteriori ſubdiſtinguo; vel tales parentum culpâ nihil didicêrunt, quo ſibi ſufficere poſſint; & Affirm. vel citrâ culpam parentum tales ſunt; & Neg. Hujuſmodi enim nullo jure alimenta debentur, ſed ad Raſtrum & Aratrum, aut Siliquas & Porcos ablegare præſtat, quam abutentes lenitate ac beneficentiâ parentum in ſua improbitate confirmare. *Nec enim opera miſericordiæ fomentum iniquitatis eſſe convenit.* Ni ergo laborent, non manducent.

Q. 5. *An vice verſâ parentes inopes à Liberis ſint alendi?*

℟. Aff. Sed non eo jure, quod natura omnia animalia docuit. Hoc alendi neceſſitatem ſolis parentibus impo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſuit. *quæſt. Præced.* Sed Iureg. quod ratione naturali (*benefacienti benefaciendum eſſe*) ſuadet. Parentes enim primo naturæ ductu impelluntur ad alendos liberos; non ità liberi. Quia Amor magis deſcendit, quam aſcendit. Fund. aſſertionis eſt 1. 1. Timoth. 5. 4. *l.* 5. §. 13. *ſi impubes.* & §. 16. *Parens. D. de Agnoſ. & Alend. Liber.* 2. Cicero de Reſponſ. Aruſpic. *Parentibus* (*inquit*) *nos primum natura conciliat, quos non alere nefarium eſt.* 3. Cum in nullo vitæ genere aut conditione parentes (quantumvis tenuioris fortunæ) contemnere liceat: ſequitur, illos à liberis ad honores & dignitates publicas evectis haud eſſe contemnendos, nec iis πρεσβεῖα, ſeu officia naturalia neganda. *Vid. Novell.* 12. *C.* 2. *in fin.* 1. obſtat *Deut.* 33. 9. 2. obſtat Matth. 10. 37. ℞. ad 1. ibi agitur de vera religione, vel mandatis divinis; in quibus ſatius eſt, obedire Deo, quam Hominibus. ℞. ad 2. Et ibi docetur, obſequium & cultum Dei, honori, qui parentibus debetur, eſſe præferendum; at non intèrdicitur liberis, ne id, quod naturaliter parentibus debetur præſtent.

Q. 6. An frater Locuples fratri aut Sorori paupertate detento de alimentis neceſſariis proſpicere debeat?

℞. Aff. 1. *Per l. mutus.* 73. §. 1. *manent. D. de Iur. Dot. l* 4. *qui filium. D.* ubi Pupill. Educar. 2. Ita Ioſephus tempore famis fratres ſuſtentavit, Gen. 44. & 45. Ità & David in exilio rationem habuit fratrum

ſuorum

ſuorum, & domus patris ipſius, cum deſcende-rent ad ipſum in deſertum à Saule è Patriâ ex-pulſi. 1. Samuel. 22. 1. 1. Vid. 3. Teſſaur. *deciſ.* 192. *n.* 2. Chriſtin. *deciſ.* 143. *vol.* 3. Sand. Deciſ. Friſic. *lib.* 2. *tit.* 8. *deſ.* 2. *in fin.* Idque non tantum procedit in Germanis, ſed & Conſanguineis, vel uterinis. Sande *d. deciſ.* Atque adeò in naturalibus tantum. *Nov.* 89. *& auth. licet. C. de Natur. Lib.* Vid. Franc. Balduin. *de caſib. Conſcient. lib.* 4. *cap.* 15. *caſ.* 1. 3. obſtat, *quod frater non cogatur ſororem uterinam dotare. l. cum plures.* 12. *§.* 3. *cum tutor. D. de Admin. Tut. Ergò nec alere.* ℟. Argumentum à dote ad alimenta negative non procedit. Fund. quia major eſt alimentorum (ſine quibus nemo vivere poteſt) quam Dotis ratio. Patruus verò alere nepotem ex fratre non tenetur. Sand. *loc. alleg.*

Q. 7. An ſui defenſio adverſus vim ac Impetum ſit Juris naturalis?

℟. Aff. 1. Quia feræ inſtinctu quodam naturali ſe tuentur. *l.* 1. *§. cum arietes.* 11. *D. ſi quadrup. Pauper. l.* 1. *§. vim vi.* 27. *D. de vi & vi armat.* 2. quia ſecundum Cic. *lib.* 1. *offic. Principio generi animantium omni eſt à naturâ tributum, ut ſe, vitam, corpuſque tueatur, declinetque ea quæ ei nocitura videntur.* Et pro Milone; *Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex (inquit) quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex naturâ ipſâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non Docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. Hoc & Ratio Doctis, & neceßitas Barbaris, & mos Gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, à corpore, à capite, à vitâ ſuâ propulſarent. 3. Quia qui ſe non defendit, cum poteſt, non minus peccat in charitatis præcepta, ac ſi ſibi ipſi vim intuliſſet. Solom. *ad l.* 3. *C. quand. lic. unic. ſine Iudic. ſe Vindic.* Zoannett. *ad l.* 3. *n.* 3. *part.* 3. *D. de Iuſt. & Iur.* obſtat *l.* 3. *D. de Iuſt. & Iur. ubi Iuriſg. aſſcribitur.* ℟. Defenſio eſt duplex, ſc. defenſio in ſpecie; & propulſatio Injuriæ. illa eſt juris naturalis. At hæc (quia exercetur cum quâdam diſcretione, ſervato moderamine inculpatæ tutelæ) Iuriſg. eſt. Huc pertinet *l.* 4. *D. ad l. Aquil. verb.* (*naturalis ratio*) *l.* 45. §. 4. *D. eod. l.* 2. 3. *C. ad l. Cornel. de Sicar. C.* 2. *X. de Homicid.* Et illud Cic. *lib.* 2. *de offic. Adverſus Deos Immortales impii Iudicandi ſunt, qui ab ipſis conſtitutam Societatem inter homines evertunt.* Cum itaque defenſio ſit juris naturæ & Gentium, ſequitur, eam non poſſe auferri, ſed omnibus competere, etiam fœminis. Vid. *quæſt.* 9.

Q. 9. *An ergò vim vi repellere licet?*

℟. Aff. Hiſce concurrentibus. 1. Cum inopinata ſive ſubita eſt violentia Invaſoris, i. e. ut nulla ratione evadere quis poſſit. 2. Ut Invaſio ſit continua, i. e. ut

ut Invaſor perſequatur fruſtrà deprecantem injuriam. 3. ut manifeſta ſit violentia, i. e. ut quis non poſſit, niſi referiendo aut occidendo, ſaluti ſuæ conſulere. *Omnis quippe juſta defenſio ab offenſione dependet.* 4. Ut periculum ſit in morâ, nec detur tempus adeundi judicem atque ab ipſo auxilium implorandi. 5. Ut ſervetur moderamen inculpatæ tutelæ; i. e. ut ea adhibeatur moderatio, ſine quâ injuria alias non poteſt depelli. Illud moderamen in hiſce conſiſtit. 1. *Ut propulſetur vis aut injuria in incontinenti*, non ex Intervallo: Hoc enim ſapit vindictam. At primum ictum expectare nemo cogitur, ſed ſufficit timor armorum, & impetus offendentis, ac quædam (ut ajunt) ad nocendum præparamenta. Bald. & Jaſon. *ad l. 3. D. de Iuſt. & Iur.* Minæ verò non ſufficiunt, niſi minans ſit in actu exequendi (i. e. *ſi ſtringat gladium, convocet ſocios, levet lapides, &c. vel ſi inimicus & pharetrâ ſagittam educat, licet nondum incurvet aut arcum intendat.*) Tunc enim prævenire licet, & præſtat, quam fruſtrà poſt vulneratam cauſam Remedium quærere. *l. 3. C. quand. unicuiq. lic. ſin. jud. ſe vind.* Vid. Bald. *in l. 1. n. 16. C. vind. vi.* Jaſon *in l. 3. n. 14. D. de Iuſt. & Iur.* Generaliter; *Prævenire ſemper juſtæ defenſionis eſt, ubi cunctatio eſt periculoſa.* 2. Ut fiat tantum defendendi, non verò ulciſcendi animo. 3. Ut Paria ſint arma. At iſthæc Paritas non ex materiâ, ſed nocendi aptitudine æſtimatur. Undè non præcisè requiritur, ut gladio vis illata gladio propulſetur, ſed id fuſte, lapide, vel bombardâ fieri poteſt. obſtat Matth. 5. 39. R. Ubi privata vin-

dicta improbatur, at non neceſſaria vitæ defenſio, quæ in lege Dei fundamentum habet. Vid. Exod. 21. *verſ.* 2. 3. ubi ipſe Deus moderamen inculpatæ tutelæ obſervari voluit. Quo ſecuto, occidere licet Furem *armatum, in ipſo facto*, deprehenſum, *ſc. Poſt occaſum ſolis.*

Q. 9. An ergò cuivis contra quemvis invaſorem ſe tueri (etiam eum occidendo) licet? e. g. filio Patrem Tyrannicè ipſum invadentem?

℞. Nequaquam. 1. Quia ſemper Parentem honorare tenetur, licet, duriorem, vel Tyrannum. 2. Per Novell. 12. *c.* 2. 3. Quia David manum inferre ſocero Sauli noluit, licet bis in ipſa perſecutione in manus ejus incidiſſet. 1. *Sam.* 24. & 26. obſtat *l. minimè* 35. *D. de Relig.* ℞. Ibi non agitur de Patre Tyranno, ſed Proditore Patriæ, qui & ad Patriam, & parentes & liberos delendos venerat: talis enim incidit in crimen læſæ majeſtatis. *l. Pen. D. ad L. Iul. Majeſtat.* Nec obſtat, *quod id fieri videatur contrà naturam & Iuſg. l.* 2. *D. de Iuſt. & Iur.* Reſp. Parentibus quidem, maximè tamen Patriæ, nati ſumus. *l.* 1. *§.* 15. *generaliter. D. de Ventr. in Poſſeſſ. mitt. Licet enim chari liberi* (teſte Cicerone 1. Offic.) *propinqui, familiares, omnes tamen omnium charitates Patria una complexa eſt.* Unde ſi utrique parendum, Patria Parentibus eſt præferenda. Arg. *l.* 3. *C. de primipil. l.* 101.

D. de

D. de leg. 3. verb. (dulciſſima Patria.) Quod de invaſore Patre Tyranno dictum eſt, id & de Principe, Rege, aut aliquo ex ſupremo magiſtratu, eſt dicendum. Frider. Balduin. *de caſib. conſc. lib. 4. c. 1. caſ. 14.* Idem de marito ſtatuendum, ut ſc. invadentem maritum uxor occidere non poſſit.

Q. 10. An Defenſio eorum qui nobis ſanguine juncti ſunt ſit Iuris naturalis?

℟. Aff. 1. Quia *Beſtiæ pro ſuo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos caſus reformident.* Cic. 5. *Tuſcul.* Nonne Bruta fætus, ac Gallinas Pullos ſuos muro ſui corporis tegere, atque ad necem uſque defendere cernimus? 2. Per *§. fin. Inſt. de noxal. Act. l. 8. §. fin. D. quod met. cauſ. l. 2. D. de Recept. l. 1. §. pen. D. ad L. Cornel. de de Sicar. Proverb. 24. verſ. 11.* 3. Exemplo Abrahami, qui ad defenſionem Lothi contra vim Regum Sodomitarum familiam ſuam armavit. *Geneſ. 14. 14.* Ut & Machabæorum, qui pro lege Dei, pro Animabus, pro uxoribus & liberis ſuis pugnarunt. 1. *Machab. 3. verſ. 20.* obſtat, *Sui defenſio tantum eſt Iuris naturalis.* ℟. Neg. Deinde, & Res noſtra eſt, ſi quis ſanguinem noſtrum velit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An quis cogatur naturali ratione defendere extraneum in vitæ periculo conſtitutum?*

℟. Aff. Modò id citrà periculum fieri poteſt. 1. Per *l.* 3. *D. de Iuſt. & Iur. l.* 1. *C. quand. lic. ſin. Iudic.* 2. Quia proximum diligere, ſicut nos ipſos, tenemur; at nos tueri licet, etiam cum occiſione Invaſoris, ſervato ſc. moderamine inculpatæ tutelæ, ergò, &c. adde & *Ioh.* 15. *verſ.* 13. 1. obſtat *l.* 36. *culpa. D.R.I.* 2. obſtat, *Is, qui propriam vitam ponit pro amico, magis diligit proximum, quam ſeipſum.* 3. obſtat, *cum uterque ſit proximus, tam invaſor quam invaſus, quod priori non magis liceat eripere vitam, quam poſteriori ſervare.* ℟. ad 1. Res quoque noſtra eſt, civem Reipub. ſervare, & ex neceſſitate, ut bonus ſit incolumis, malum tollere. ℟. ad 2. Bona gratiæ & ſalutis prius nobis velle debemus, quam aliis, concedo. At bona vel vitæ corporalis, vel honoris ac famæ, vel opum temporalium, nego. Tum enim & noſtra & proximi cauſa cenſetur una atque individua, idque ex lege morali. ℟. ad 3. Hic obſervandum, quod licet uterque ſit proximus, quod tamen hîc ſint proximitatis gradus. Cum ergo invaſor ſit nocens, invaſus verò innocens, potior eſſe debet ratio innocentis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An Jus G. rectè dividatur in Primævum, & Secundarium?*

R. Aff. 1. Quia eam diviſionem exempla *in* §. 2. *h.* & *l.* 2. & *ſeqq. D. de Iuſt. & Iur.* propoſita ſuadent, cum diverſimodè Juſg. referantur. 2. Quia cauſa hujus ad Juris(*i.e.Ratio*)duplex eſt; ſimplex, vel compoſita ex diſcurſu, ſeu ratiocinatione: cum ſc. ratio inferior à ſuperiori, quia publica, quia magis æqua aut naturalis eſt, ſuperatur. Pinell. *ad l.* 2. *p.* 1. *n.* 11. *C. de Reſcind. Vend.* Donell. 1. *Comm.* 7. Schot. *in Exam. Iurid. ad tit. de Iur. nat. Gent.* Vinn. *ad* §. 1. *d. tit. n. ult.* Diſſ. Connan. 1. *Comm.* 5. Bronch. *cent.* 1. *aſſert.* 3. 1. obſtat, *Atqui hæc diſtinctio in Iure non reperitur:* 2. obſtat, *l.* 9. *D. de Iuſt. & Iur. ubi Iuſg. unius tantum generis eſſe dicitur.* R. ad 1. directò & expreſſè, concedo. Indirectò & tacitè, ex mente ſc. & ſententiâ legis, nego. Huc pertinet *l. ſcire.* 17. *D. ll. l.* 6. §. 1. *D. V. S.* R. ad 2. Leges legibus ſunt conferendæ; unius enim incluſio non eſt neceſſariò excluſio alterius.

Q. 13. *An Jureg. Dominia Rerum ſint Diſtincta?*

R. Aff. *l.* 5. *D. de Iuſt. & Iur.* Ex naturali enim ratione, multiplicato ſc. genere humano, & gliſcente iniquitate, ad Pacem obtinendam & faciliorem Rerum expeditionem diſcretio *Mei & Tui* nata eſt.

eſt. 1. obſtat *c. quo Iure.* 1. *diſtinct.* 8. *verb. Tolle Iura Impp. & quis audet dicere, mea eſt illa villa, aut meus eſt ille ſervus, aut domus hæc mea eſt? ſi autem ut teneantur iſta ab hominibus Regum Iura fecerunt, vultis recitemus leges, ut gaudeatis? ergò dominiorum diſtinctio à Iure civili eſt profecta.* ℟. Diſt. Bonorum diſtinctio in genere Iurig. At hujus vel illius rei diſtributio ſingularis (*de quâ in d. c.*) Juri civili eſt adſcribenda. obſtat *§. 1. Inſt. de oblig. quæ ex delict. verb. (lege naturali) adde l. Probrum. 42. D. V. I. ergò bonorum diſtinctio immediatè à Iure naturali deſcendit.* ℟. Lex naturalis *in d.* §. 1. Significat Juſg., quod, quia illud naturalis ratio conſtituit, etiam Jus Naturale vocatur. *§. Pen. Inſt. de Iur. Nat. Gen. & Civil. §. ſingulorum.* 11. *Inſt. de Rer. diviſ.* unde negatur conſequentia.

Q. 14. *An Latroni (cum de Re Reddendâ agitur) ſit habenda fides?*

℟. DIſting. Vel lis orta eſt ſuper depoſito reddendo inter Latronem & depoſitarium, vel alium extraneum. Vel lis orta eſt inter Latronem & Dominum Rei. Priori caſu, aut Dominus ſupervenit, aut non. Illo caſu, nego. *Per l.* 31. *§.* 1. *D. depoſ.* Domini enim Jus potius eſt, ut qui Jus in Re habet, & de damno vitando certat, latro verò vel extraneus de lucro captando. Hoc caſu, Affirm. *l. non ab* 64. *d. de Iudic. l.* 16. *d. Commod. l.* 22. *§.* 2. *d. de Pign. act. l.* 1. *§. ſi Prædo.* 39. *d. depoſ.* Poſteriori caſu, nego. Res enim tunc reddenda

eſt

eſt domino. Arg. *l.* 116. *D. R. I.* 1. obſtat, *Pacta ſunt ſervanda. l.* 1. *d. de Pact.* 2. obſtat *l.* 37. *d. de Minor. in fin.* 3. obſtat, *Latro eſt arcendus à Repub. ergo ei non eſt habenda fides.* ℞. ad 1. Id verum eſt, ſc. prout Jus hoc docet: At jus docet, deponenti depoſitum eſſe reddendum, niſi alterius ſupervenientis cauſa potior ſit. ℞. ad 2. d.l. loquitur de beneficio ſpeciali, & extraordinario, nos verò de communi, quo homo (*quà talis*) fruitur. ℞ ad 3. licet Latrones & Latrocinia non admittantur, actio tamen ex contractu Juriſg. haud deneganda. Fund. quia ſpoliando, non verò contrahendo deliquit. Licet enim turpiter agat latro latrocinium exercendo, non tamen turpiter contrahit, cum Latro ſit. Arg. *l. Idem* 4. §. *ſed quod meretrici.* 3. *d. de condict. ob Turp. cauſ.* At fides Latroni (*qua tali*) ſimpliciter data de pretio pro redimenda vita non eſt ſervanda. 1. *Per l.* 3. *in fin. d. de Iuſt. & Iur.* 2. cum hæc promiſſio contrà bonos mores per metum vel vim ſit exorta, nihil ab eo cum effectu exigi poteſt. *l.* 116. *D. R.* 1. Sed promiſſio fiet irrita per reſtitutionē in integrum. *l.* 1. *d. de eo quod met. cauſ.* 3. Quia Injuriam facienti fides non eſt ſervanda.

Q. 15. An Λύτρον, ſeu pretium pro redimenda vitâ Latroni juratò promiſſum ſit perſolvendum?

℞. Aff. Semper enim ea opinio tenenda, quæ juramenti religionem quantum fieri poteſt, integram conſervat, & conſcientiis conſulit. DD. *in auth. Sacramenta*

Pube-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Puberum. C. ſi adverſ. vendit. 1. Quia Juramentum principaliter jurantem Deo obligat. *c. debitores X. de Iurej.* ergo ſine illius Injuriâ & violatione reverentiæ ipſi debitæ omitti non poteſt. 2. Quia de Iure Canonico (cui in hâc materiâ ſtatur) *Iuramentum ſponte præſtitum eſt ſervandum, cum ſc. in alterius præjudicium non redundat, nec vergit in diſpendium ſalutis æternæ. c. cum contingat.* 28. *X. de Iurejur.* 3. Quia Iuramentum de Re Licitâ & Poſſibili eſt obligatorium: at vitam redimere licet, & ſummam dare poſſibile eſt. 1. obſtat, *Iuramentum non debet eſſe vinculum Iniquitatis. c. quantò. X. eod.* 2. obſtat, *Iuramentum contrà bonos mores præſtitum non obligat. c. non eſt obligatorium.* 58. *de R. I. in* 6to. 3. obſtat, *Iuramentum de Re illicitâ, & cujus executio eſt conjuncta cum ſalutis publicæ detrimento non tenet.* 4. obſtat, *Iuramentum contrà Deum & Amorem proximi de Rebus malis præſtitum eſt reſcindendum.* Ratio, quia Juramenta cum vim habeant à verbo Dei, non obligant, ſi ei adverſentur. 5. obſtat, *actus ipſo Iure nullus juramento confirmari non poteſt. l.* 5. *C. de legib.* 6. obſtat, *quod hæc promiſſio ſit actio invita & extorta.* ℟. ad 1. Promittens ſolvendo iniquitatem Latronis, ſive ipſum Latrocinium non confirmat, ſed cum deteſtatione ejus quod Pænam meretur, conſcientiam ſuam liberat. ℟. ad 2. Non eſt contrà bonos mores certâ pecuniæ ſummâ vitam redimere, at præmium Latrocinii ſolvere hoc demum turpe ac perniciofum eſt. ℟. ad 3. Promiſſor ſolvendo Rem licitam agit. ℟. ad 4. Deus juramentum ſervari vult, licet nobis dam-

damnoſum Pſalm. 15. niſi vergat in diſpendium animæ. Nec quoque amorem proximi lædit, non enim Latronem in ſua malitia confirmat, aut Latrocinium comprobat, nec quoque proximum in ſimile diſcrimen adducit; quia Judici Latronem indicare poteſt, licet juraverit ſuper ſilentium. ℞. ad 5. Quod promiſſio ſimpliciter Latroni facta non ſit actus ipſo jure nullus, ſed opus ſit reſtitutione. Vid. *quæſt. præced.* ℞. ad 6. nego: cum enim hæc jurata promiſſio facta ſit ſpe majoris boni, & metu majoris mali, eſt actio mixta, ſpontanea magis quam invita. Adde, quod ex tali promiſſione & heres promiſſoris teneatur. obſtat, *Atqui Iuramentum ex parte Iurantis eſt Perſonale, non Reale.* ℞. diſting. Quoad vinculum Perjurii, concedo. Quoad efficaciam obligationis, nego. Panorm. *in c. veritatis. X. de Iurejur.* Salycet. *in l. Emptione. n.* 1. *C. plus valer. quod agit.* Gail. 1. *obſ.* 27.

Q. 16. *Quo Jure quis delinquendo obligatur ad Pænam?*

℞. ET Civili, & Jureg. de Jure Civili. 1. Quia illud nomina & Pænas delictorum in ſpecie invênit. 2. Quia illud delicta eſſe punienda docet. *l. congruit.* 13. *d. de offic. Præſid. l.* 51. *§.* 2. *D. ad l. Aquil. l.* 3. *C. de Epiſc. Aud.* De Jureg. 1. Quia delinquendo quis in Pænam conſentit. *l. Imperatores* 34. *d. de Iur. Fiſc.* at conſenſu Iureg quis obligatur. Adde §. 1. *Inſt. de oblig. quæ ex delict.* 2. Quia deficiente conſenſu naturalis æquitas pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

prohibet delicta. *l. ſi a Reo. 70. §. id quod. 5. D. de Fidejuſſ.* At ex æquitate naturali obligatio naturalis oritur, i. e. Iureg. quis tenetur *l. 84. §. 1. D. de R. I.* Delinquens ergò & civiliter & naturaliter obligatus eſt ad Pænam.

Q. 17. *An Literas alienas intercipiendo, deſigillando, celando, deſcribendo, aut recitando violare ſit permiſſum?*

℞. FLagitoſa eſt affirmativæ defenſio. Cum enim Jus Legatorum non violandorum ſit Iuriſg. *l. fin. D. de legation.* & literæ muti ſint Legati. Menoch. *de Arbitr. Iudic. cent. 6. caſ. 538. Verſic. octavus caſus.* Sequitur, hoc ſcelus eſſe Iureg. reprobatum. Atque adeò, cum hominum præſentia ſemper non detur, uſus atque humana neceſſitas ſcripturam invenit, eâque abſentium & commercia & contractus, qui ferè Iuriſg. ſunt, *§. 2. Inſt. de Iur. nat. Gent.* ſalvos fecit. Accedit, & Reipub. intereſſe, ne cuſtodia literis, propter ſigillũ, ut rebus ſacris, à Iure publico tributa turbetur, & Ius privatorum, ſcil. tam mittentis, quam ejus cui mittuntur literæ, lædatur. Itaque ſequentes regulæ obſervandæ ſunt. 1. Violans literas publicas (hoſtes Reipub. juvandi cauſâ) incidit in crimen Læſæ majeſtatis. *l. 1. in fin. D. de leg. Iul. Majeſt.* 2. Violans literas privatas ex ſolo vitio curioſitatis, nec aliis oſtendens, Pænâ plectitur extraordinariâ. *l. ſunt præterea. 8. D. de extraord. crim.* 3. At qui eas violavit atque

atque doloſe in fraudem & injuriam ſcribentis adverſario aut alteri manifeſtavit, tenetur furti, falſi, & injuriarum. *L. ſi mandavero.* 22. *§. ſi tibi. 7. d. mandat. l. 1. §. is qui depoſita. d. ad leg. Corn. de Falſ.* Arg. *l. 5. §. eadem Pœna.* 10. *D. de Injur.* De hâc materia vid. Barthol. *in l. 2. D. ad l. Cornel. de Falſ.* Tib. Decian. *in tract. crim. lib. 7. c. 17.* Menoch. *loc. Præalleg.* Coler. *deciſ.* 179. *n.* 15. Benedict. Carpzov. *Part. 2. crim. q.* 93. *n.* 70. Matth. *de crimin. ad Tit. de Falſo. n.* 7.

Q. 19. *An alicui ex literis violatis & ſcelere ſibi proditis contrà ſcribentem competat actio?*

℞. MInime. Idque ſive bonâ ſive malâ fide poſſeſſionem earum ſit conſecutus. Vid. Ant. Fab. *lib. 2. C. ſub tit. 1. defin. 9.* Quæ contra vitilitigatores & hujuſmodi Sycophantas Ictos plurimum momenti habet. Non enim ei agendi jus eſt, ſi bona fide poſſideat. 1. quia è domo Rei probatio non eſt petenda. *l. ult. C. de edend. l. nimis grave. 7. C. de teſtib.* At literæ ad aliquem ſcriptæ (puta, à fratre ad Sororem) de Iure dicuntur eſſe penes ſcribentem, donec traditæ ſint. *l.* 65. *in Princ. d. de Acquir. Rer. domin.* 2. Quia in furti ſuſpicionem incidit, qui rem alienam caſu amiſſam ſibi retinuit, nec in dominum inquiſivit. *l. 2. l. Civile. 5. C. de Furt. C. ſi quid inveniſti.* 14. *q.* 5. idque ſive cujus ſit ſciat, ſive ignoret. *l. falſus creditor.* 43. *§. qui alienum. 4. d. de Furt.* Scire enim quiſque debet, quod ſuum non eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

id omnibus modis ad alium pertinêre. *l. fin. C. unde vi.* multò ergò magis iſthoc ſcelere commaculatur, qui Domino ſuum repoſcenti ſe oppoſuit. Non ſi mala fide; i. e. ſi actoris ope aut conſilio ſint interceptæ, aut violatæ. 1. Quia actor iſthoc caſu pro fure habêtur: At fur ex dolo & improbitate ſua jus habere non poteſt. *l. ità quis.* 12. *§.* 1. *D. de Furt.* 2. Quia talis actio nihil aliud eſt, quam ſceleris Jureg. & civili exècrati approbatio: maximè, ſi actor ipſe literas violaverit, quod & recitando, & deſcribendo contingit. *per l3. §.* 19. *& ibi Gothofr. junct. §.* 20. 28. *D. de Senatuſc. Syllan.* Arg. *l.* 15. *§. feciſſe.* 8. *D. de Injur.* 3. Quia ſceleribus patrandis via præcludenda eſt. 4. Quia & tale admiſſum improbum ipſi Gentiles cenſuêrunt, qui, cum accuſationem ſuam Inſtrumentis ſcelere proditis inſtrûere poſſent, noluerunt: ut de Cn. Domitio Tribuno Plebis, qui M. Scaurum accuſaverat, & de L. Craſſo, qui Carbonem ſibi infenſiſſimum detulerat, Valer. Maxim. *lib. 6. c. 5.* teſtatur. Cum ergò id in neminem cadere queat, niſi qui magna eſt vi corporis, at ingenio malo pravoque. Id eſt, cui animus eſt ferox, audax, ſubdolus, varius, alieni appetens, ſui profuſus: Quique inopiâ Rei familiaris & fortaſſe conſcientiâ ſcelerum preſſus nihil penſi habet, quibus modis aliena, dum ſibi ea parat, aſſequatur. Mirandum ſanè quâ fronte D. à Poculis decem Ict. Anno 1658. actionem movere contra quendam, qui Epiſtolam familiarem ad ſororem dederat, quam nefarius quidam homo ſcelere ipſi prodiderat, ſuſtinuit. Cum tantò gravius peccet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

cet Ict. quantò majori curâ ejus eſt Juſtitiæ præcepta propugnare. At dictus Dominus à Poculis causâ cecidit.

Q. 19. *An Jura Naturalia & Gentium ſint abſolutè Immutabilia?*

℞. QUoad Principia & Rationes ex quibus conſtant, Aff. *§. Pen. Inſt. de Iur. Nat. Gent. §. fin. Inſt. de Legit. Agn. tut. l.* 8. *D. de R. I.* Semper enim Pater manet Pater, *Nov.* 12. *c.* 2. filius ſemper filius. Quoad verò Jura conſtituta, ſeu effectus iſtis Principiis tributos, diſtinguo. In Theſi, nego. In Hypotheſi concedo. e. g. *Quia quis filius eſt, ideò Hereditas, & Alimenta ipſi debentur. l.* 7. *D. de bon. damnat. junct. l. necare.* 4. *D. de Agnoſc. & Alend. Lib.* Hæc in theſi tolli non poſſunt, ſed tantum in Hypotheſi. ex majori ſc. æquitate, vel ex publicâ utilitate. Quâ diſtinctione ſervatâ facillimè reſponderi poteſt ad *§. Pen. Inſt. de Iur. Perſon. §. Pen. Inſt. de capit. deminut. Nov.* 115. *c.* 3. *Auth. ex complexu. C. de Inceſt. Nupt. l.* 20. *C. de pact.*

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM TERTIA,

Ad §. 3. & ſeqq. Tit. 2. Lib. 1. Inſtit.

Q. 1. An Scriptura ſit de ſubſtantia Legis?

℟. NEgo: ſive quæratur de lege in genere accepta, ſive in ſpecie Romanâ, Vid. Connan. 2. *Comment.* 8. *n.* 1. Schotan. *in Exam. Iurid. ad Tit. de Iur. Natur. Gent. & Civil.* Vinn. *ad* §. 3. *n.* 1. *d. tit.* 1. Quia ſolus expreſſus populi conſenſus legem ponit. *l.* 32. §. 1. *D. de legib.* Sic (E. G.) cum rogante magiſtratu (*Velitis, jubeatis Quirites, &c.*) populus in tabulis reſpondiſſet (*uti rogas, vel per literas V. R.*) ſtatim Lex erat. 2. Quia Imp, dicendo legem condit. *l.* 6. *C. qui bonis ced.* 3. Quia legi jam ineſſe ſuo conſtitutæ ex accidenti ſupervenit ſcriptura. §. 11. *ſingulorum Inſtit. de Rer. diviſ. in verbis* (*cum leges ſcribi cæperunt*) ergo leges fuerunt antequam ſcriberentur. 4. Quia nunquam Lacedæmonii ſcriptis, licet propriè dictis legibus, uſi fuerunt. §. 11. *Inſtit. de Iur. Natur. Gent.* Plutarch. *in vitâ Lycurgi.* Et ſicuti conſuetudo in ſcripturam redacta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

redacta non eſt lex, ita nec lex non ſcripta conſuetudo eſt. 1. obſtat, *quod Populus Rom. omnes leges ſuas ſcripſerit. §. 3. junct. §. 9. Inſt. de Iur. nat. Gent. l. 8. C. de ll.* 2. obſtat, *Sine quo lex non obligat, id de ejus eſſentia eſt; at ſine ſcriptura non obligat,* ergo &c. *quia abſque ea populo innoteſcere nequit.* ℞. ad 1. Non quod neceſſe foret ad legis eſſentiam, ſed cum lata eſſet, ad ejus exiſtentiam, ſcribi placuit Romanis. Haud enim melius in Populi notitiam lex pervenire potuit, quam per ſcripturam. Sicut *in l. 8. C. de ll.* innuitur, quod ſcriptura optima ſit promulgandi ratio, cum citrà promulgationem lex non obliget. ℞. ad 2. Aſſumptio abſolute falſa eſt, ut ex prædictis apparet. Falſa quoque eſt ratio; quia & voce præconis lex promulgari poteſt. Breviter, duo ſunt quibus jus ſcriptum à non ſcripto. i. e. (lex à conſuetudine) differt. Quorum 1. eſt eſſentiale, ſic expreſſus conſenſus ad legem, tacitus ad conſuetudinem ſufficit. 2. eſt accidentale. Sic per ſcripturam divortium fecit lex à conſuetudine.

Q. 2. *An Lex vel conſuetudo irrationabilis valeat?*

℞. NEgo. Ratio enim eſt anima legis. *l. 39. quod non. D. de ll. l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. cap. 5. diſtinct.* 1. 1. obſtat *l. 14. 15. D. de legib.* 2. obſtat *l. 20. 21. D. eod.* 3. obſtat *Argum. l. 39. D. de legib.* 4. obſtat *l. 3. D. de offic. Prætor. & l. 3. D. ad Senatuſc. Macedon. §. 7. Inſtit. de Teſtam. Ordin.* 5. obſtat *l. 3. in fin. D. de ſuppellect. leg.*

6. obſtat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

6. obſtat *l.* 13, §. *fin. Verbis (uſurpatum tamen & hoc eſt, tametſi nullo jure.)* ℞. ad 1. Ibi agitur de jure ſingulari, quod ſcil. ex majori ratione contra rationem juris communis ſingulariter eſt conſtitutum. At non de eo, quod omni ratione juris caret. ℞. ad 2. Ibi agitur de jure merè poſitivo; id eſt, de eo, quod ex beneplacito & ordinis cauſa eſt conſtitutum. At non de eo, quod ex bono & æquo eſt ordinatum. In illo & ratio eſt & eſſe debet, licet perſæpe à nobis adæquata dari non poſſit. E. G. ſi quæratur de adæquata ratione numeri teſtium in teſtamento. At in hoc de ratione conſtare debet. *l.* 8. *C. de Iudic.* ℞. ad 3. *in d. l.* 39. non indicatur quod geſta ſine ratione vel per errorem valeant, ſed quod non ſubſiſtant, ſi ad ea reſcindenda quis velit agere. ℞. ad 4. Quod in *d. l.* 3. non agatur de errore circa ſubſtantiam rei, ſed de eo qui circa extrinſecam qualitatem perſonæ, quæ ad rem non pertinet, commiſſus eſt. At ille error reſcindere haud debet illud quod legitimè & verè peractum eſt (maxime ſi reipublicæ interſit, id ſervari. Et *in d.* §. 7. non error, ſed in errore ſumma principum authoritas jus benignè ex ſpeciali favore ultimæ voluntatis conſtituit. Vid. *l.* 5. *D. Teſtam. quem. aper.* Vinn. *ad D.* §. 7. *n.* 1. ℞. ad 5. *D. l.* innuitur, ſi quis erraverit in verbis quod magis inhærendum ſit voluntati, quam propriæ rei appellationi. Fund. *in l.* 2. *C. commun. de legat.* at ibi non ſtatuitur lex ſubſiſtere poſſe quæ in errore fundatur. ℞. ad 6. verba (*nullo jure*) non de ratione juris, ſed de lege aliqua ſpeciali intelligenda ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. *An Princeps ſit ſolutus Legibus?*

R. NOn hîc de Principe minorum Gentium (i. e. de eo, in quem non minus juris habet multitudo, quam ipſe in multitudinem) quæritur: qualis Ambiotrix Eburonum Princeps apud Cæſar. *lib.* 1. *de Bell. Gall. cap.* 27. deſcribitur. Sed de Principe ſupremo, quo nemo in principatu major exiſtit, diſputatur. Et hic vel ut talis (i. e. *quoad Majeſtatem & Plenitudinem* poteſtatis) conſideratur, vel quatenus ſpectatur *privata ipſius Perſona*. Deinde, lex vel eſt Divina, vel Naturalis, vel Juriſ-Gent. vel Fundamentalis, vel Civilis, ſeu poſitiva. Poſtremò, vis obligandi vel eſt coactiva, vel directiva. Coactiva eſt, Quæ legi non obtemperantem vocat ad Pænam; idque vel in foro Poli, vel in foro Soli, vel in utroque. Directiva eſt, quâ quis ratione officii, Honeſtatis, & Modeſtiæ ad legis obſervantiam obligatur, non verò ad Pænam. Hiſce præmiſſis reſpondemus, Principem (*quà talem*) & quoad vim coactivam & directivam, ſolutum eſſe *legibus civilibus vel poſitivis*, tam in foro Soli, quam in foro Poli. Fund. quia cum earum reſpectu ſit Princeps, eoque nemo ſuperior, ſequitur, neque ipſum ullis ad Pænam vocari legibus, utpote tutum Imperii poteſtate. Unde Principis eſt, non Populi, pro ſalute Reipub. legem ferre atque mutare. Qua mente Senatus Romanus Octavium Auguſtum omni legum neceſſitate ſolvit. Huc pertinet *l. Princeps.* 31. *d. de legib.* Principem verò

quoad privatam ejus perſonam, quoad vim directivam ſc. iis tenêri. *l.23.d. de leg.3.§.fin.Inſt. quib.mod. teſt. infirm. l.4. C.de legib. l.4.C. ad leg. Falcid.* niſi fortaſſe ſint levioris momenti quæ lege poſitiva conſtituta ſunt. (e.g. ne quis armatus incedat, purpurâ utatur, choreas ducat, & ſimilia.) *Legibus verò divinis, Naturalibus & Gentium* Princeps tenetur (etiam quoad vim coactivam) ſc. in foro Poli. i. e. Princeps præceptis Decalogi obedire, juramentum ſervare, fidem in contractibus & conventionibus non fallere, alteri non facere, quod ſibi fieri nolet, &c. debet. Et ſi ea violaverit, non à ſubditis, ſed à Deo trahitur ad Pænam. Huc pertinet illud 2. *Samuel.*1. *verſ.*16. *Cædis tuæ cauſa (inquit David) ſuper caput tuum eſt, quoniam os tuum teſtimonium perhibuit contrà te, dicendo, ego morte affeci unctum Iehovæ.* Et illud ex *Pſalm.*51. *verſ.*6. (*Tibi ſoli peccavi Domine.*) Unde & Marcus Antoninus apud Xiphil. ait, περὶ τῆς αὐταρχίας ὁ Θεὸς μόνος κρίνειν δύναται. i. e. *de Principe Deus ſolus judicare poteſt.* Et Agapetus Diaconus *in Baſilicis, cap.*68. Κύριος μὲν πάντων ἐστὶν ὁ βασιλεὺς, δοῦλος δὲ μετὰ πάντων ὑπάρχει τοῦ Θεοῦ. *Rex quidem Dominus eſt omnium, at ipſe unà cum omnibus eſt ſervus Dei.* Fund. quia (legum divinarum reſpectu) Princeps conſideratur, ut ſervus Dei; Quoad Leges verò naturales, ut Animal; Quoad Leges Juriſg. ut homo. Unde & Juri naturali & Gentium, ut juri communi, adſtringitur. Legibus verò fundamentalibus, in quas inaugurationis tempore, ut foret Princeps, juravit, quæque alias *leges Imperii* dicuntur, & quibus violatis Imperium ruat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ruat neceſſe eſt, iis, nec quoad vim coactivam, idq; tam in foro Soli, quam in foro Poli, nec directivam, eſt ſolutus; ſed hoc caſu contrà eas violantem Principem, non ſinguli, ſed Populus ejurando inſurgere atque adeò & puniendo ſe tuêri poteſt. e. g. Ut ſi Princeps calcatis iſtis legibus veram religionem affligere, Regni fundamenta evertere conetur, ſi in ſubditorum corpora & bona ſævire, ſeque omnium ſcelerum immanitate polluere ſuſtineat. Fund. cum enim Princeps populi gratiâ, & non Populus propter Principem ſit, ſequitur, eum, qui actu & exercitio Tyrannus eſt, indignum eſſe Imperio. Non enim quod lubet ipſi licere debet. 1. obſtat §. 6. *Inſt. de Iur. Nat. Gent. ubi placitum Principis pro lege eſt.* 2. obſtat 1. *Samuel.* 8. *verſ.* 11. *ubi Rex omnia pro voluntate gerit.* 3. obſtat, *Quod Sacramenti obſervatio ſecundum aliquos Regum modeſtiæ & honeſtati tantum relinquatur.* 4. obſtat, *Dominis* δύσκολοις *eſt parendum, ergò Populus in Principem, qui actu & exercitio Tyrannus eſt, inſurgere non poteſt.* 5. obſtat, *quod non omnibus legibus civilibus, ſed caducariis tantum Princeps ſit ſolutus.* Vid. Cujac. 15. *obſerv.* 30. ℞. ad 1. placitum Principis pro lege ſervandum eſſe, ſc. ſi ei adſint omnia legis requiſita. i. e. Si illud Juſtitiæ, Æquitati, Rationi, ac honeſtati conveniat, illudque Princeps pro lege ſervari velit. ℞. ad 2. ibi non deſcribi Jura majeſtatis, ſed tantum quomodò Reges Jure ſuo abuti ſoleant. Ibi enim irridetur Inſanientis Iſraëlis furor, ut qui rejecto Imperio, quod tam clementer per judices Deus inter eum adminiſtrabat, Regem

ſibi optabat. Vid. *verſ.* 3. *&* 19. At non d
illo Principe tractatur, qui in Leges fundamen
tales tempore inaugurationis juraverat, ac poſt
eà contrâ fidem, violatâ Jurisjurandi religione
cuncta devaſtavit. ℞. ad 3. Impia hæc & bla
ſphema ſententia eſt, atque perjuriis feneſtran
aperiens: Ut reſpondit Wiſſenbach *diſput.* 4. *a*
Pandect. theſ. 14. ℞. ad 4. Neg. conſeq. ſc. ſ
Princeps, qui in Leges fundamentales juravit
Tyrannidem in Interna ſubditorum, & quæ ſun
animi, exercuerit. Tunc enim Populus univer
ſus, qui etiam à Deo eſt, & ſimul major Princi
pe, propter conſcientiam cauſam Dei adverſu
talem & ejurando & puniendo tueri poteſt, a
debet. Argum. *cap.* 6. *ad Epheſ. verſ.* 5. 6. 7
8. 9. *& ibi not.* ℞. ad 5. Id abſurdum eſſe
cum caduca ab Impp. Iuſtiniano ſint ſublata
l. unic. C. de caduc. tollend. & poſteâ caverit ſe
cundum Divos Impp. *Legibus licet ſoluti ſimus*
attamen legibus vivimus. §. fin. Inſt. quib. mod
teſtam. infirm.

Q. 4. *Quid circà contractus obſervandum?*

℞. 1. QUod Princeps in iis fidem non
poſſit violare: cum ſint ex Jureg
§. 2. Inſt. de Iur. Nat. & (quoac
privatam perſonam) Princeps vel legibus civili-
bus non ſit ſolutus. *l. 4. C. de legib.* niſi Tyran-
nus eſſe velit. nec obſtat *l. Pen. C. de donat. Int.*
vir. & uxor. Quia cum ibi indicatur, donatio-
nem à Principe factam ſtatim valêre remiſſâ in-
ſinuatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſinuatione donationis, & non obſtante eo, quod alias inter conjuges donatio non procedat, ſequitur, Imperialem contractum illicò obtinere vicem legis. 2. Quod Princeps qui ex ſucceſſione pervenit ad Principatum, ſc. ſi cauſa quæ tractatur ad Imperium ſpectaverit, & ipſe ſit inſtitutus heres, ex contractu prædeceſſoris teneatur. Succeſſor enim approbare tenetur contractum ejus in cujus locum ſucceſſit. Per *l.* 10. *D. R. I.* ſecus ergo, ſi alius fuerit inſtitutus heres, & cauſa ad bona privata Principis ſpectaverit. Si verò per electionem ſit adeptus Imperium, non tenetur, niſi quà lucrum ſenſerit, aut negotium ſit geſtum in Reipub. utilitatem. Bodin. *de Repub. c.* 9.

Q. 5. An Princeps (qua ſc. privata ipſius Perſona ſpectatur) ſolennitatibus Legum ſit ſolutus? i.e. An in Teſtamentis, contractibus, aliiſque diſpoſitionibus, Juris formulis ſit alligatus?

℟. DIſtinguo. Vel ipſe Princeps ſuo nomine quid facit, vel alius coram eo. Priori caſu, Aff. Quia, legum civilium reſpectu, Princeps eſt. Argum. *l.* 31. *D. de legib.* Novell. 105. *c. ult. in fin. Omnibus è nobis dictis (inquit Iuſtinianus) Imperatoris excipiatur fortuna, cui & ipſas Deus leges ſubjecit, legem animatam eum mittens hominibus.* Poſteriori ſubdiſtinguo, vel quis quid agit coram Principe, ſed non in commodum ejus, & Affirm.

cum enim ſcientia & præſentia Principis omnem ſolennitatem ſuperet. *l. omnium.* 19. *C. de Teſt.* Solennitatis defectum multò magis ſuppleat eſſe neceſſe. Vel quis quid agit coram Principe, ſed in commodum ejus, & nego. *l. ex Imperfecto.* 23. *D. leg.* 3. *Decet enim tantæ majeſtati* (inquit Jc.) *eas ſervare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur. l. ex imperfecto.* 3. *C. de Teſtam. Nov.* 52. *c.* 2. Schot. *in exam. Iurid. ad Tit. de conſtitut. Princip.* Et quæ diximus de Principe (quoad ſc. privatam ipſius perſonam) eadem & Auguſtæ, i. e. uxori ejus, accommodamus. *l.* 31. *d. ll. l. Fiſcus.* 6. §. 1. *d. de jure Fiſc.* unde quod locum habet in Legato *Perſonæ Principis* relicto, id & locum habet in legato uxori ejus relicto. *l. ſi Auguſtæ.* 57. *d. de leg.* 2. nec obſtat *l.* 56. *d. eod.* Quia ibi agitur de legato Principi (quâ tali) i. e. principali Imperio relicto. Nec enim ita ſucceſſorem habet Auguſta, uti Princeps.

Q. 6. An Princeps vi ſuæ majeſtatis poſſit alicui Jus quæſitum auferre?

℞. MInimè. *l.* 2. §. *Merito.* 10. *D. ne quid in loc. Public. l.* 16. *C. de tranſact.* Huc ergò pertinet *l.* 2. 3. 7. *C. de Precib. Imp. offer. l. fin. C. ſi contrà Ius vel utilit. Public.* Diſſent. Jaſon *in l.* 15. §. 1. *D. de Rei Vindic.* 1. obſtat §. 6. *Inſt. de Iur. nat. Gent. in Princ.* 2. obſtat *l.* 9. *d. ad L. Rhod. de Iact. ubi Princeps dicitur eſſe omnium rerum dominus.* 3. obſtat *l.* 2. §. 16. *Si quis. d. ne quid in loco Publ.* 4. obſtat *l.* 3. *C. de crim. Sacrileg.* ℞. ad 1. voluntas

luntas Principis pro lege eſt, ſc. ſi Iuri non adverſetur. ℞. ad 2. id verum eſt,ſc. quoad Imperium, non verò quoad proprietatem. ℞. ad 3. ibi agitur de caſu quo alteri nondum jus legitimè quæſitum erat, cum quis impetraſſet à Principe cum incommodo illius ædificare. ℞. ad 4. ibi non dicitur, Principem alicui detrahere poſſe id quod ei Iureq. erat quæſitum, id enim non tantum licet, ſed & debet à Iudice refutari. per *ll. allegat.* Sed hoc tantum indicatur, quod diſputare haud liceat de principali Iudicio, cum aliquis ad officium eſt electus; cum enim præſumatur Princeps omnia optimè agere, quis dubitabit, an ſit dignus munere, quem Princeps eo condecoravit? Quod aſſeruimus id;& procedit in eo,quod alicui ex Iure poſitivo eſt quæſitum. veluti (e.g.) ex præſcriptione. Licet enim Princeps legem poſitivam mutare poſſit in futurum. *l. 7.c. de Legib.* Ius tamen ex eâ quæſitum citrà notam Tyrannidis auferre nequit. Licet vel Res ſit modica: quia Iuſtitiæ adminiſtratio non circà quantitatem, ſed qualitatem,eſt occupata. 1.obſtat *l. 9. in fin. l.* 10. *&* 11. *d. de dol. mal.* 2. obſtat *l.21. d. de Iudic. l. 2. c. de Precib. Imper.* ℞. ad 1. In famoſis, extraordinariis, & reſtitutoriis Iudiciis, de quibus d. loc. agitur, modicum non curatur. ℞. ad 2. quod ibi agatur de dilatione ad modicum tempus, per quam nihil aufertur. Vid. *l. 4. c. de Precib. Imp. off.* Vid. *l.72. de Pact. inter empt. & Vend.* Spem verò hereditatis quin Princeps tollere poſſit, nullus dubito. Sic per legitimationem excludi poſſunt conſanguinei, uti & per confirmationem ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

trimonii. *l. 57. qui in Provinciâ. d. de Rit. Nupt.*

Q. 7. *An Princeps ex Plenitudine ſuæ Poteſtatis Criminoſis veniam dare poſſit?*

℟. DIſting. vel agitur de levioribus delictis, & Aff. præſertim ſi Reip. non interſit illa puniri. Huc refer *l. 7. C. de Precib. Imp. offer.* vel agitur de delictis atrocioribus, i. e. Jure Divino, Naturæ, vel Gentium damnatis. Quale eſt homicidium, &c. & Neg. Quia Deo (qui ſuprà Principem eſt) iſthoc caſu eſt obtemperandum. Vid. *Geneſ. 9. verſ. 6.* Arg. *l. ſi minor. C. ſi Adverſ. delict.* niſi fortaſſe juſtiſſima cauſa ſit Pænam differendi, mitigandi, vel remittendi. Sic enim ob tumultum Populi præſtat unum dimittere, quam in unum animadvertendo omnes ad delinquendum invitare. Sic Moſes propter σκληροκαρδίαν, ſive duritiem cordis Populi Iudaici toleravit libellos repudii. Deut. 24. *verſ.* 1. Matth. 5. *verſ.* 3. ſic David propter pericula Pænam in Joabo & Simei diſtulit. 1. *Reg. cap.* 2. *verſ.* 5. *& ſeqq.* Sic & Iure civili permiſſum eſt Principi, ad commodum populi rogantis, ex ſingulari cauſa à Pæna delinquentem liberare. *l. ad Beſtias.* 31. *D. de Pæn.* Sic licet impunitatem promittere delinquenti, ſi detegat ſuos ſocios, qui reperiri non poſſunt. 1. obſtat, *quod non ſit faciendum malum, ut eveniat bonum. Rom.* 3. *verſ.* 8. Arg. *l. 8. §. 2.*

D. quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

D. quod met. cauſ. 2. obſtat, *fiat Iuſtitia & pereat Mundus.* ℞. ad 1. id procedit hoc ſenſu, ſc. quod nemo præcipere poſſit, ut malum turpe committatur. At noſtro caſu neceſſitati, vel publicæ utilitati, quæ legis expers ipſa legem ponit, paretur, & majori bono (omiſſo minori) obtemperatur. ℞. ad 2. Senſus eſt, præſtat perire, quam injuſtitiam facere. At qui Pænam propter neceſſitatem ex cauſâ publicâ remittit, injuſtitiam non facit, ſed prudenter legi majoris momenti, poſthabitâ minori, cedit. Liberandi tamen Reum à Pæna mortis, eò quod officio carnificis fungi velit, ut in quibuſdam locis receptum narratur, mihi ſufficiens cauſa non vidêtur: At ſi exemplo opus ſit, nec fortaſſe carnificis copia dêtur, tunc Principi licet ob publicam utilitatem ſtatuere, quod è Re Reipub. videbitur. An verò Judex damnatum ad mortem concedere poſſit Puellæ petenti in maritum? Id licet aliquandò factum à Senatu Pariſienſi refert Paponius *lib.* 24. *Arreſtor. tit.* 10. *art.* 14. Id tamen tanquam injuſtum cum eodem Papon. *d. art. condemno.* Per *l. commiſſum adulterium.* 27. *C. ad l. Iul. de adulter.* niſi Principis gratia præceſſerit. Pænam enim remittere ſolus Princeps poteſt. *l. divi fratres.* 27. *D. de Pæn. l.* 8. *§. fin. C. ad l. Iul. de vi publ.* Vid. Schneidw. *ad Rubr. tit. Inſt. de oblig. quæ ex delict. n.* 3. Gothofr. *ad l.* 31. *D. de Pæn.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 8. *An Reſponſa Juriſconſultorum ſint pro Jure recipienda?*

℞. Diſting. vel quæritur de Reſponſi illorum, quibus ſpecialiter à Principe conceſſum fuit de Iure reſpondere, quique auditorium ſuum habebant ſingulare, in quo erant Iuris peritiſſimi Adſeſſores. Vid. *l. lecta.* 40. *D. de Reb. cred. in Princ.* & Aff. *§. 8. & ibi dd. Inſt. de Iur. Nat. Gent.* Et ab hiſce Iudici (cum ſc. conſilium poſtulaſſet) recedere haud licuit. Vel quæritur de reſponſis privatâ autoritate datis, & neg. Sic interpretatio ad leges, & in ſpecie ad leges 12. tabell. non conſtituit partem Iuris ſcripti. *l.* 2. *§.* 5. *verſic. hæc diſputatio D. de Orig. Iur.* Sic & hodie à Reſponſis Ictorum recedere judici licet; quia nulla ipſis debetur autoritas, niſi lege aut ratione quod ducunt confirmaverint. Huc pertinet *l. nemo. C. de ſent. & interloc. ubi legibus judicandum eſſe & omnes Iudices veritatem & legum & Iuſticiæ ſequi oportere veſtigia ſancit noſter Imperator.* 1. obſtat, *quod jus d. §. 8. comprehenſum non ſit mutatum.* 2. obſtat, *quod hodie Doctores Iuris publicâ autoritate renuncientur.* 3. obſtat, *quod & iis detur facultas de Iure reſpondendi.* ℞. ad 1. Quod non omnibus Ictis ſit conceſſum, ut Principis autoritate reſponderent. ℞. ad 2. Quod *in d. §.* 8. agitur de pærogativa, quæ certis Ictis fuit indulta. ℞. ad 3. id verum eſt, ſed non autoritate Principis. At hodie qui pro ſe duorum Ictorum habet conſilia in expenſas litis

litis haud damnatur. Peccare enim non videtur qui prudentiorum conſilia ſequitur. Bald. Salicet. *in l. Iuris. C. qui admitt. ad bon. Poſſeſſ. poſſ.* At ſi quis per ſe non potuerit dubitare, ac Icti malè reſponderint, illorum ignorantia, vel error, vel malitia adverſario obeſſe non debet. *l. Factum* 155. *D. R. I.* Schotan. *in exam. Iurid. de Reſponſis prudentum.*

Q. 9. *Quot tempus ſufficiat ad conſuetudinem introducendam?*

℟. VAriorum omiſſâ ſententiâ, id Iudicis arbitrio relinquendum eſſe arbitramur. Fund. quia ex eo ſolo vires ſumit conſuetudo, quod Iudicio populi ſit recepta. *l.* 32. *§.* 1. *D. de legib.* An verò recepta ſit, id in facto conſiſtit. Quo caſu cum tempus non reperitur adjectum, id Iudex moderatur. *l.* 32. *D. de uſur. l.* 1. *in fin. D. de Iur. delibera. l.* 1. *in fin. D. de Effractor.* Coraſ. *in l.* 32. *D. de ll.* 1. obſtat, *quod longiſſimum tempus requiratur, cum de Iure Majeſtatis agatur.* 2. obſtat, *quod conſuetudo dicatur longa, diuturna, inveterata. l.* 1. *C. quæ ſit long. conſuetud. l.* 32. *§.* 1. *D. de ll. ergò requiritur ſpacium* 10. *vel* 20. *annorum. l. fin. C. de Præſcript. long. temp.* ℟. ad 1. Quod & majeſtas tacitè concedat populo (penes quem verè eſt majeſtas) conſuetudinem introducere. ℟. ad 2. Quod longum tempus curriculo 10. vel 20. annorum regulariter definiatur, ſc. cum lex expreſſe tempus longum præfinivit. At id falſum eſt in iis quæ ſunt facti.

Q. 10. *Quot actus requirantur?*

℟. ET id Iudici committimus arbitrandum. Tot enim actus ſufficiunt, quot Iudex ſtatuit probari poſſe eam à Populo eſſe probatam. *d. l.* 32. *§.* 1. Diſſent. Mynſ. *cent.* 6. *obſ.* 41. Gail. 2. *obſ.* 31. 1. obſtat, *quod frequentia in hac re exigatur. l.* 1. *C. quæ ſit long. conſuet. l.* 37. 38. *D. ll. ergò duo vel tres actus ſunt neceſſarii.* Arg. *l.* 3. *C. de Epiſcop. audient.* 2. obſtat *l.* 3. 6. *D. ll.* ℟. ad 1. quod *d. l.* 3. pertineat ad conſuetudinem peccandi, non verò ad eam introducendam, quæ pro jure valet. ℟. ad 2. Et ibi agitur de factis circà quæ lex condenda verſatur. Unde concludo, & unicum actum ſufficere poſſe; ſi ſc. coram Principe, vel in comitiis coram Patribus, quibus eſt poteſtas legem ferendi, ſit geſtus. Fund. quia Princeps, vel Patres tacitè id pro lege recepiſſe videntur. Argum. *d. l.* 32. *§. l. junct. §.* 5. *&* 6. *Inſt. de Iur. Nat. Gent.* adde *Princ. Inſt. de Codicill.* ubi Auguſti factum commemoratur.

Q. 11. *An Actus requirantur judiciales?*

℟. NEg. Cum enim ſufficiat tacitus populi conſenſus. *d. l.* 32. *§.* 1. *l. ſed & ea.* 35. *D. ll.* ſequitur, præſentiam vel autoritatem judicis non eſſe neceſſariam. *l. ſive.* 28. *C. de Tranſact.* Deinde ſententia noſtra probatur *per l.* 38, *D. de legib.* ubi con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſuetudo Rebus judicatis opponitur. 1. obſtat *l. 34. d. ll.* 2. obſtat *l. 38. d. eod. l. 1. C. quæ ſit long. conſuet.* ℞. ad 1. ibi tantum dicitur, inquirendum eſſe, an fuerit contradictio, non quod neceſſariò contradictio requiratur. ℞. ad 2. Licet bonum ſit, & oporteat, Res perpetuò eodem modo judicatas ſequi, nil tamen impedit, quò minus & conſuetudo ex alia cauſa introduci poſſit.

Q. 12. *An Populus ſub Principe poſſit introducere conſuetudinem?*

℞. AFfirmo. *l. 32. §. 1. D. de LL.* Fund. quia Princeps, cui majeſtas eſt delata, dum contra illam non fert legem, tacitè in eam conſentire videtur, & perinde eſt, ac ſi ab ipſo Principe lex lata foret. *d. l. 32. in Princ. junct. arg. ex l. 6. §. 2. l. 18. D. mandat.*

Q. 13. *An conſuetudo ſit facti?*

℞. AFfirm. ergò ab allegante probari debet. Ea enim quæ facti ſunt, probari debent. Nec iſthoc caſu uni Doctori atteſtanti de conſuetudine plenè creditur. *per l. 9. §. 1. C. de teſtib. l. Maritus. 20. D. de Quæſtion.* Fund. Quia IC. hoc caſu non de jure, ſed de facto teſtatur. 1. obſtat *l. 12. D. de ſtat. hom.* ℞. ibi non ſimpliciter Hippocrates teſtatur de facto, ſed de eo quod medicus ſcire debet. 2. obſtat *l. 9. quædam. §. nummularios. 2. D. de Edend.* ℞. quod argentariis non ſimpliciter ibi credatur, ſed tantum in dubio. Diſſ. Mynſ. *5. obſ. 96.*

Weſenb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Weſenb. *de Feud. in proœm.* Notandum jam hic, quod ubi nec lex, (i. e. nec jus Municipale & Conſtitutiones provinciales) nec conſuetudo reperitur, ibi inhærendum ſit juri Romano? *d. l. 32. in Princ.* Vinn. *ad Princ. inſt. de offic. Iud. n. 6. in fin.* Grot. *lib. 1. Manud. c. 2. An verò prava conſuetudo delinquentem liberet à pænâ & h. quæritur?* Diſting. in gravioribus. Aff. *can. Flagitia. cauſ. 32. quæſt. 7.* In minoribus, & quæ jure poſitivo tantum puniuntur. Neg. *can. objiciatur. cauſ. 32. quæſt. 4.* Fund. quia in delictis ob frequentiam exaſperari pæna debet. *l. 28. §. 10. d. de Pæn. l. 1. d. de Abigeis.*

Q. 14. *An Conſuetudo tollat legem ſcriptam?*

℞. Aff. *d. l. 32. §. 1. verſic. quare. §. pen. Inſt. de Iur. Nat. Gent.* ſc. Si lex ſcripta in deſuetudinem abierit. *l. 32. in Princ.* & ſimul contraria conſuetudo obſervetur. i. e. ut Populus illâ lege non utatur. Ipſa enim deſuetudine lex non abrogatur. Obſtat *l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* ℞. non aſſentior D. Schotano, qui putat ibi agi de lege quæ obſervatur, aut de conſuetudine non univerſali. Licet enim verum ſit, quod conſuetudo, legem quæ in viridi obſervantia eſt, non tollat, uti nec quoque conſuetudo non univerſalis legem tollere non poſſit, tamen ea reſponſio *d. l. 2.* non convenit. Præſtat itaque *d. l.* ſic explicare, quod ibi agatur de corruptela, ſive pravâ conſuetudine per quam fœdiſſimi errores irrepſerant in Eccleſiam

Dei,

Dei, quos eliminare volebat Conſtantinus Imp. Eadem lex, quæ Conſtantini eſt, extat *diſt.* 35. *c.* 11.

Q. 15. *An Iura Civilia ſemper ſint mutabilia?*

℟. POſitiva, & quæ dependent ex bene placito conſtituentium, Aff. (E.G.) in numero teſtium in teſtamento: In ſumma quæ inſinuationem donationis requirit, &c. Licet non ſemper conducat. *l.* 23. *d. ll. l.* 2. *d. de Conſt. Princ.* At quæ fundata ſunt in ratione æquitatis adæquata, de eorum ratione conſtare debet.

Q. 16. *An Tria ſint tantum generalia Juris ~~præcepta~~: ſc. Perſonæ, Res, & Actiones?* objecta

℟. Aff. Quia judiciorum, circa quæ ars noſtra occupatur, quatuor ſunt cauſæ; *efficiens*, perſona *Materialis*, Res; *Formalis*, Actio; *Finalis*, Iuſtitia. De hac dictum, de ſeqq. poſteà. *§. ult. Inſt. de Iur. Nat. Gent.* 1. obſtat *l. fin. d. ll.* 2. obſtat, *tot ſunt objecta, quod ſunt negotia.* ℟. ad 1. *d. l.* deſumpta eſt ex tractatu de Rebus. Vid. *inſcript. lib. enim* 2. *Inſt. Ulpian.* de Rebus egit, ut ex Fragmentis ejus apparet. ℟. ad 2. id procedit in ſingularibus, non univerſalibus objectis. *de quibus in d. §. ult. h.*

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM QUARTA,

Ad Tit. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Lib. 1. Inſtitut.

Q. 1. *An mulier ſit homo?*

℞. CUm dubitatio contra expreſſa verba Dei ſit flagitioſa, eum virtute carêre, ejuſque ſpeciem penitus exuiſſe cenſeo, qui diſerto Dei Teſtimonio obloqui conatur. Vid. *Gen.* 1. 27. *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit eum: Marem & Fœminam creavit eos.* & *Gen.* 5. 1. *Deus hominem ad ſimilitudinem ſuam fecit. verſ.* 2. *Marem & fœminam creavit eos: ac bene dixit eis, vocavitque nomen eorum (hominem,) quo die creati ſunt.* Vid. *l.* 1. *l.* 152. *D. de Verb. ſignific.* 1. obſtat *Matth.* 15. *verſ.* 26. *Non eſt bonum, accipere panem liberorum, & objicere catellis.* 2. obſtat 1. *Corinth.* 11. *verſ.* 7. *vir eſt gloria Dei: at mulier gloria viri.* 3. obſtat *l.* 38. *§.* 5. *qui abortionis. D. de Pen. verb.* (*ſi eo mulier aut homo perierit.*) ℞. ad 1. Metaphoricè Gentiles catelli dicebantur, eò quod tunc temporis à fædere Dei eſſent alieni. ℞. ad 2. d. verbis indicatur, quale imperium quamque glorio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſum ſit Dei in omnes creaturas, cum vel propter ſolam ſubjectionem uxoris mariti dignitas haud ſit ſine gloria. ℞. ad 3. Mulier ibi homini opponitur, ſc. reſpectu ſubjectæ materiæ: agitur enim *in d. §.* de poculo amatorio & Abortionis, & ad prius vocula (Mulier) ad poſterius vocula (homo) i. e. mulier aut fœtus, refertur. Diſſent. Cujac. *6. obſ.* 21. Scip. Gentil. 1. *Parerg.* 3. Mirandum ſane, quomodo illud Paradoxon viris undecunque Doctiſſimis in mentem venerit. At cum tanta juris lumina Numina non ſint, non eſt, quod Ictos homines pro Diis colendos eſſe quiſquam præſumat.

Q. 2. An ſervitus ex naturali ratione ſit introducta?

℞. Aff. 1. Cum enim hoſtes juſto bello ſuperati à victoribus poſſent occidi, eos dein à morte liberatos liberatoribus inſervire pro tanto beneficio non iniquum videtur. Hinc dicitur, *homini in hominem loco beneficii eſt conceſſa poteſtas.* Accedit, quod hominem ſervare, & cum licet non occidere, benignitatis ſit, ſervire utilitatis, occidere neutrius. Rectè itaque ſervi à ſervando dicuntur. *§. 3. Inſt. de Iur. Perſon. l. 4. D. de ſtat. hom. l. 239. §. 1. D. V. S.* 2. Quia naturali rationi convenit, ut alii imperent, alii verò ſubſint Imperio. 3. Quia ſervitus eſt & Jure divino cognita. *Exod.* 21. Obſtat *§. 2. Inſt. de Iur. Perſon. verbis (contra naturam.)* ℞. Natura *in d. §.* nihil eſt aliud quam communis hominum conditio, quam ab initio omnes à naturâ

turâ habuerunt. Servi enim naturâ nulli ſunt. *l. quod attinet. D. R. I. §. 2. Inſt. de Iur. Nat. Gent.* At naturali rationi, ſeu Juſtitiæ naturali non repugnat, ex facto quem ſervum fieri. Vel ſic, ſervitus eſt contrà naturam, reſpectu Iuriſg. Primævi: at ſecundum naturam eſt; reſpectu Juriſg. ſecundarii, & cauſæ ob quam introducta eſt. ſc. hominis ſalvandi gratiâ. Vid. Arum. 1. *Exerc. th.* 27. Vinn. *ad d. §.* 2. *h.*

Q. 3. *An ſtatuliberi ſint ſervi?*

℞. Aff. *l.* 9. 16. 29. *D. de ſtatulib.* Eſtque ſtatu liber, cui in Teſtamento in diem vel conditionem certam directa libertas ſtatuta ac deſtinata eſt. *l.* 1. *D. eod.* Fund. quia quod pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit. *l.* 169. *§.* 1. *D. R. I.* At ſtatuliberi conditio in ſuſpenſo eſſe dicitur. *l. Pen. §. ult. C. de neceſſar. ſerv. hered. Inſtit.* Itaque hominem in ſpecie qui debet, is liberatur, ſolvendo ſtatuliberum. *l. ſi quis alienum.* 92. *D. de ſolut.* niſi ſolventis facto ſtatuliber factus ſit. *l. Neratius.* 63. *D. de condict. Indebit.* Obſtat *l.* 14. *D. de Quæſtion. ubi ſperandæ libertatis prærogativa, ut liber punitur. adde l.* 9. *§. ult. D. eod.* ℞. Favore libertatis, ob ambiguũ conditionis, ſtatuliber pro libero in pænis æſtimatur. Nec obſtat huic reſponſioni *l.* 29. *D. de ſtatulib.* 1. quia ibi ſtatuliber quidem deliquerat, ſed poſt defectum conditionis vel Reſponſ. temporis de Pænâ quæſitum erat. 2. Quia reſpectu libertatis, quæ res planè eſt favorabilis, ſtatuliber *in d. l.* 14. At *in l.* 29. Qualitas & con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

conditio perſonæ ipſius, ut ſtatuliberi conſideratur. Non placet emendatio Cujac. 1. *obſ.* 37. qui legendum putat *in d. l.* 29. *in fin.* (*ſed non in publicis.*) Nec opinio Roberti 1. *animadverſ.* 6. diſtinguentis inter delicta publica & privata. Quorum illis *d. l.* 29. His *d. l.* 14. *accommodat.*

Q. 4. *An homo liber in perpetuum ſe obligare poſſit ad ſerviendum?*

℟. Aff. nuſquam enim prohibetur, & operas locare ſimpliciter licet. *l.* 38. *qui operas. D. locat.* Obſtat, *At talis promiſsio naturam ſapit ſervitutis.* ℟. Neg. Quia iſthoc contractu libertas non minuitur, ſed locatur, cum ad factum ſit obligatus, ſi fidem ſervare detrectet, ſolum ad intereſſe conductoris tenêtur. Quod in hac re ad minimam ſummam reducendum eſt. Vid. *l. ult. D. de Prætor. ſtipulat.* Bartol. *in l. ſtipulationes.* 72. *D. de verb. oblig.* Schneidw. *ad* §. *ult. n.* 7. *Inſt. de Iur. Perſonar.*

Q. 5. *Uter ex duobus filiis, quorum alter ante adeptum à Patre Regnum genitus eſt, alter poſt, in Regno ſit præferendus?*

℟. Qui ante adeptum à Patre Regnum natus eſt. 1. Fund. quia eum natura fecit priorem; at in ſucceſſionibus ſolum Jus ſanguinis, ſeu Naturæ, ſpectatur, quod ipſo nativitatis tempore eſt quæſitum. 2. Per *l.* 5. *D. de Senat. l.* 2. §. *in filiis.* 2. *D. de decurion.*

decurion. 3. Quia & Arataxerxes ante Patris Regnum editus, Cyro fratri, qui, Patre Rege facto, natus eſt, prælatus fuit. Plutarch. *in vitâ Artax.* Vid. Arniſ. *doct. Pol. cap.* 9. Hottom. *quæſt. illuſtr.* 2. Obſtat *d. l. Senator.* 11. *C. de dignitat. Ubi filii editi ante obtentam à Parentibus dignitatem privati eſſe dicuntur.* ℟. eſto: tamen ex æquitate inter clariſſimos referuntur, & Nobilium Privilegiis fruuntur: cum non oporteat paternos honores filiis invidêre. *d. l.* 11.

Q. 6. *An qui in utero eſt (cum ſc. de ejus commodo agitur) pro jam nato habeatur?*

℟. Aff. *l.* 7. *d. de ſtat. hom.* Unde e. g. Qui in ventre eſt, quoad libertatem, conditionem, & dignitatem, ſequitur matrem, in tantum, ut tribus temporibus libertas matris partui proſit. *Princ. Inſt. de Ingen.* Et Fund. quia nemini jus quæſitum tolli poteſt. *l.* 11. *D. R. I.* At partui concepto jus ingenuitatis erat quæſitum, ergò propter calamitatem matris id ei adimi nequit. Obſtat *l. fin. d. de collat.* ℟. Ibi agitur de actu qui ab actuali nativitate informatur. Collatio enim non niſi jam nato fieri poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 7. *An qui in utero eſt, aliis, antequam naſcatur, proſit?*

℟. NEquaquam. *l. qui in utero eſt. 7. d. de ſtat. hom. l. quod dicimus.* 231. *D. V. S.* Unde licet quis à tutelâ vel curâ propter numerum liberorum excuſetur, is tamen qui in utero eſt Patri non prodeſt. *l. 2. §. qui autem in ventre. d. de excuſat. tut.* Obſtat, quod prægnans, antequam pariat, nec puniri, nec torqueri poſſit. *l. 18. d. de ſtat. hom. l. 3. d. de Pæn.* Ergò qui in utero eſt, prodeſt matri. ℟. Neg. conſeq. Fund. quia id fit principaliter & directo propter partum, ne is occidatur. 1. Quia calamitas matris non debet nocere ei qui in utero eſt. *Princ. Inſt. de Ingen.* 2. Quia nemo ſine culpa puniri debet, aut alterius odio prægravari. Per *l. ſancimus. 22. C. de Pæn. c. ſine culpa. de R. I. in 6. c. non debet. X. eod.*

Q. 8. *An ſit Antinomia inter l. 2. §. 1. D. de offic. Proconſ. & l. 17. §. 1. D. de Manumiſſ. vindict.?*

℟. Aff. nec placet diſtinctio DD. inter legatum in Provinciam ingreſſum, & non ingreſſum: inter legatum præſentem & abſentem. Nec arridet emendatio Cujacii 1. *obſ. 1. qui in d. l. 17.* inſeruit particulam (*non.*) ſed expreſſam repugnantiam, Triboniani fortaſſe incuriâ nobis relictam, hîc agnoſcere cogor. Fund. quia expreſſè dicitur *in d.*

l. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

l. 2. §. 1. apud Legatum Proconſulis nemo manumittere poteſt. Quia non habet Iuriſdictionem voluntariam. d. l. 2. §. 1. omninò non eſt apud legatum Proconſulis legis actio. l. 3. D. eod. At diverſum eſt *in d. l. 17. §. 1.*

Q. 9. An Homicidium, ad defenſionem honoris admiſſum, poſſit excuſari, ſicut propter defenſionem vitæ?

℟. DD. affirmant *ad §. 1. Inſt. cui & quib. ex cauſ. manum. non lic.* Bartol. Jaſon *in l. vi vim. D. de Iuſt. & Iur.* Ægid. Boſſ. *in tit. de Homicid. n.* 86. Nicol. Boër. *deciſ.* 168. Sed rationabilior Negantium ſententia mihi videtur: 1. Quia per injurias alterius nulli fama auferri poteſt, ergò ejus retinendæ cauſâ aliquem ut occidas non eſt neceſſe. 2. Quia vita ablata non reparatur, cum fama injuriis nec auferri reverâ, & læſa, non per mortem detractoris, ſed per legitima Remedia (puta & actionem injuriarum & Palinodiam) recuperari poteſt. 3. Quia omnis talio privata eſt prohibita. *l. 13. D. quod met. cauſ. l. 14. C. de Iudæis.* uti & omnis defenſio, ſc. cum internecione offendentis, niſi in caſu, quo quis aliter ſe tueri nequit. *l. 45. §. qui cum aliter. D. ad l. Aquil.* 1. obſtat, quod per injurias famæ noſtræ quid detrahatur. 2. obſtat, quod vita & fama pari paſſu ambulent. *l. 8. D. de eo quod met. cauſ. & l. 9. D. de manum. vindict.* ℟. ad 1. Ex injuriis nobis illatis, non eſt, ſed ex falſâ hominum opinione infamia aliqua eſſe vide-

detur. At homicidium reverâ contrà leges divinas & humanas perpetratur. Carpzov. *Part. 4. conſtitut.* 10. *Iuriſprudent. Forenſ. Romano Saxon. def. 6.7.* Reſp. ad 2. id falſum eſt. Levior enim famæ quam vitæ jactura eſt. Deinde *in d. l.* 8. agitur de caſu quo honor ejuſdem eſt cum vitâ dignitatis (ut eſt honor pudicitiæ ac caſtitatis, cum ſc. ille violatur) & deciditur, quod injuria in corpus per ſtuprum illata vitæ æquiparetur; nec mirum, cum & ejus cauſâ legibus Romanis quem occidere licuit. *l.* 1. *§.* 4. *D. ad l. Cornel. de Sicar.* ſc. cum mulier nec clamando, nec compellando alium, ſe ac pudicitiam ſuam aliter tueri poteſt. Hæc enim vis morti æquiparatur, præſertim cum caſtitas læſa haud magis recuperari poteſt, quam vita. Deinde, virgo conſentire & peccati rea eſſe præſumitur, niſi omnia adhibuerit & tentaverit media ad caſtitatem ſervandam. Et quemadmodum pro vitâ alienâ, ita & pro defenſione pudicitiæ alienæ, quandò vis ei infertur, aliquem occidere licet. At in *l.* 9. agitur de ſpeciali caſu manumiſſionis, & dicitur, quod minori juſta cauſa ſervum manumittendi ſit, ſi per eum illius vita vel fama ſit conſervata. Nec mirum, cum & ſufficiat, ſi minor Procuratore indigeat, aut ancillam ducere uxorem velit. *§.* 5. *Inſt. cui & ex quib. cauſ. manum. non lic.* At comparata in uno aliquo ſingulari non ſunt abſolutè æqualia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 10. *An major 17. annis poſſit eſſe Procurator ad lites?*

R. Aff. 1. §. *Iuſtæ.* 5. *Inſt. cui & ex quib. cauſ. manum. non lic. l.* 23. *D. de min.* 2. Quia major 17. annis poteſt poſtulare. §. *ult. Inſt. eod. l.* 1. §. 3. *D. de Poſtul.* 3. Quia alias hæc juſta cauſa manumiſſionis non foret, ſi hoc intelligeretur de procuratore ad negotia, cum ea & Puer & ſervus poſſit procurare. *l.* 1. §. *cujus. D. de exer. act. l.* 7. §. *fin. D. de Min.* 4. Quia major 17. annis & Judex eſſe poteſt. *l.* 57. *D. de Re judic.* & Conſul. *l.* 1. §. *ult. D. de offic. conſul.* 1. obſtat §. 13. *Inſt. de excuſ. tut. nemo alieno nomine quid facere poteſt, niſi qui & ſuo.* 2. obſtat, *Quod minor* 25. *annis poßit reſtitui. l.* 1. *d. de Min. & ſic redderetur Iudicium illuſorium.* 3. obſtat *l.* 51. *d. de procur. l.* 12. *C. eod.* R. ad 1. illud procedit in cauſis, ex quarum directione & adminiſtratione quis obligatur proprio nomine. At Procurator agit nomine & periculo domini. R. ad 2. cum hoc caſu ipſe dominus ſtet in judicio per minorem, non poterit per ipſum reſtitui, ſi imprudenter minor officium ſuum exequatur. *l.* 23. *d. de Min.* R. ad 3. Quod in *d. ll.* agatur de defenſore. At hic omnia facit ſuo periculo, & actio judicati contra ipſum datur. Vid. *l.* 4. *in Princ. d. de Re Iudic. junct. d. l.* 23. Cujac. 22. *obſ.* 16. *Pac. Cent.* 2. *quæſt.* 16. Arum. *Exerc.* 1. *th.* 10. Vid. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de Procurat.*

Q. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. II. *An Aſyla, ad quæ Homicidæ voluntarii, aliique flagitioſi confugiunt, ſint toleranda in Repub.?*

℞. NEg. Per *l. unic. C. de his qui ad ſtat. confug. §. ult. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien. Iur.* Quia permiſſio hæc, legis divinæ ac Humanæ violatio eſt. 1. obſtat, *Quod Aſyla, ſive loca refugii, ſex numerentur in Veteri Teſtamento. Num. 35. verſ. 27. Deut. cap. 19.* 2. obſtat, *quod & extraordinaria refugii loca fuerint Templum & Altare Dei. Exod. 21. verſ. 13. 14. & ibi Iunius. 1. Reg. 1. 50.* 3. obſtat *Conſuetudo.* 4. obſtat, *d. l. unic.* ℞. ad 1. d. Aſyla non niſi involuntariè delinquentibus adverſus inconſultum propinquorum occiſi impetum & vindictam fuerunt conceſſa, *Num. 35. verſ. 27.* At non adverſus imperium & Iuriſdictionem magiſtratus. ℞. ad 2. At non propterea ſceleratis ulla impunitas fuit conceſſa. *Exod. 21. 14. 1. Reg. 2. 29.* Licet enim Reis ad aufugium hæc loca parata fuerint, non tamen de doloſis id accipiendum eſt; ne contingat, Templum Dei converti in ſpeluncam latronum, Homicidarum, & ſimilium. ℞. ad 3. Morum eſt corruptela. ℞. ad 4. *d. l.* confirmat aſſertionem noſtram.

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM QUARTA,

Ad Tit. 9. 10. 11. 12. Lib. 1. Inſtitut.

Q. 1. An Patria Poteſtas ſit Juriſg.?

℟. AFfirm. Coraſ. *ad l. 3. D. de his qui ſui vel alien. Iur.* Connan. *2. Comment.* 13. *n.* 2. qui id eleganter pluribus declarat. Fund. 1. Quia naturali ratione liberi Parentibus obedire tenentur *l. 2. D. de Iuſt. & Iur.* 2. Quia Patria poteſtas non Romanis propria, ſed illis cum omnibus Gentibus eſt communis. Obſtat §. 1. *Inſt. de Patr. poteſt.* ℟. Ibi non omnis, ſed ſola peculiaris illa poteſtas Patria Romanorum, cujus varii & ſpeciales recenſentur effectus, aliis Gentibus denegatur. Et hæc (ut Civilis) ita & Civili modo perimitur. §. *Præterea. 6. Inſtit. quib. mod. Ius Patr. pot. ſolv.* De effectibus hujus poteſtatis, Vid. Schotan. *Exam. Iurid. ſub tit. de Adoption. ſect. de effectu Patr. pot.*

Q. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. *An & Mater propter extremam famem filium diſtrahere poſſit?*

℟. MInime. Fund. 1. quia liberos non habet in poteſtate. *§. fœminæ.* 10. *Inſt. de Adoption.* Unde nec illius tranſactione filii rediguntur in ſervitutem. *l.* 26. *C. de Tranſact.* 2. Ne ſæpe, cum muliebre conſilium fragile ſit, mater contrà propria commoda laborare deprehenderetur. *l.* 4. *C. de Sponſ.* obſtat *l.* 1. *junct. l. fin. C. de Patrib. qui fil. diſtrax. ubi de parentibus agitur.* ℟. Per verbum (*Parentibus*) *in d. l.* 1. intelliguntur Patres. Uti ex Rubro apparet. Liberos enim diſtrahere, vi poteſtatis Patriæ, hoc caſu, ſolis Patribus permiſſum fuit. 1. Cum enim ventri, qui auribus caret, quaſi bellum indicitur, ut inter arma leges, ſic & *ll.* hoc caſu quieſcunt. 2. Ne ipſi liberi tandem dirâ fame perirent. 3. Quia cum olim Patri jus vitæ ac necis in liberos competiit. *l.* 11. *D. de lib. & Poſthum.* Non mirum, ut & eos vendendi, quos olim occidendi, habeant poteſtatem. At cum ſoli Deo jus vitæ ac necis in homines competat, illaque antiqua Gentilium Tyrannis juri divino refragetur. *Prov.* 19. *verſ.* 18. Licet non omne Imperium in liberos hodie Patribus ſit ademptum, illud tamen in Pietate magis, quam in atrocitate, conſiſtere oportere, conſtitutum eſt. *l.* 5. *D. ad l. Pomp. de Parricid.* Schneidw. *ad §.* 2. *Inſt. de Patr. pot.* Coraſ. *in l. qui liberos. n.* 8. *D. de Rit. Nupt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. *An Liberi ſequantur conditionem Patris, an Matris?*

℟. DIſt. Vel ſunt Naturales tantum, vel ſunt Naturales & legitimi ſimul, ſive ex legitimo matrimonio progeniti. Illi ſequuntur conditionem matris, & quoad libertatem, & familiam, & dignitatem. *Princ. Inſt. de Ingen. l.* 24. *lex Naturæ. D. de Stat. hom.* i. e. eadem eorum eſt conditio, quæ matris, extrà ſc. cauſam poteſtatis: In matris enim vel Avi materni poteſtate non ſunt. *§.* 3. *Inſt. de hered. qual. & differ.* Hi verò, quoad familiam, i.e. quoad nomen & inſignia gentilitia, & dignitatem, & honores, & Patriam, ſequuntur conditionem Patris. *l. cum legitimæ.* 19 *D. de ſtat. hom. l. filiam.* 9. *l. ſeq. in fin. D. de Senator. l. adſumptio.* 6. *§. Filius.* 1. *D. ad Municip. l. eos.* 21. *l. exemplo.* 36. *l. nullus.* 44. *C. de decur.* Atque & hi ſunt in poteſtate Patriâ, niſi fortaſſe ipſe Pater ſit in poteſtate ſui Patris. *§. fin. Inſt. de Patr. poteſt. l.* 21. *D. ad l. Iul. de Adulter.* Ex prædictis itaque concludo, licet Nobilitas Paterna, adjectâ maternâ, in progenie fiat illuſtrior, omnibuſque numeris abſoluta, Patris tamen Nobilitatem in liberos, licet ex matre ignobili progenitos, propagari, illoſque Feudi capaces fore. Arg. *lib.* 2. *Feudor. tit.* 29. Cum enim ibi requiratur ſpecialis conventio, ut tales à Feudi ſucceſſione repellantur, ſequitur, eos, omiſſâ illa pactione, eſſe admittendos. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 17. & 18. Matth. Stephan. *de Iuriſdict. lib.* 2. *cap.* 7. *membr.*

membr. 2. *n.* 44. *& ſeq.* Quod & ad Naturales, ſc. ex concubina Plebeja à Patre Nobili generatos, & per ſubſecutum matrimonium legitimatos, extendo. Fund. quia tales cum legitimis & naturalibus ſimul per omnia ſuccedunt. per *§. fin. Inſtit. de Nupt. §. 2. Inſt. de hered. qui ab Inteſtat. c. tanta. 6. X. qui filii ſint legit.* Atque ità deciſum in Senatu Pedemontano teſtatur Octavian. Cacheran. *deciſ.* 154. *in fin.* Vid. Palæot. *in tractat. de Noth. & ſpur. cap.* 19. *n.* 12. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 3. *Præſ.* 1. *n.* 4. Nec obſtat *§. Naturales. tit. 26. lib. 2. Feudor.* Quia iſte verſiculus intelligendus, vel de legitimatis poſt Feudum delatum: vel (quod veriſimilius eſt) de legitimatis per reſcriptum Principis, ut ex contextu apparet. At ſi mulier nobilis ruat in amplexus conjugales mariti plebeii, liberi non fient Nobiles.

Q. 4. An liberi à contractis nuptiis ſeptimo menſe cæpto. i. e. poſt duos dies ſeptimi menſis, naſcantur in poteſtate?

℞. Aff. *l. ſeptimo menſe.* 12. *D. de ſtat. hom. & l.* 3. *§.* 12. *d. de ſuis & legit.* ubi qui natus eſt 182. à coitu die dicitur legitimus. obſtat ſententia Pauli *l.* 4. *tit.* 9. *verſic.* 7. *ubi menſis ſeptimus plenè abſolutus eſſe debet.* ℞. ad 1. Plenus ibi dicitur, qui plenè inchoatus eſt. 2. Sententiæ Pauli (utpote Corpori juris non inſertæ) contra leges expreſſas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

probandi facultatem non habent. Idem de octimeſtri partu ſtatuendum. Boër. *deciſ.* 220. Moller. 3. *ſemeſtr.* 28. Diſſ. Mynſing. *cent.* 6. *obſ.* 40.

Q. 5. An partus decimo à Viri obitu menſe natus ſit legitimus?

℞. Aff. *l.* 29. *d. de lib. & Poſthum.* At qui undecimo, vel ulterioribus menſibus eduntur, pro legitimis habendi non ſunt. Saltem de Jure civili. *l.* 3. *§. pen. d. de ſuis & legitim.* At de moribus contrarium obtinet. Vid. de hâc materiâ, Sande *deciſ. Friſic. lib.* 4. *tit.* 8. *defin. ult.* Mynſing. *d. obſ.* 40. Arum. *exercit.* 1. *th.* 29. Carpzov. *Part.* 4. *Conſt.* 27. *Iuriſprud. Romano Saxon. defin.* 13. 14. 15. Forſter. *diſp.* 3. *theſ.* 4. 5. 6. 7. Schotan. *in exam. Iurid. Ad tit. de Patr. pot.*

Q. 6. Si fœmina ſtatim ab obitu mariti ad ſecunda vota tranſierit, & ſeptimo menſe filium ſit enixa, an hic filius (ſc. in dubio) ſit tribuendus primo, an ſecundo marito?

℞. Secundo. Fund. quia ibi (licet illicitæ) veræ ſunt tamen nuptiæ. At concubitus magis quam legis ordo hac in re ſpectatur. Huc pertinet *l.* 6. *D. de his qui ſui vel alien. Iur. ſunt.* Graſſ. *in §. ſucceßio ab Inteſtato quæſt.* 2. Vid. Schotan. *in Exam. Iur. ad Tit. de Patr. poteſt.* Aliter itaque ſentiendum, ſi probabili-

babiliter diverſum doceri poſſit, vel quod fortaſſe abſens fuerit, vel quod aliquo morbo, aut frigiditate impeditus uxori operam dare non potuerit.

Q. 7. An, ſi uxor fuerit convicta adulterii, filius natus cenſeatur legitimus ejus, cui cum Adulterâ fuit matrimonium?

℟. Aff. 1. Quia in dubio Liberis eorumque ſtatui maxime eſt ſavendum. 2. *Per l. Miles.* 11. *§. quæ propter.* 9. *§. ad L. Iul. de Adulter. l.* 24. *D. de Rit. Nupt.* Licet & uterque conjux id negaverit. *l.* 29. *§.* 1. *D. de probat.* cum illud tantum inſpiciendum ſit, an filius ex marito concipi potuerit. Unde non refert, an fuerit uxor publica meretrix, vel receſſerit à viro. Didac. Covarruv. *tom.* 1. *de matrim. part.* 2. *cap.* 8. *§.* 3. *n.* 10. Alciat. 3. *præſumpt.* 37. Bellovisan. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 3. Niſi maritus probare poſſet, ſe ad uxorem non acceſſiſſe illo tempore, quo ille infans concipi potuit. *l. filium. D. de his qui ſui, vel alieni Iur. ſunt.* adde *l.* 1. *§.* 14. *idem Iulianus. D. de agnoſc. & alienæ liber.*

Q. 8. An Patri Juranti non eſſe filium ſuum ſit habenda fides?

℟. MInime. *per d. l.* 6. *l.* 29. *§. fin. D. de probat. c. per tuas. X. eod.* vid. Bartol. *ad. l.* 6. ubi ex Cyn. & Ja-

cob. de Are. enarrat, peſſimè egiſſe filium quendam, qui, cum crederetur eſſe primogenitus Regis, ad aſſertionem ſolius matris Reginæ contrariam, Regno renunciavit. Obſtat *Novell.* 48. ℞. non ibi ſimpliciter in omnibus Patris juramento creditur, ſed tantum quoad menſuram ſuarum facultatum.

Q. 9. An ex educatione plene probetur filiatio?

℞. MInime. Niſi & alia concurrant. *l.* 1. §. 3. *D. de quæſtion.* Covarruv. *tom.* 1. *de matrim. part.* 2. *cap.* 8. §. 3. *n.* 7. allegans Bald. Angel. & Salycet. *in l. non ignorat. c. qui accuſar. non poſſ.* vid. Fachin. 3. *controverſ.* 73. Fund. quia filius definitur, qui ex viro & uxore ejus natus eſt. *l.* 6. *D. de his qui ſunt ſui vel alieni Iur.*

Q. 10. An partus monſtroſi inter liberos ſint recenſendi?

℞. DIſting. vel contrà formam humani generis, converſo ſc. modo, ſunt procreati: quod contingit, cum anima rationalis abeſſe videtur; vel contrà communem naturæ ordinem editi ſunt. Priori modo, Neg. *l.* 14. *D. de ſtat. hom.* ſolentque hodie hujuſmodi partus Magiſtratus conſenſu ſuffocari. Poſteriori caſu, Affirm. ut ſi (e. g.) mutilatio quædam aut ampliatio ſit in membris, aut nimia deformitas; quo caſu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſu, licet equinum ſit caput, modò conſtat partum ratione uti, inter liberos recenſebitur. *l.* 38. *D. de verb. ſignif. l.* 10. §. 2. *D. de Aedil. Edict.* Ratione enim ſola homines à brutis diſcernuntur. Vid. Paul. *libr.* 4. *Sent. tit.* 9. Gædd. *ad l.* 135. *D. de verb. ſignif.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de Patr. pot.* Obſtat *d. l.* 135. *ubi liberorum appellatione venit, quod in monſtrum vel prodigium declinat, & ex eo commodum trahit mater.* ℞. *d. l.* ad illud caput legis Juliæ & Papiæ referendum, quo orba, quæ nondum peperit, ſemiſſem tantum capere poteſt eorum, quæ teſtamento relinquuntur. At liberi (licet ſint monſtroſi) proſunt matri, ut ſolidum capere poſſit. *d. l.* i. e. proſunt in hoc, ne damno mater afficiatur. Sive, licet utilitatem matri non præſtent, tamen non nocent. At jam obſtat *l.* 14. *D. de ſtat. hom.* ℞. *d. l.* non ad *l.* Juliam & Papiam, ſed propriè pertinet ad Sctm. Tertullianum. Lex enim Julia & Papia eſt odioſa, & in eâ certatur de damno vitando; In Scto. verò Tertulliano de lucro captando. At favorabilior illius, quam hujus eſt conditio. *l. ult.* §. *ſin verò creditores. C. de Iur. deliber.* Vid. Paul. *lib.* 4. *recept. Sent. tit. ad Sctum. Tertull. & ibi Cujac.*

Q. 11. *An Polygamia in Repub. Chriſtiana ſit toleranda?*

℞. MInimè. 1. Quia pugnat cum primæva conjugii inſtitutione. *Geneſ.* 2. *verſ.* 24. quam Chriſtus re-

petit *Matth.* 19. *verſ.* 4. & D. Apoſtolus 1. *Corinth.* 7. *verſ.* 2. 2. *per* §. 1. *Inſt. de Patr. pot.* 3. Quia habens binas uxores ſubjacet pænæ Infamiæ. *l.* 1. *D. de his qui not. infam. l. eum qui duas. C. ad l. Iul. de adulter. l.* 2. *C. de Inceſt. Nupt.* 4. Quia morte punitur. Nemeſi Carolin. *artic.* 121. 5. Cum enim conjux in poteſtate ſua corpus ſuum non habeat, ſed illud ſit in poteſtate alterius ex conjugatis, ſequitur; Polygamiæ Reum Rem alienam invito domino alienaſſe, quod Jura prohibent. 6. Quia Juri naturæ conveniens eſt, ut nemo alteri faciat, quod ſibi fieri nollet. Sicut ergò maritus nollet uxorem ſuam pluribus adhærere viris, ità & ipſe unicâ uxore contentus eſſe debet. Hoc enim Jure analogo violato legi naturæ vis fit, & injuria alteri infertur. 7. Quia pax, tranquillitas, ſummus ac integerrimus amor, qui eſt duorum tantum, inter conjuges maximè requiritur. Cum æmulatio amorem reddat languidum atque inæqualem. 8. Quia Polygamia à Lamecho, Caini trinepote, viro maledicto, incepit. *Gen. cap.* 4. *verſ.* 19. 1. obſtat, *quod & Patriarchæ & Reges plures quam duas uxores ſimul ſuperinduxerint. uti Abraham. Gen.* 5. 6. *& David.* 2. *Samuel.* 12. ℞. 1. non exemplis, ſed legibus eſt judicandum. *l. nemo* 13. *C. de Sent. & Interlocut.* Unde divinæ potius ſanctioni inhærendum eſt, quam Patrum veſtigiis: nec tam ſpectandum, quid ab illis factum ſit, quam quid ſecundùm verbum Dei fieri debuerit. 2. Deinde, id non turpis libidinis, ſed multiplicandæ poſteritatis cauſa, ab illis factum eſt. 3. Quia illud tribuendum vel

diſpen-

diſpenſationi divinæ, propter ſemen benedi-ctum, quod ex illâ gente naſci debebat; vel tolerantiæ divinæ; cum illi & homines fuerint variis infirmitatibus obnoxii, & qui ſuos nævos habuerunt: vel id potius ſignificationi typicæ adſcribendum, ſc. *futuræ conjunctionis Iudæorum & Gentium in Eccleſia Chriſti.* 2. Obſtat *Deut.* 25. *verſ.* 5. ℟. id intelligendum de fratre ſoluto. Ne alioquin lex prohibens adulterium ſit impedimento. Donell. 13. *Comm.* 18. & 19. Gothofr. *in l.* 7. *C. de Iudæis.* Vinn. *ad* §. 6. *Inſt. de Nupt. n.* 7. 8.

Q. 12. *An Concubinatus ullo Jure ſit permiſſus?*

℟. NEgo. De Iure enim divino reprobatur, eò quod omnis fornicaria conjunctio & immundicies Deo diſpliceat. *Levit.* 19. *verſ.* 20. 1. *Corinth.* 5. *verſ.* 9. & *ſeqq.* Idem de Iure Canonico. *c.* 4. *nemo. c. meritrices.* 11. *cauſſ.* 32. *quæſt.* 4. Idem & de Iure civili ſtatuendum puto. Nuſquam enim eo Iure ſimpliciter, tanquam res honeſta, probatur, ſed duntaxat majoris mali præveniendi cauſâ, improbando de facto tantum toleratur. Huc pertinet *l.* 15. *d. de condic. Inſtitut. l.* 5. *C. de legib.* 1. obſtat *l.* 5. *C. ad SCtum. Orphit. ubi licita conſuetudo nuncupatur.* 2. obſtat *l.* 1. *d. de concubin.* in verbis (*honeſtius eſt*, &c.) 3. obſtat *d. l.* 1. §. 4. *ubi concubinam habere quis poteſt.* 4. obſtat *l.* 3. §. 1. *d. eod. in verbis* (*extrà legis pænam.*) ℟. ad 1. concubinatus eſt conjunctio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

licita, non ſimpliciter & abſolutè; ſed comparatè, reſpectu ſc. conjunctionis ex lege Iulia directò & ſpecialiter damnatæ. Rℽ. ad 2. A poſitione comparata ad poſitionem abſolutam nulla ſequela. Rℽ. ad 3. vocula (*poteſt*) vel ad factum, vel ad Poteſtatem Iuris refertur. Vid. *Princ. Inſt. de codicill. junct. l. 6. §. 3. & l. 8. §. 2. d. de Iur. codicill.* Priori modo, concubinam habere quis poteſt, non verò poſteriori. Liberi enim ex eo coitu nati non ſunt in Poteſtate, nec ſunt heredes Patris, nec quoque Patrem ab inteſtato habent heredem. Rℽ. ad 4. Quod concubinatus ſc. ſit extrà legis Iuliæ de Adulteriis pænam. nec mirum, cum per concubinatum non committatur adulterium. Schotan. *in exam. Iurid. ſub tit. de Iur. veter. enucl. Sect. de Præceptis Iuris.* Vid. Wiſſenbach. *diſputat.* 49. *ad Pandectas. theſ.* 22. 23.

Q. 13. *An Adulterium ſit ſola cauſa Divortii?*

Rℽ. LIcet propter nimiam ſævitiam matrimonium (ſc. quoad menſam & thorum) ſeparetur: Quoad tamen vinculum nunquam ſolvitur, niſi propter adulterium. *Matth.* 5. & 19. obſtat, *quod & plures cauſæ ſint de Iure Civili. l. conſenſu. C. de Divort. & Repud. Novell.* 117. *c.* 9. Rℽ. ſolum Ius divinum in hâc cauſâ attendimus. Et cum propter adulterium verè ſolvatur matrimonium, non eſt dubium, quin Pars innocens ad ſecunda vota convolare poſſit. Argum. *Matth.* 5. *verſ.* 32. & 1.

& 1. *ad Corinth. 7. verſ.* 10. 11. Ameſ. *de Conſcient. lib. 5. c.* 38. *quæſt.* 2. Beza *de Divort.* cum pars verò innocens ad ſecunda vota transmigraverit, atque ita omnem reconciliationis ſpem præſciderit, etiam nocentem ad ſecundas nuptias admittendam cenſeo, Ameſ. *d. lib. 5. c.* 38. *ſect.* 14. Rittershuſ. *de different. Iur. l.* 2. *c.* 9. *in fin.* Propter impotentiam verò naturalem ad generandum, matrimonium declarabitur nullum, ſi ſc. alter conjux hoc ignoraverit. *l.* 39. §. 1. *D. de Iur. dot.* Nec obſtat *l.* 30. *D. de R. I.* Quia ſolus conſenſus nuptias facit, cum ſc. reliqua adſunt, & nil impedit, quò minus finis matrimonii poſſit obtineri.

Q. 14. An rectè ſubſiſtant Legiſlatores, annum 14. Maſculorum, 12. Fœminarum Nuptiis præfinientes?

℟. Aff. 1. Quia hoc tempore mares pubeſcunt, & fœminæ reperiuntur viripotentes, *princ. Inſt. de Nupt. l. Minorem.* 4. *D. de Rit. Nupt.* 2. Quia ad complexum conjugalem majus robur requiritur in Mare, quam in fœmina, magiſque laſſatur, ſatiatur, citiuſque immodico Veneris uſu incidit in morbos. *Beſold. in diſcurſ. de Nupt. cap.* 8. *n.* 4. 3. Sicut enim ſalices, eò quod humidiores & laxiores ſint, celerius creſcunt, quam quercus; hinc & fœminæ, eò quod Maribus ſint frigidiores, ac humidiores, citius pubeſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

pubeſcunt. At Philoſophi ad illum vitæ terminum reſpicientes, quo ſine diſpendio ſanitatis liberi poſſunt procreari; ut maſculi paulò ante 37. annum, Puellæ circà ætatem 18. annorum nuptui tradantur, conſtituerunt. Prudentior ſane horum doctrina, at major Imp. eſt licentia. Ratio, 1. Quia tunc utriuſque ſexus vires magis corroborantur. Ariſt. *lib.* 17. *Polit. c.*16. 2. Quia ante annum 18. pueris vix ſufficit ſua ipſorum ars, vel induſtria, ut ſeſe alant. 3. Quia nec maſculi citius evadunt in viros, i. e. in tales, qui virtute ſunt præditi.

1. Obſtat. *Nov.* 100. *c.* 2. *Verſic. novimus.* ℟. annus 15. ibi accipiendus pro 15. inchoato, & 14. completo.

2. Obſtat. *l. ad Rempub.* 8. *D. de Mun. & honor. ubi annus cæptus pro completo habetur.* ℟. In Muneribus & honoribus ex ratione peculiari publicâ id ita eſt receptum.

3. Obſtat. *C. puberes.* 3. *C. de illis.* 9. *C. ult. X. de deſponſat. Impub. ubi, cum malitia interdum ſuppleat ætatem, ſequitur, pubertatem non ex annis, ſed coëundi potentia æſtimandam eſſe.* ℟. id verum eſt de jure Canon. Deinde notandum, quod non prohibet Imp. poſt illam ætatem nuptias contrahere, ſed; ſi cupiditates ſuas reprimere, & concupiſcentiæ ardorem extinguere nequeant, quod tunc anno 12. vel 14. ſc. completo, præſtet matrimonium inire, quam vagas libidines ſectari. Et hoc caſu ſuccedit lex Imperatoris permiſſiva, Philoſophorum placito haudquaquam contraria. Alber. Gentil. *lib.* 5. *diſput. de Nupt. cap.* 12. Beſold. *d. c.* 8. *n.* 4.

Q. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 15. *Quid circa Senes ac Vetulas in hac cauſa ſtatuendum?*

℞. Viris decrepitæ ætatis. i. e. quibus virtus vitalis & prolifica emori incipit, à Iuvencularum Nuptiis eſt abſtinendum. 1. Quia jus civile Sexagenarium ineptum præſumit ad generandum. *l. ſi paterfamilias.* 15. *§. in Arrogatione.* 2. *d. de Nupt.* 2. Quia licet viri Majores 70. annis licitè nuptias contrahant. *l. Sancimus.* 27. *C. de Nupt. l. ſi major.* 12. *C. de legit. hered.* eos tamen in extremo ſenio puellarum amorem non expetere conſultius eſt, idque vel propter ſolum dubium quod de partu ſuppoſito moveri ſolet. Extant tamen exempla virorum, qui in ſumma hac ætate virgines matrimonio ſibi copularunt. ſic, e. g. Rex David Abiſan Sunamitidem à proceribus ſibi adductam non repudiavit. 1. *Reg.* 1. Cicero ſexagenarius Publiam virginem, & Cato Cenſor octuageſimum agens annum filiam Solonis clientis ſui, adoleſcentulam, uxorem duxit, atque ex ea (ut perhibetur) Catonem alterum procreavit. Atque adeo, & adulterum 87. annis majorem gladio propter crimen adulterii mulctatum fuiſſe, refert Carpzov. *de jurib. fœminar. ſingular. decad.* 1. *poſit.* 1. At conjugium inter Juvenem & vetulam, ſtulta Venus ac monſtroſa laſcivia eſt. 1. Quia ceſſant fines matrimonii. Quorum primus eſt, *prolis generatio:* ex quo à matrimonio arcetur qui generare nequit. *§.* 9. *Inſtit. de adopt. c.* 2. *ubi Panormit.*

mit. X. de Frigid. At regulariter quinquagenaria ad concipiendum cenſetur inidonea. *l. ſi ſterilis* 21. *in princ. D. de act. empt.* Alter eſt, *mutuum auxilium* : Quod tunc vix ſperandum. Tertius eſt, *libidinis extinguendæ remedium.* Qui fines ubi deſiderantur, continuæ lites, inimicitiæ, diſcordiæ ſuboriuntur inter conjugatos. Hinc faſtidium vetularum capientes mariti Juvenculi ſæpe nidos (ut experientia comprobat) quærunt alienos. Prædicta licet ita ſe habeant, major tamen ſtultitia videtur vetulæ in Juvenis amplexus irruentis, quam Senis amorem Juvenculæ ſolicitantis. 1. Quia in priori perit reverentia maritalis debita. 2. Quia ſterilitas Vetulæ eſt deſperata: utpote quæ exacta ætate deſiit pati id, quod (*muliercularum eſſe*) Sara profitetur. *Geneſ.* 18.

Q. 16. An Conſenſus faciat Nuptias?

℟. Aff. *l.* 30. *D. R. I.* modo ſc. adſint cætera, quæ ad legitimas nuptias requiruntur, e. g. ætas nuptiis idonea, partes genitales, &c. 1. obſtat, *l. Pen. D. quand. dies legator.* 2. obſtat, *l.* 5. 6. *D. de Rit. Nupt. ubi & deductio in domum requiritur.* 3. obſtat, *quod teſtatio fieri conſueverit in tabulis Nuptialibus. l. ſi vicinus. C. de Nupt.* ℟. cum Arum. *exercit.* 2. *ad theſi* 7. ad 1. verba Icti ad nuptiarum materiam pertinère, non verò ad efficientem nuptiarum cauſam. Sicut enim cauſſa efficiens tum eſt efficax, ubi materiâ non deſtituitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tùr, ita & conſenſus, cui ſc. cætera adſunt, ponit matrimonium. Vid. *l.* 39. *§.* 1. *D. de Iur. dot.* ℞. ad 2. reſponſio ex *lib.* 1. *Inſt.* Caii *tit.* 5. petenda eſt. Qui legitimas vocat nuptias, ſi Romanus Romanam nuptiis intervenientibus, vel conſenſu ducat uxorem; ille contrahendi modus (inquit) ſolemnis erat, hic minus. d. Itaque *l.* 5. 6. ad priorem modum referimus. ℞. ad 3. Confectio tabularum uſitata quidem fuit, ſed non neceſſaria. *l.* 4. *D. de pign. l.* 9. *C. de Nupt.*

Q. 17. *An conſenſus Patris de neceſſitate ſit adhibendus in matrimonio liberorum?*

℞. Aff. de Jure Civili. Arum. *Exerc.* 2. *theſ.* 8. 9. Forſter. *diſput.* 3. *theſ.* 18. 20. 1. *Per Princ. Inſt. de Nupt. l.* 2. *l.* 35. *D. de Rit. Nupt. l.* 12. *l.* 20. *C. de Nupt. l. ult. C. de Repud.* 2. Quia *nullum* eſt conjugium, quod ſine conſenſu Patris eſt initum. *§. Pen. Inſt. de Nupt.* 3. Ne Patri invito ſuus heres agnaſceretur. *§. & tam. Inſt. de adopt.* 4. cum filius ſit in ditione Patris, furtum quaſi ſui ipſius committit, qui perſonam ſuam invito Patre in matrimonium ſubducit: At ut furto verum rei dominium non acquiritur, ita abſque conſenſu Patris matrimonium ratum haud contrahitur. 5. Quia Pietas Paterni nominis, pro ejus in ſobolem affectu, ſaluberrimum pro liberis conſilium capit, cum affectus amoris proprii ſæpè vim conſilii excludat. 6. Quia vagus & inconſultus Juvenilis ætatis calor imperii Paterni fræ-

no

no coërcendus videbatur, ne paternæ familiæ maculam accerſat, ſi fortaſſe ad nuptias tranſiret ſe indignas, vel quæ lites, diſſidia, inimicitias, odia, aut aliud aliquod alicujus momenti malum eſſent parituræ. 7. Quia perdurum eſt, patrem exheredationis uſum pænâ ſuum in paupertatem projectum ſanguinem ſpectare. Atque & iniquum eſt, alere quem quis verſatur, cum Patris ſit ope atque operâ filium juvare. 8. Quia hoc totum tribuendum Patriæ poteſtati, ex quâ vitæ ac necis poteſtas in liberos patribus competiit. Idem de Jure canonico. Per *c. aliter.* 30. *q.* 5. *c. honorantur.* 32. *q.* 2. Donell. 13. *Comment.* 20. Coraſ. 1. *Miſcell.* 13. obſtat *l.* 30. *D. R. I.* ℟. Cum conſenſus ibi opponatur concubitui, ſequitur, Patris conſenſum haud excluſum eſſe.

Q. 18. *An matris conſenſus de Jure Civili requiratur ad Nuptias liberorum?*

℟. NEquaquam. *Princ. Inſt. de Nupt. l.* 2. *D. eod.* ubi poteſtatis ſit mentio. 1. obſtat, *quod & mater ſit honoranda. l.* 2. *D. de Iuſt. & Iur.* 2. obſtat, *l.* 1. 20. *C. de Nupt.* ℟. à Reverentia & obſequio utrique parentum debito, non valet argumentatio ad æqualem poteſtatem in liberos. nec etiam de Jure Divino uſquam matri conceſſa eſt facultas, ut matrimonium ſine ejus conſenſu contractum dicere poſſit nullum: id enim ſoli Patri datum, ſi Jure ſuo uti velit. At neceſſitas pater-

ni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ni conſenſus adhibendi ex Patriâ poteſtate promanavit. DD. *ad d. l.* 20. ℟. ad 2. non ibi indicatur, matris conſenſum abſolutè & ſimpliciter eſſe neceſſarium. At de Jure Naturali & Divino etiam matris conſenſus requiritur. Fund. quia communes utrique Parenti ſunt liberi, ac proinde neutri ſubtrahendi. Hinc Tobias *cap.* 4. *verſ.* 4. filium matri obſequentiſſimum eſſe voluit. Hinc Clytemneſtra apud Euripidem in Iphigen. quærit;

Egone, quos peperi liberos, non elocem?

Hinc & Livius teſtatur, Scipionis Africani uxorem, ob deſponſam à Patre contra ſuum Scitum filiam, muliebriter indignatam eſſe, quod nihil *de communi Filiâ* ſecum conſultatum fuerit.

Q. 19. *An & de Jure Naturali conſenſus Parentum requiratur?*

℟. Aff. 1. Quia lex Naturæ, liberos parentibus obedire, imperat. *l.* 2. *D. de Iuſt. & Iur.* 2. Cum enim à Parentibus, vita, Patrimonium, Educatio, Inſtitutio, Religio, honores, aliaque liberis communicata ſint, ut & eorum perſona ipſis ſacroſancta, omnique veneratione & honoris cultu digna ſit, ratio poſtulat. At ubi illuſtrius illa veneratio conſpicietur, quam in Nuptiis? ubi gravior parentibus infertur injuria, quam cum in negotio, in quo ſummam ſpei ſuæ collocarunt, ſuam ſpretam cernant authoritatem?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 20. *An & de Jure divino Parentum conſenſus de neceſſitate requiratur ad Nuptias liberorum?*

℞. AFfirm. 1. Quia Jure divino liberi per omnia obtemperare parentibus coguntur, quæ ſc. non ſunt contra Deum *Col. 3. verſ. 20.* 2. Quia præceptum de parentibus honorandis perpetuò durat. At obſervandum, quod Pater ſolo diſſenſu ſuo irritas poſſit reddere nuptias filiæ ſtupratæ. Exod. 22. *verſ.* 17. & votum filii, quod ſuo conſenſu non approbavit, reſcindere. Num. 30. *verſ.* 6. 3. Quia Parentibus præcipitur, ut liberis de conjugio proſpiciant. Exod. 34. *verſ.* 12. *non accipies filio tuo uxorem de filiabus eorum.* Et *verſ.* 16. *filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo.* Adde Deut. 7. *verſ.* 3. 4. Ab exemplis. Sic Hagar filio ſuo Iſmaeli uxorem de Terrâ Ægypti accepit. Gen. 21. *verſ.* 21. Abraham ſervum Eleazarum ad conciliandas nuptias filio obſtrinxit. Gen. 24. *verſ.* 3. Iſaacus Jacobum Nuptiarum cauſa ablegavit in Moſopotamiam. Gen. 29. *verſ.* 19. Simſon à Parentibus conſenſum ad nuptias poſtulavit. Judic. 14. *verſ.* 2. 3. Angelus Tobiæ conſuluit, ut à Patre Raguele peteret uxorem. Tob. 6. *verſ.* 13. obſtat Exod. 22. *verſ.* 17. Num. 30. *verſ.* 6. *ubi tantum fit mentio Patris.* ℞. non quod conſenſus matris excludatur, ſed quod Patris conſenſus inprimis requiratur. Unde conjugium clandeſtinum, licet interpoſito juramento alicui promiſ-

ſum,

ſum, ut male promiſſum, impium, & contra Jus divinum, reſcindi poteſt. 1. *Quia impia eſt promiſſio, quæ non niſi ſcelere adimpletur.* 2. *Quia Iuramentum, quod mandato & voluntati Divinæ repugnat, eſt vinculum iniquitatis.* 3. Quia Conthorales certi eſſe debent in conſcientiâ, ipſorum conjugium juxta voluntatem Dei eſſe initum: At tale non eſt eorum, qui conſilium Parentum ſpreverunt. Vid. Frid. Balduin. *de caſib. conſcient. lib.* 4. *cap.* 14. *caſ.* 9. 10. Sin verò Pater & Mater diſſentiant in nuptiis liberorum, illius potius quam hujus ſententia ſequenda eſt. Cum & ipſe Parens ſit, & autoritate (ut Dominus uxoris) antecellat, uxor verò ſit ὕπανδρος. Moribus, filii 25. & filiæ 25. annis minores matrimonio prohibentur conjungi, niſi conſenſu Parentum, aut Parentis ſuperſtitis: at ſi dicta ætate majores ſint, nudus Parentum diſſenſus nuptiis contrahendis impedimento non eſt. *Polit. ord. Holl. art.* 3. *Zeland. art.* 7. *adde art.* 13. *d. Polit. ordin. Holl.*

Q. 21. *An Ratihabitio de Jure Civili in Nuptiis habeat locum?*

R. MInimè. 1. *Princ. Inſt. de Nupt.* in verbis (*in tantum, ut juſſus Parentis præcedere debeat.*) 2. Quia conſenſus ſubſequens Patris non retrotrahitur. *l.* 13. §. 6. *ſi quis. D. ad l. Iul. de Adult.* Adde *l.* 11. *D. de ſtat. hom.* Cujac. 3. *obſ.* 5. Hotomann. *Illuſtr. quæſt.* 9. Vultej. *ad Princ. Inſt. de Nupt.* 1. obſtat, Ratihabitio mandato comparatur. ..60. *D. R. I.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

R. I. l. fin. C. ad SCtm. Macedon. ℞. id verum eſt, niſi lex pro formâ mandatum & juſſum requirat, quo caſu illud per æquipollens non poteſt expediri. 2. obſtat *§. ult. Inſt. de Nupt.* ℞. concubinatus eſt aliquo modo licitus, at nuptias contrahere ſine conſenſu Patris, planè illicitum eſt. 3. obſtat *l. 5. C. de Nupt.* ℞. ibi agitur de tacito Avi conſenſu, qui in favorabilibus, propter legitimum ſtatum in liberis, expreſſo comparatur. Gloſſ. *ad d.l. 5.* Arum. *d. exercit. 2. th. 10.*

Q. 22. An Sponſalia clandeſtina inſciis Parentibus contracta ſubſiſtant, ſi copula carnalis acceſſerit, & ex eâ conjunctione liberi ſint procreati?

℞. NEquaquam. Sed poteſt à Patre filia abduci ab eo cui illa ſe obſtrinxit. Ratio, quia Res illicita (ut eſt concubitus ſine matrimonio) non poteſt confirmare actum ipſo Iure nullum, i.e. matrimonium contrà leges contractum. Per *l. 5. C. de legib.* Vid. *§. penult. Inſt. de Nupt. l. 2. D. eod. l. 11. D. de ſtat. hom.* Unde Sichem poſt vitiatam Dinam conſenſum Patris, ſed fruſtra, imploravit. Gen. 34. *verſ. 11. 12.* Beza *de divort.* Vid. Vinn. *ad D. §. Pen. n. 1.* Diſſent. Paul. *lib. 2. ſent. tit. 19.* Cujac. 3. *obſ. 5.* 1. obſtat *l. 1. §. ult. D. de liber. exhib. ubi non tanta dicitur eſſe Patris autoritas, ut matrimonium poßit diſſolvere.* 2. obſtat, *quod cùm liberi non deliquerint, eſſe quoque non debeant illegitimi.* 3. obſtat, *quod copula*

carnalis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

carnalis ſponſalia in verum matrimonium convertat. ℟. ad 1. ibi agitur de nuptiis juſtè initis. ℟. ad 2. iſta liberorum illegitimitas non legum ſeveritati, ſed Parentibus, à quibus vitam habent, eſt imputanda: unde non propter Pænam ipſis liberis directò inflictam, ſed ex conſequentia matrimonii illegitimi, illorum ſtatus eſt illegitimus. ℟. ad 3. id procedit in veris, non clandeſtinis ſponſalibus. At quæ dicta ſunt, de Rigore Iuris procedunt, de æquitate verò, niſi ſumma ſubſit perſonarum inæqualitas, Patrem inducendum cenſeo, ut pauxillum de Iure ſuo potius remittat, quam ſtrictè utendo (ſeu abutendo) patria poteſtate feneſtram graviori delicto aperiat. At Prægnans ſi urgeat promiſſionem matrimonii, imprægnator noſtro caſu nuptiis ſe ſubtrahere non poterit. 1. Ne afflictæ addatur afflictio. 2. Ne Imprægnatori poteſtas detur vexandi eam, quam turpiter humiliavit. 3. Ne liberi declarentur illegitimi.

Q. 22. An Liberi cogi poſſint ad matrimonium? i. e. An Pater Jure Filiam addicere poßit viro, quam ipſa non vult?

℟. NEg. *l. 21. D. de Rit. Nupt. c. Gemma. 29. X. de Sponſal. adde l. 134. D. de verb. oblig.* Vid. Bronch. *cent. 3. q. 5.* Vinn. *ad Princ. Inſt. de Nupt. n. 3. in fin.* 1. obſtat *l. 22. D. de Rit. Nupt.* 2. obſtat *l. 4. D. R. I.* ℟. ad 1. ibi non agitur de coactione

ne violenta, cum ſc. Pater filium verberibus, carcere, &c. Cogit ad ducendam uxorem: Tale enim conjugium non ſubſiſtit. *l.* 21. *§. ſi dos.* 3. *D. quod. met. cauſ. c. cum locum. X. de Sponſalib.* Sed de metu reverentiali tractatur, cum ſc. ad obſequium Patri præſtandum, filia virum eligit quem Pater elegit, verecundiâ noluntatem in voluntatem ita convertente. At in nuptiis qualiqualis voluntas ſufficit, & taciturnitas filii & filiæ pro conſenſu eſt. *l. ſed quæ.* 12. *D. de ſponſal.* ℞. ad 2. Senſus, cum filiusf. ex voluntate Patris illius negotia gerit, id habendum eſſe, perinde, ac ſi Pater ipſe voluiſſet, ita ut non filius ſuo nomine poſſit conveniri.

Q. 24. *An ab alio vitiata & imprægnata pro virgine ducta poßit à decepto repudiari?*

℞. Aff. Beza *in tractat. de Repud. & Divort.* Paul. Cypr. *de Sponſal. c.* 13. *§.* 44. *n.* 3. Alber. Gentil. *de Nupt. lib.* 6. *c.* 13. Arum. 2. *Exercit.* 2. *theſ.* 16. Carpzov. *Iuriſprud. Forenſ. Romana Saxon. Part.*4. *Conſt.*20. *defin.*12. Recte additur (*poßit*) quia non cogitur maritus divortium petere, ſi honori & famæ ſuæ conſultum velit, ſed quod poſſit, ſc. ſi ſummo Iure uti velit. Piè verò & honeſtè aget, conſcientiæque ſuæ haud parum conſulet, ſi ad exemplum Dei, Ierem. 3. promittentis, ſe Iſraëlem adulterio coinquinatum, modò revertatur, in æternum non abjuraturum, ſed ad ſe recepturum eſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ita maritus conjugem pænitentem in ſuo Thoro retineat. At aſſertionis noſtræ fundamenta præcipua ſunt. 1. Quia contractus dolo initus ſimulatus eſt, & nullius momenti, nec ab invita parte eſt ſervandus. *l. 7. §. ait Prætor. D. de Pact. l. 7. in Princ. D. de dol. mal.* Ratio, quia deficit conſenſus, qui ſolus Nuptias facit. *l. 30. D. R. I.* Vid. *Novell. Leon. 93.* 2. Quia læſa virginitas eſt vitium & corporis & animi; at corpus ad materiam conjugii, materia ad Rei ſubſtantiam pertinet. Cypr. *d. cap. 13. n. 39.* 3. Quia Iure divino lapidibus obruitur compreſſa ab alio, quæ poſteà, ut virgo, nupſit alteri, ſi ſit ejus nomine accuſata, & vir petat devortium. Deut. 22. 28. *& ſeq.* 3. Quia & conceſſo, iſtud matrimonium ab initio valuiſſe, diſſolvi tamen non prohibetur. Argum. *l. 11. §. ſi quis virginem. 5. D. de action. empt. junct. l. 5. C. de Reſcind. Vend.* 4. Per *c. 6. in fin. X. de deſponſ. Impub.* Vid. Matth. 1. *verſ.* 19. 5. Quia, cum factum cuique ſuum, non alteri nocere debeat. *l. 155. D. R. I.* ſequitur, malitiam & turpitudinem uxori, non marito, obeſſe oportere. Diſſentiunt Caniſtæ. Hoſtienſ. *de matrimon. n. 26.* Didac. Covarruv. *in epit. cauſar. matrim. part. 2. cap. 3. §. 7.* Weſenb. *in Paratit. de Rit. Nupt. n. 18.* Bronch. 3. *cent. aſſert.* 3. 1. obſtat *l. 19. D. R. I.* 2. obſtat *l. 13. §. fin. D. ad l. Iul. de Adulter.* 3. obſtat, *quod matrimonium non diſſolvatur ob animi vitium.* 1. Corinth. 7. *verſ.* 10. 11. 12. *l. Pen. circ. fin. C. de repud. c. 2. X. de Divort. ſic e. g. mater Timothei Græco, & mater Auguſtini Ethnico cohabitavit.* 4. obſtat, *quod lex Iudicialis Mo-*

ſaica ad nos non pertineat. 5. obſtat, *quod Novellæ Leonis authoritatem probandi non habeant.* 6. obſtat, *quod error circà Perſonam in contractibus non vitiet actum, modò habilis ſit ad rem alienandam.* 7. obſtat, *quos Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Matth. 19. *verſ.* 6. *c. quos Deus.* 18. *cauſ.* 33. *quæſt.* 3. ℞. ad 1. d. l. in contractibus procedere, uti in emptionibus, & ſimilibus. At non in ſponſalibus. Gravius enim læditur vitiatam pro virgine ducens, ſi eam retinêre cogatur, quam qui mulierem pro virgine emit. Cum hic rem emptam rurſus diſtrahere poſſet, at ille; quam ſemel duxit, per omnem vitam haberet. Deinde d. l. locum habet in iis caſibus, quibus in qualitatem perſonæ licita & non dedecoroſa eſt inquiſitio. ℞. ad 2. ubi agitur de eo, qu ſciens mores ducit, i. e. quam probat, poſtquam accuſare intendiſſet. ℞. ad 3. Argum. à minor ad majus non valet, ſi utriuſque diverſa eſt ratio. At animi vitium (ut eſt infidelitas) corrig poteſt, cum decerpta virginitas nunquam poſſi reparari. Deinde, conſequentia eſt intelligenda de illo corporis vitio, quod non eſt ſimu animi. ℞. ad 4. *Licet leges Iudaicæ forenſe nos non obligent, attamen Dei voluntatem, in caſibus ſc. jure civili non deciſis, ibi expreſſam ſeq oportet: cum exempla iſtarum legum muniant conſcientias.* ℞. ad 5. Id falſum eſt, ſi Iuri civi non adverſentur, & caſus eo non deciſos comprehendant. ℞. ad 6. Id verum eſt, ubi de fortunæ bonis alienandis tractatur, & nexibus ſolubilibus, & de Equo, Aſino, aut Fundo contrahitur; ſecus verò, ubi non de Re, ſed Perſon

prin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

principaliter agitur, & de vinculo indiſſolubili uſque ad vitam. ℞. ad 7. Cum Deus ſit auctor ordinis ac rationis, eos conjunxiſſe haud cenſetur, qui dolo reperiuntur copulati.

Q. 25. An & uxor maritum ob ſtuprum & fornicationem ab eo ante Nuptias commiſſam repudiare poſſit?

℞. NEquaquam. 1. Quia deficit autoritas Juris divini. Deut. 22. *verſ.* 28. *& ſeq.* ubi de *compreſſâ* ab alio tractatur. 2. Quia major caſtitas in fæminâ, quam marito requiritur: læſa quippe pudicitiâ, omnis in fæmina virtus ruit. 3. Quia libido aut impudicitia fæminæ longè deteſtabilior eſt quam viri, cum per inſitionem ſtirpis adulterinæ, nedum marito, ſed & familiæ magna inferatur injuria. *l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. D. ad leg. Iul. de Adulter.* At hæc aſſertio accipienda, niſi fortaſſe in terminis ſponſaliorum contrahentes adhuc verſentur. *Turpius enim ejicitur, quam non admittitur hoſpes.* Vel niſi fædis libidinibus ſponſus ſe contaminaverit. *Adulterum enim retinere ſponſum cogenda non eſt mulier, cui etiam maritum repudiare licet. l. conſenſu. §. virum. C. de Repud.* Joh. Gerhard. *in loc. Theolog. de conjug. §. 166.* Harpprecht. *ad Rubr. Inſt. de Nupt. n. 55.* Obſtat, *cum correlativa parili juris diſpoſitione nitantur, uxori non videtur denegandum, quod marito conceditur. At maritus & uxor ſunt correlativa, eorumque eadem eſt fides caſtitatis, eadem promiſſio inſeparabilitatis, eadem atque unica*

ſpes prolis habendæ. c. 1. *X. de ſponſal. duor. c. debitum.* 5. *X. de Bigam.* ℟. correlativa eandem faciunt Juris diſpoſitionem, cum ſc. eorum non eſt diverſa ratio.

Q. 26. *An quivis error impediat matrimonium?*

℟. DIſt. *Vel concernit Perſonam.* ut cum Jacobo Lea tradebatur pro Rachele. *Vel caſtitatem alterius.* Vid. *quæſt.* 23. *Vel facultates, ſive externa.* e.g. ſi quis putaverit ſponſam Nobilem, aut divitem, &c. Hiſce præmiſſis ſic reſpondeo; Primum erroris genus diſſolvit conjugium. Quia non interceſſerat conſenſus. Secundum genus quod attinet, talis pro adultera habenda, & lapidibus obruenda eſt Deut. 22. At uſitato jure, ſi acceſſerit ſponſi congreſſus, retinenda eſt. At poſtremum erroris genus conjugium non dirimit. Fund. quia matrimonium non bonorum acceſſione, &c. ſed conſenſu perficitur. *l.* 30. *D. R. I.* Vid. Covarruv. *de Matrim. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 7. *n.* 2. 4. Wurmſer *tit.* 36. *de matrimon. obſ.* 3. *n.* 1. 2. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 93. *n.* 11. Wolleb. *Chriſt. Theolog. lib.* 1. *cap.* 11. *canon.* 7.

Q. 27. *Uter ex parentibus ad dotandam filiam tenetur?*

℟. REgulariter, Pater. Et ſi nolit, non quidem Iure actionis, ſed officio Judicis, ad id compelli poteſt. *l.* 19. *D.*

R

Rit. Nupt. l. ult. §. utramque. C. de dot. promiſſ. Schneidw. *ad tit. Inſt. de Act. n.* 81. Gail. 2. *obſ.* 95. *n.* 1. 1. ut filia honeſtè matrimonio collocetur. 2. ut Genero conjugii onera ſuſtinenti ſuccurratur. Nov. 22. *c.* 18. At ab hoc onere mater eſt exempta, niſi cauſa juſta & probabilis expoſcat. *l. non mater.* 14. *C. de Iur. dot.* ut ſi pater inops ſit, atque matri ſuppetant bona. Quia tali caſu & onus alendi ad matrem ſpectat. per *l.* 5. *ſi quis. §. ſi Mater.* 14. *D. de Agnoſc. & Alend. Liber.* Bartol. & DD. *in l. Alimenta. C. de Negot. Geſt.* Anton. de Padilla. *in auth. res quæ. n.* 60. *in fin. C. commun. de legat.* At dos alimentorum inſtar habêtur. *arg. l. ult. D. de Alim. & cibar. leg. & ibi DD.* At Parentes & exempti ſunt onere dotationis, ſi filia ſit locuples, ſeque ipſam dotare queat. *arg. l.* 5. *§. ſed ſi filius.* 7. *D. de agnoſc. liber.* Vel ſi ingrata exiſtat, aut contrà familiæ ſplendorem indigno nupſerit. Schneidw. *ad d. tit. n.* 84. 85. Gail. 2. *obſ.* 95. Vel ſi filia defuncta ſit, dote ſc. non conſtituta vel promiſſa. Alias enim ſola promiſſio abſque datione præſenti pro conſtitutione habêtur. *l. unic. C. de Rei uxor. Act. l. Iulianus.* 20. *l.* 43. *& ſeq. D. de Iur. dot.* Fund. quia tunc ceſſant onera conjugii, nec enim de Nuptiis defunctæ, ejuſque elocatione, ulterius eſt laborandum. At harum intuitu jus dotationis adinventum eſt. *l.* 19. *D. de Rit. Nupt. l.* 56. *ibi dos. D. de Iur. dot.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 28. *An inter Aſcendentes Adoptivos & Deſcendentes non poſſit eſſe matrimonium?*

℟. DIſting. Vel adoptionis vinculum adhuc conſtat: vel eſt ſoluta adoptio. Priori caſu, inter Aſcendentes & Deſcendentes, ſive tales mediatè ſive immediatè ſunt, nuptiæ non conſiſtunt, uti nec inter fratres & ſorores adoptivas. *§. 1. 2. Inſt. de Nupt. l. 55. §. 1. D. de Rit. Nupt.* Poſteriori caſu, diſtinguo, vel immediatè ſe invicem contingunt, vel mediatè. Illo caſu, neg. ſic *e.g. non poteſ Avus Neptem quam adoptavit ducere in uxorem* Vid. Cujac. 23. *obſ.* 36. Hotomann. *lib.* 5 *obſ.* 27. Poſteriori verò caſu, Affirmo. *Sic e. g ſoluta adoptione inter matrem Patris adoptivi & ipſum adoptivum rectè nuptiæ contrahuntur, ut & ſemper iſto caſu inter collaterales.*

Q. 29. *An frater cum ſorore committat inceſtum?*

℟. DE Inceſtu Juriſg. Nego. Sic enin tantũ contrahuntur inceſtæ Nuptia inter Aſcendentes & Deſcendentes qui tales ſunt, ſive Iure cognationis, ſive affini tatis. *l. fin. D. de Nupt.* At de inceſtu Iuris civili Aff. Sic enim inter collaterales nuptiæ quoqu inceſtæ ineuntur. *l. 38. Princ. §. 1. & ſeqq. D ad l. Iul. de Adulter.* 1. obſtat, quod in gener inceſtæ dicantur Nuptiæ inter collaterales i gradu

gradu prohibito contractæ. Vid. *Lev.* 20. 17. *&* 1. *ad Cor.* 5. 1. *l.* 8. *l.* 14. §. 2. *ſerviles. l.* 39. §. 1. *l.* 54. *&* 56. *D. de Rit. Nupt.* 2. obſtat, *quod Deus & inter collaterales matrimonium prohibuerit, ergo hujuſmodi matrimonium Iurig. eſt adſcribendum.* §. *Pen. Inſt. de Iur. Nat. Gent.* ℟. ad 1. id verum eſt; At non ex Iureg. ſunt inceſtæ, quæ fiunt in gradu prohibito inter collaterales. ℟. ad 2. negatur conſequentia. Non enim omnia quæ Deus ſpecialiter conſtituit Iurig. ſunt adſcribenda, ſed tantum Principia divinitus hominum cordibus implantata. At ipſa lex à Deo poſita interdum eſt merè poſitiva, interdum in genere eſt à Iureg. Vid. Weſenbec. *ad* §. *inter eas. Inſtit. de Nupt.* Tim. Fab. *diſput. anniverſ. ad* §. 1. *Inſtit. eod.*

Q. 30. *An Duorum fratrum vel ſororum Liberi matrimonio jungi poſſint?*

℟. AFfirmo. Num. 36. *verſ.* 11. Ioſu. 15. *verſ.* 17. *l.* 3. *D. de Rit. Nupt.* §. 4. *Inſt. de Nupt.* Connan. *lib.* 8. *comm. c.* 5. *n.* 7. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de. Inceſt. & Inutil. Nupt.* 1. obſtat, *Paraphraſis Theophili.* 2. obſtat *Cajus in Fragment.* 1. *Inſt. de Nupt.* 3. obſtat §. 3. *Inſt. de Nupt. ibi, cujus filiam ducere non licet, ejus nec Neptem.* 4. obſtat *Levit.* 18. *verſ.* 6. *Ne accedito ad Propinquum carnis tuæ, ad retegendam nuditatem.* ℟. ad 1. Theophili (utpote ſingularis Icti.) contra Ius certum autoritas nullius momenti eſt. ℟. ad 2. cum Inſtitutiones Caii depravatæ ad nos pervenerint,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

nerint, & corpori Iuris non ſint inſertæ, nil inde quoque inferri poteſt. ℞. ad 3. id accipiendum limitatè, de eo ſc. caſu, quo agitur de Nuptiis fratris, & ſororis, vel fratris deſcendentibus. ℞. ad 4. quod *d. verſic.* ſit intelligendus de proximâ, quæ in lege Dei ſpecialiter duci prohibêtur.

Q. 31. An Comprivigni poſſint matrimonio jungi?

℞. NEgo. Quia eorum nuptias vetat lex divina, tanquam inter fratres & ſorores contractas. *Levit.* 18. *verſ.* 11. *Nuditatem filiæ natæ ex Novercâ tua, cognata Patris tui, ſoror tua eſt: Hujus ne retegito nuditatem.* Diſſent. Schotan. *in Exam. Iurid. ad tit. de Inceſt. Nupt.* Vinn. *ad* §. 8. *Inſt. de Nupt.* 1. obſtat, *quod nec ſanguine, nec affinitatis, aut adoptionis Iure ſe invicem contingant.* 2. obſtat, *quod in d. verſic.* 11. *non videatur agi de comprivignis, ſed de Fratre & ſorore conſanguinea.* ℞. ad 1. Voluntas Dei pro omni ratione eſt: unde præciſe Deo volenti eſt obtemperandum, nec fictionibus humanis datur locus. ℞. ad 2. Id falſum eſſe liquet ex *verſ.* 9. *d. cap.* ubi jam ante matrimonium inter fratrem & ſororem conſanguineam erat prohibitum. Unde ut tautologia vitetur, procul dubio alia prohibitio ſequitur in *verſ.* 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 32. *An Plebeja Nobili nubens reddatur Nobilis?*

℟. Aff. Uxor enim mariti conditionem, tam quoad ſtatum, quam dignitatem, ſequitur. *l. fæminæ. D. de ſenat. l. ult. in verb. (ſentiat mulier viri fulgorem.) C. de Nupt. l. Mulieres. C. de dignitat.* At è contrà, maritus plebejæ conditionis uxoris Nobilitate & radiis haudquaquam coruſcat. Bartol. *in l. 1. C. de Dignit.* Guid. Pap. *deciſ. 196. & deciſ. 349.* Excipiunt aliqui Reginam Ignobili nubentem. per *l. 1. C. de Præpoſ. Sacr. cubicul. lib. 12.* Vid. Tiraquell. *de Nobilit. cap. 18. n. 39.* At iſte caſus, ut rariſſimus, ad Regulam non pertinet. Quæ Iura, Privilegia, ac dignitates maritorum etiam viduæ retinent, donec ad ſecunda nuptiarum vota tranſierint. *l. 8. D. de Senator. l. filii. 12. §. vidua. D. ad Municipal. l. cum te. 10. C. de Nupt. d. l. mulieres.* Atque ita à Parlamento Delphinali deciſum tradit Guid. Pap. *deciſ. 349.* At id, quoad Iura & Privilegia, quæ ſc. ratione dignitatis competunt, non verò quoad ea, quæ ratione officii vel profeſſionis maritis conceſſa ſunt, accipiendum puto. Bartol. *in l. ſemper. §. immunitati. D. de Iur. Immun.* Cyn. *in l. 2. C. de epiſc. & cleric.* e g. Si Nobilis à tributis hominibus generis plebii impoſitis ſit immunis, eadem immunitas ſpectat & ad viduam. Sic Domicilio ac foro mariti innititur vidua. per *l. 1. §. domum. 2. D. de Agnoſc. & Alend. Liber. l. ult. C. de Incol.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 33. *An mortuo Patre Nepos per matrimonium Avi rectè legitimetur?*

℞. Aff. 1. Quia ſuccedit nepos in locum Patris. *Novell.* 118. *c.* 1. 2. Quia matrimonium ſubſequens purgat omne vitium antecedens. 3. Per *l.* 5. *D. de grad. & Affin.* Fachin. 3. *controverſ.* 56. Schotan. *in Exam. Iurid. ad tit. de Natural. lib.* 1. obſtat, *quod initium à filio eſſe debeat. §. fin. Inſt. de Nupt.* 2. obſtat, *quod ex mortuo nemo poßit filium adoptare.* ℞. ad 1. Negatur. ubique enim *Liberorum* fit mentio. ℞. ad 2. Diſtinguendum inter adoptionem & Legitimationem. Qui adoptat, is directò ſibi nepotem per legem facit: Et ſicut mortuus liberos generare nequit, ita nec ab eo, cum adoptio naturam imitetur, poſſint in liberos adoptari. At per legitimationem aliquid tantum retrotrahitur. Diſſent. Vinn. *ad §. ult. Inſtit. de Nupt. n.* 3.

Q. 34. *An in extremo vitæ articulo poſſit fieri legitimatio?*

℞. Affirm. Angel. & DD. *in fin. Inſt. de Nupt.* Jaſon. *in l. ſed eſt quæſitum.* 6. *D. de Liber. & Poſthum.* Gail. 2. *obſ.* 141. *num.* 8. & Canoniſtæ *in c. tanta. X. qui filii ſunt legitim.* Vid. Vinn. *ad §. ult. Inſt. de Nupt. n.* 4. Huc pertinet *l.* 106. *D. de condic. & Demonſtr. l.* 27. *C. de Nupt.* Fund. quia poteſt ad

extre-

extremum uſque vitæ ſpiritum matrimonium contrahi. Obſtat *l.* 11. *verſic. ſufficiat. C. de Natural. Liber.* ℞. ille text. Aſſertionem confirmat, cum ſufficere, quem affectionem matrimonii & procreandi liberos (ſc. ſi ſupervixerit) habere, ibi indicetur. At non requiritur ad matrimonium contrahendum, ut contrahentes *actu* debitum conjugale perſolvere poſſint.

Q. 35. *An Inviti filii legitimentur?*

℞. NEquaquam. Quia juri pro ſe introducto renunciare, vel id contemnere quilibet poteſt. *l. Pen. c. de Pact.* 2. Per *l. fin. D. de his qui ſunt ſui vel. alien. jur. l.* 69. *D. R. I. Nov.* 89. *c.* 11. Sententia noſtra procedit, ſc. ut privatæ Patris poteſtati ſubjicerentur, licet ex neceſſitate legis nolentes fieri poſſint legitimi. obſtat *l.* 39. *D. de negot. geſt. ubi conditio inviti poteſt reddi melior.* ℞. id procedit, ſi alterius jus vertatur, ut ſi pro invito quis aliquid ſolvat: ſecus ergò, cum de illius ſolius, cui quis benè vult, utilitate tractatur. Schotan. *in Exam. Iurid. ad Tit. de Natural. lib.*

Q. 36. *An Adoptio Naturam imitetur?*

℞. Aff. §. 4. *Inſt. de Adoption.* 1. obſtat, *quod anno ætatis* 14. *nuptias contrahere ac generare quis poßit. Princ. Inſt. de Nupt.* at adoptare niſi anno 18. non licet. §. 4. *minorem. Inſt. de Adopt.* 2. obſtat §. *licet.* 5. *Inſt. eod.*

eod. 3. obſtat §. 9. *ſed & illud. Inſt. eod.* 4. obſtat, *Quod quis fratrem adoptare poßit; at legibus naturæ haud convenit, nec licitè fieri poteſt, ut frater à fratre procreêtur.* ℞. ad 1. ut quis matrimonium contrahat, ſufficit, ut quis generationi aptus deprehendatur, at ut quis adoptet, præter aptitudinem (ſaltem ſc. potentiâ) electio requiritur, quæ citra firmitatem Judicii non peragitur. ℞. ad 2. Illud fit per fictionem Iuris, favore enim propagandæ familiæ filium habêre præſumitur. ℞. ad 3. Spadones ibi ſunt illi, quibus ob accidens aliquod vitium non datur actu generare, at ſecus eſt in illis de quibus omnis generandi ſpes & facultas eſt denegata, ut nec actu, nec potentiâ uxori operam dare poſſint. ℞. ad 4. Diſting. ut quis per adoptionem fratrem ſibi conſtituat, tanquam fratrem, nego. *l. nec apud. 7. C. de hered. Inſtit.* Tanquam verò filium, Affirmo. ſc. ſi modo juſta ætas intercedat.

Q. 37. *An Ignobilis à Nobili adoptatus efficiatur Nobilis?*

℞. SI facta ſit adrogatio vel adoptio in ſpecie ab aſcendente, Aff. per *l. 5. 6. 8. D. de Senator.* Fund. quia tunc tranſit in familiam & poteſtatem ejus à quo adoptatur, & familiæ Nomen, Inſignia, Sacra, aliaque ei Genti competentia conſequitur. 1. obſtat, *Nobilitas à privato dari non poteſt, quia eſt Iuris publici.* 2. obſtat, *Nobilitas eſt à Natura.* 3. obſtat, *quod nemo ad tempus poßit eſſe Nobilis.*

℞. ad

℟. ad 1. non directò hoc caſu confertur Nobilitas, ſed ex conſequentia adoptionis, quæ à Iure publico profluit, datur. ℟. ad 2. Falſum id eſt. Quia à lege publica procedit, atque ab eo, qui eam concedendi habet poteſtatem. ℟. ad 3. Nec quoque deſinit eſſe Nobilis, ſi ſc. Nobilis tanquam illius pater deceſſit. Notandum, quod per adoptionem imago potius, quam vera Nobilitas acquiratur, ſicut & per eam vera filiatio non comparatur. Vid. Joh. Raynaud. *tractat. de Nobilit. p. 4. q. 5.* Arum. *exerc. 2. theſ. 21.*

Q. 38. An Adoptio in ſpecie facta ab extraneo conferat Patriam poteſtatem?

℟. NEg. *§. 2. Inſt. de Adopt. l. 10. C. eod.* 1. obſtat *l. 1. D. eod.* 2. obſtat, quod omnis emancipatio præſupponat Patriam poteſtatem; at emancipatio in hac adoptione contingit. 3. obſtat *§. 14. Inſt. de hered. quæ ab Inteſtat.* ℟. ad 1. *d. l. D.* correctam eſſe per leges pro negativa opinione prolatas. ℟. ad 2. cum per illam adoptionem magis imago quædam, quam vera poteſtas acquiratur, ſequitur, quod & per illam emancipationem vera Patria poteſtas non ſolvatur. ℟. ad 3. verba (*atque ſi in Patris &c.*) Secundum veritatem eſſe accipienda. i.e. quod integra jura maneant, cum verè in poteſtate Patris Naturalis permanſerit. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de adopt.* Diſſent. Arum. *exerc. 2. theſi 20.* Wiſſenb. *Diſput. 4. ad Pandect. theſ. 31.*

Q. 39. An quarta pars bonorum quæ Arrogatis debetur §. 3. in fin. Inſt. de adoption. ſit omnium bonorum, an verò legitimæ? i. e. quarta Portionis quæ ab Inteſtato debetur?

℞. PRius affirmo. *§. 3. Inſt. de Adopt. l. Papinianus. 8. §. ſi quis impubes. 25. D. de Inoffic. Teſtam.* Donell. 2. *Comment.* 23. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. Inſtit. de Adoption.* Diſſent. Vinn. *ad D. §. 3. num. 2.* 1. obſtat, *quod plus conſequi poſſet, quam naturales, poſito, quod hi quinque ſint numero.* 2. obſtat, *Quarta portionis ab inteſtato debitæ filium naturalem excludit à querela inofficioſi Teſtamenti. l. 2. D. de inoffi. Teſtam.* ℞. ad 1. non facile conceditur habenti liberos alium arrogare. *l. 17. §. Pen. D. de adopt.* 2. Quia hæc quarta ob injuriam quam paſſus eſt arrogatus propter emancipationem vel exheredationem eſt ſolvenda. ℞. ad 2. Eſt ratio diverſitatis, quia Pater naturalis non cenſetur filium ſine cauſa præterire. At in Patre adoptivo non æquè talis cauſa præſumitur, niſi eam reddiderit.

Q. 40. An filia nubendo nexu Patriæ poteſtatis liberetur?

℞. Aff. Quia ſtatim tranſit in poteſtatem, tutelam, & Curam mariti. Per arg. *l. 195. §. ult. l. 196. §. 1. D. de verb. ſignif.*

ſignif. At qui ſub tutela vel cura alterius vivit, is in poteſtate Patriâ non exiſtit. *§. Permiſsum. Inſtitut. de Tutel.* Ergò ſequitur, bona adventitia eſſe reſtituenda, cum principalior effectus Patriæ poteſtatis ſit, *bonis liberorum uti frui licere.* At filiusf. (licet majorennis, vel Doctor, vel miles) nuptias contrahendo non liberatur Patriâ poteſtate. *§. filiusf. Inſt. quib. mod. Ius Patr. pot. ſolv.* Arg. *§. ult. Inſt. de Teſtam. milit. l. ſi maritus. 7. C. de Patr. poteſt.* Nullibi enim de Iure civili Nuptiæ inter modos diſſolvendæ Patriæ poteſtatis referuntur. Verum ex indiciis emancipatio hodie facta præſumitur: ut ſi liberi ſeorſim à Patre habitent, bona adminiſtrent, propriamque Oeconomiam inſtituerint, ac Pater ſubinde cum ipſis contraxerit, rationes iniverit. &c. *l. 1. ibi DD. C. de Patr. pot.* Vid. Sand. *lib. 2. tit. 7. defin. ult.* Grot. 2. *Manuduct. part. 6.* Schotan. *in Exam. Iurid. ad tit. de emancipat.*

EXER-

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM QUINTA,

Ad Tit. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Lib. 1. Inſtit.

Q. 1. *An Tutela rectè definiatur vis ac poteſtas?*

℟. Affirm. §. 1. *Inſt. de Tutel.* Eſtque ſenſus, quod Tutela ſit authoritas regendi perſonam pupilli, ac facultas bona ejus adminiſtrandi. §. *Impuberes. Pen. Inſt. de Attil. tut. junct.* §. 17. *Inſt. de excuſat.* 1. obſtat, *Quod nil magis tutelæ ſit contrarium, quam vis, aut atrocitas.* 2. obſtat, *Quod tutela inter contractus numeretur. l.* 23. *contractus. D. R. I.* ℟. ad 1. Cum Tutela dicatur *Vis*, non intelligitur abſoluta poteſtas, vel vis violenta, ſed amicabilis, quæ in pia pupilli defenſione & obſervatione conſiſtit, atque propriè *authoritas* nuncupatur. Finis enim tutelæ non eſt impreſſio in invitum, ſed defenſio pupilli, & ſuppletio defectus, qui eſt ab ætate. ℟. ad 2. Tutela dupliciter accipitur, vel ſimpliciter, ut *d.* §. 1. & dicitur *vis ac poteſtas.* Vel pro admi-

niſtra-

niſtratione ac geſtione, & tunc quaſi contractus cenſetur. *d. l. 23. junct. §. tutores quoque. 2. Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex contract.*

Q. 2. An ſint tres ſpecies tutelæ?

℞. Aff. Sc. Teſtamentaria, Legitima, Dativa. 1. per *l. generaliter. 52. C. de Epiſcop. & Cleric.* 2. per *§. permiſſum. 3. Inſt. de Tutel. junct. Princ. Inſt. de legit. Agnat. Tutel. & Princ. Inſt. de Attil. Tutor.* Arum. *exerc. 3. theſ. 13.* Schot. *in exam. Iurid. ad tit. de Tutel.* 1. obſtat, *Quod duplex tantum videatur eſſe tutela. §. 1. Inſt. de Tutel. verb. (data ac permiſſa.)* 2. obſtat, *Quod & ſit tutela confirmata. tot. tit. D. & C. de Tutor. confirm.* 3. obſtat, *§. 9. Inſt. de excuſat. tut. ubi per contractum ſeu conventionem decernitur Tutela.* ℞. ad 1. illis verbis propriè non comprehenditur diviſio, ſed indicatur, quod tutela ſit poteſtas vel autoribus data vel permiſſa de Jure civili. Deinde, ſi de diviſione accipiantur, ſub *dativa* comprehendetur non tantum dativa in ſpecie, ſed & Teſtamentaria. Cum & hæc à Parentibus detur. Unde non obſtat authoritas Ulpian. *in Fragm. tit. 11.* ℞. ad 2. Tutela confirmata ſpecie non diſtat à Dativâ, ſtrictim ſc. ſumpta, ſed ſub ea comprehenditur. ℞. ad 3. nego. Sed innuitur, eum cui ex ordine Juris publici tutela delata eſt, ſi promiſerit ſe tutelam adminiſtraturum, ſe excuſare non poſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. *An verba (in Capite Libero) in d. §. 1. Poſita magis ſint referenda ad Tutorem, quam ad Pupillum?*

R. LIcet ad utrumque ſuo modo referri poſſint, tutor tamen ut per ea intelligatur veriſimilius eſt. 1. Quia ſequitur in *d.* §. 1. ad tuendum eum, non ad tuendum id: quod omninò neceſſe foret, ſi ad Pupillum prædicta verba pertinerent. 2. Quia in Pupillo requiritur, non ſolum ut ſit homo liber, ſed etiam ut ſit ſui Juris. *l.* 6. §. *fin. l.* 14. *D. de Tutel.* At ſufficit, tutorem liberum eſſe, licet alieno juri ſit ſubjectus. *Princ. Inſt. qui teſtam. Tutor.* verbis (*ſed etiam filiuſf*) Obſtat §. 1. *Inſt. qui teſtam. tut. ubi ſervus tutor dari poteſt.* R. Non ſervus (ut talis) ſed liberum caput, quod ante ſervierat, ibi tutor denunciatur. *d.* §. 1.

Q. 4. *An Tutor confirmatus dativus potius ſit dicendus, quam Teſtamentarius?*

R. CUm præcipuum conſiſtat in periculo & jure adminiſtrationis. Prius Aff. cum Cyn. & Dyn. *in l.* 2. *n.* 2. *C. de confirm. tut.* Schneid. *ad* §. 3. *n.* 18. *Inſt. de Tutel.* Donell. 3. *Comment.* 5. Fund. 1. Quia *eſſe ſuum* ex ſola confirmatione habet. Alius enim in ejus locum poteſt ſurrogari. *l. ſi ut proponis.* 3. *C. de confirm. tut.* Tempus, antequam confirmatus ſit, ei non cedit, ſc. ut ipſius periculo tutela foret.

ret. *l.* 2. *C. eod. in fin.* Accedit, quod & magiſtratus teneatur, ſi inidoneum confirmaverit. *l.* 5. *D. eod.* At hæc omnia ſecus ſe habent in tutore teſtamentario. Vid. *l.* 10. *D. de tutor. & Cur. dat. junct. l.* 7. 9. *D. de Teſtam. tut.* 2. Quia illi demum dicendi ſunt teſtamentarii, qui jure dati ſunt. *l.* 3. §. *fin. D. de Teſtam. tut.* Diſſ. Vinn. *ad* §. *ult. Inſt. de Tutel. n.* 3. *& ad* §. 1. *Inſt. de Attil. tut. n.* 3. 1. obſtat, *Quod Prætor voluntatem & judicium Teſtatoris ſequatur.* 2. obſtat, *Quod tutor confirmatus non ſatiſdet. l.* 3. *D. de confirm. tut. & excuſando ſe à tutela perdat legatum in Teſtamento relictum. Quod diverſum eſt in tutore Dativo, l.* 32. *& ſeqq. D. de excuſ. tut.* 3. obſtat, *Quod præferatur legitimo, ergo eſt Teſtamentarius.* 4. obſtat, *Quod ſe excuſare poſsit, haud ſecus, ac Teſtamentarius. l.* 1. *C. de confirm. tut.* ℟. ad 1. Neg. Quum Prætor contemnere poſſit voluntatem teſtatoris. Accedit, quod voluntas non eſſentiam, ſed originem duntaxat præbeat. ℟. ad 2. Licet confirmatus tutor, propter concurrentem voluntatem Parentum, quædam Privilegia Teſtamentarii habeat, eum tamen exinde Teſtamentarium dicendum eſſe, nego. ℟. ad 3. Nego conſeq. Quod enim legitimo præferatur, id totum datum eſt paternæ deſignationi. Pietas enim Paterni nominis optimum plerunque conſilium pro liberis capit. *l.* 22. §. *fin. D. ad l. Iul. de adulter.* ℟. ad 4. Etiam quilibet alii tutores ſe excuſare poſſunt. §. *qui autem. Inſt. de excuſat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 5. *An codicillis teſtamento non confirmatis dari poſſit tutor Teſtamentarius?*

℟. NEgo. Sed datus in codicillis ab inteſtato eſt confirmandus. *l.* 1. §. 1. *D. de confirm. tut.* Obſtat, *quod codicilli vim teſtamenti habeant in omni cauſa, excepta heredis inſtitutione. arg.* §. 2. *Inſt. de codicill.* ℟. id procedit in legatis & fideicommiſſis, & in omnibus, in quibus lex ſpecialiter contrarium non diſpoſuit. Alias effectum teſtamenti non habent.

Q. 6. *An Pater exheredato filiof. tutorem dare poſſit ſine confirmatione?*

℟. Aff. 1. Quia id totum dependet à Patriâ poteſtate. *l.* 1. *D. de Teſtam. tut. l.* 4. *l.* 10. §. 2. *D. eod. l.* 77. §. 3. *D. de condic. & Demonſtr. Arg. l.* 31. *D. de Teſtam. tut.* 2. Quia tutela non continet onus & gravamen, ſed per eam pupillo ejuſque bonis proſpicitur. Vid. Donell. 4. *comment.* 4. Arum. *in Pandect. diſput.* 16. *theſ.* 4. Diſſent. Hotoman 6. *obſ.* 5. Forſter. *diſput.* 4. *theſ.* 4. 1. obſtat *l.* 53. *D. V. S.* 2. obſtat *l.* 73. §. 1. *D. R. I.* ℟. ad 1. Verum eſt, Patrem non poſſe tutorem dare filiofam. ita ſc. ut tutor ſimul non habêret rationem & inſpectionem Rerum. Tutor enim directò perſonæ, at per conſequentiam Rebus quoque datus eſſe intelligitur. ℟. ad 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ad 2. *Suus heres* ibi non eſt qui re ipſâ heres eſt, ſed qui propter poteſtatem cui ſubjectus eſt ſpem duntaxat hereditatis habet. At ſi Pater filio emancipato, vel naturali tantum de facto tutorem dederit, is à magiſtratu propter judicium & affectum Patris confirmabitur ſine inquiſitione. *§. ult. Inſt. de tutel.* Junct. *l. 4. C. de confirm. tut.* Niſi fortaſſe tutor mores mutaverit, & publicum improbitatis ſuæ exemplum dederit. Notandum, quod mater filiis tutores dare nequeat, niſi eos inſtituerit heredes, ac tutores datos magiſtratus præviâ inquiſitione confirmaverit. *l. 4. D. de Teſt. tut.* Nec obſtat *l. 4. C. eod. ubi tutor à matre exheredato datus confirmatur.* Quia non dicitur, quod neceſſariò ſit confirmandus; hoc enim negatur in *d. l. 4. D.* uti & de Iuris ordine inutiliter à matre exheredato tutor datur. Sed quod propter veriſimilem affectum matris ergà liberos plerunque per conſuetudinem confirmari ſoleat. Vid. *d. l. 4. C.* verb. (*ſolet.*) Opinio Cujacii expungentis voculam (*non*) in *d. l.* diſplicet.

Q. 7. An filiif. tutores Teſtamento dari poſſint?

℞. Aff. *Princ. Inſtit. qu. teſtam. tut. dar. poſſ.* Fund. quia quod ad jus publicum attinet, non ſequuntur jus poteſtatis. *l. nam quod. 14. D. ad ſenatuſ. Trebell.* ſed pro Patribusf. reputantur. *l. 9. D. de his qui ſui vel alien. jur.* 1. obſtat *l. 21. D. de Teſt. tut. junct. l. 6. D. qui teſt. fac. poſſ.* 2. obſtat *l. 21. D. ad l. Iul. de Adulter.* 3. obſtat, *Quod commodum & utilitas*

litas ex operâ filii Patri non ſit adimenda. ℟. ad 1. in *d. l.* 21. agitur de eo, cum quo eſt teſtamenti factio paſſiva. ℟. ad 2. Id accipiendum de ejuſdem generis poteſtate. ℟. ad 3. utilitas publica præferenda commodo privatorum. *l.* 3. *C. de primipil.* Et obſervandum, ſi Pater ſeſe una cum filio tutelæ immiſcuerit, vel eam quaſi pro ſuâ agnoverit, eum in ſolidum teneri. *l.* 7. *D. de tutel.* At ſi ſimpliciter tantum conſenſerit, ut filiusf. adminiſtraret, non verò ipſe immiſcuerit, tunc peculiotenus tantummodò conveniri poterit. *l.* 21. *D. de admin. tutor.* In hac re teſtamentaria tutela non eſt ſeparanda à dativa. Diſſ. Duaren. *ad tit. de tutel. c.* 3. *in fin.* Perez. *in tit. Cod. de Fidejuſſ. tut.*

Q. 8. An tutor ex teſtamento, ex certo die, & ad certum diem, aut ſub conditione dari poſſit?

℟. Aff. §. 3. *Inſt. quib. mod. teſtam. tut. dari poſſ. l.* 11. *D. de teſtam. tut.* Fund. Quia lex adeò confidit de Paterno conſilio & voluntate, ut quoquo modo liberis ſuis proſpexerit, ratam habeat ipſius voluntatem. 1. obſtat *l.* 77. *D. R. I.* ℟. Ibi agitur de tutore dativo: Quam dationem magiſtratus ſecundum legis præſcriptum ejuſque formam exercêre tenebatur. Huc pertinet *l.* 6. §. 2. *D. de Tutel.* Inſt. *Atqui & Teſtamentaria tutela eſt actus legitimus, l.* 130. *D. V. S.* ℟. Actus legitimus in *d. l.* 77. accipitur pro eo, qui alicui certo magiſtratui eſt conceſſus; at in *d. l.* 130. pro eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

qui lege eſt confirmatus. 2. obſtat *l.* 11. *D. de Teſtam. tut.* ℞. Non ibi eſt conditio vel dies à magiſtratu, ſed ex teſtamento: adeoque magiſtratus ibi tantum ſupplevit defectum.

Q. 9. An ad certam rem tutor dari poſſit?

℞. NEg. §. 4. *Inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* Ratio, quia tutela eſt vis ac poteſtas in caput pupilli, ſic tamen, ut res & Patrimonium veniant in conſequentiam. §. 17. *Inſt. de excuſ. tut.* Obſtat *l.* 15. *D. de Teſtam. tut.* ℞. *Per rem Africanam, vel rem Syriacam,* intelligitur quædam univerſitas bonorum. Et deciditur, ob diffuſum Patrimonium, propter utilitatem moribus receptum eſſe, ut tutor iſti univerſitati dari poſſit.

Q. 10. An in Tutela Filiorum appellatione veniant Nepotes? i. e. an Tutor datus filiis cenſeatur & Nepotibus eſſe datus?

℞. MInime. *l.* 6. *D. de Teſtam. tut.* §. *fin. Inſt. eod.* Obſtat *l.* 84. *D. V. S. l.* 101. *l.* 220. §. 1. *D. eod. l.* 14. *D. ad Sctm. Macedon.* ℞. Filiorum nomine veniunt & Nepotes, ſc. cum eorum eadem eſt ratio. *D. l.* 84. & *d. l.* 14. adde *l.* 59. *D. de Rit. Nupt.* Vel cum veriſimilis eſt ſententia teſtatoris, vel contrahentis. *d. l.* 101. & 220. §. 1. At ſi diverſa juris ſit ratio, nego. *l.* 8. *in Princ. D. de*

excuſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

excuſ. tut. d. l. 6. Alia enim eſt adminiſtrat
Rerum quæ pertinent ad nepotes, quam quæ a
filios: cum illi non tantum à Parentibus prin
gradus habeant Patrimonium, ſed & aliud à r
motioribus Aſcendentibus. *l. 31. §. fin. D.*
excuſ. tut. Cum itaque duplici oneri hoc ca
tutor exponeretur, non videtur Avus, quem
amicitiâ filiorum tutorem ſcripſit, eundem n
potibus dare voluiſſe, Schotan. *in exam. Iuri*
ad tit. de Teſtam. tutel.

Q. 11. An Tutor datus filiabus cen ſeatur datus eſſe poſthumis filiabus?

℞. Aff. *l. 5. D. de Teſtam. tut. §. fin. In qui teſtam. tut. dar.* Obſtat *l. 15. fin. l. 17. D. de leg. 1. ubi Legatum* ſ
liabus relictum non pertinet ad poſthumas. ℞. Al
tutoris quam legati ratio eſt. 1. Quia per Leg
tum heredi quid adimitur. *l. 116. D. leg. 1.*
nil tutori decedit per tutoris dationem. 2. Qu
legatum ob meritum, vel ſingularem affecti
nem circà legatarium relinquitur. *l. 9. d. pro ſo*
At in tutelâ eadem circa totam poſteritatem
quæ habet eaſdem facultates, eſt affectio. A
cedit quod per tutelam conſulatur liberis, qui
ſua tueri nequeunt. *§. 1. Inſt. de Attil. tut.* Vi
Bronch. 3. *Cent. aſſert.* 18. Schot. *in exam. Iuri*
ad Tit. de Teſtam. tut. Vinn. *ad §. ult. Inſt. q*
teſtam. tut.

Q. 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An nomine poſthumorum veniant Nepotes?*

℟. DIſting. Vel poſthumorum nomen ſumitur ſtrictè, vel latè. Priori caſu, nego. *l. 3. Princ. §. 1. & §. 3. D. de Injuſt. nupt.* Poſteriori caſu, Affirmo. *l. 6. in fin. D. de Teſtam. tut. §. fin. Inſt. qui Teſtam. tut.* Hoc enim ſenſu Poſthumi dicuntur omnes illi qui poſt obitum relinquuntur, vel qui Belgicè (**Nakomelingen**) dicuntur. Vid. Bronch. 3. *cent. aſſert.* 18. Vinn. *ad d. §. fin. n.* 3.

Q. 13. *An Prioris Status mutatio ſit capitis Diminutio?*

℟. NEg. *Princ. Inſt. quib. mod. jus Patr. pot. ſolv.* ubi filiusf. morte Patris mutat Statum, fit enim ſui Juris. Obſtat *Princ. Inſt. de Capit. Dim. Eſt capitis diminutio (inquit Imp.) prioris Status mutatio.* ℟. Differt capitis diminutio à prioris ſtatus mutatione, ut ſpecies à genere. At ut genus de ſpecie, non ita è contra ſpecies (quia anguſtior eſt) de genere prædicatur. Rectè itaque capitis diminutio dicetur prioris ſtatus (*facto ſc. hominis interveniente, uti, emancipatione, deportatione, &c.*) mutatio. Et è contra. Mors verò ſemper ex divina diſpoſitione evenit. Gloſſ. *ad d. Princ. de capit. Dim. in verb. (mutatio.)* Schneid. *ibid. n.* 3. 4. *Caput* (quod notandum) ſumitur hoc loco civiliter, ſc. pro ſtatu ſeu condicione hominis.

§. 4. *Inſt. de capit. dimin.* non verò naturaliter: hoc enim modo ſervus caput habet. Vid. *l. quod attinet. D. R. I.*

Q. 14. *An tutoris datio in l. 6. §. 2. D de Tutel. rectè dicatur, neque Imperi[i] eſſe, neque Iuriſdictionis, ſed ei ſoli competere, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel Senatuſc. vel Princeps?*

℟. Aff. 1. Quia poteſtas dandi tutorem nemini competit jure magiſtratu[s] vel Imperii, ſed illi ſoli, cui lex eam detulit. Licet quis ergo habeat mixtum Imperium, aut Iuriſdictionem, non tamen idcircò tutorem dare poteſt. Nec enim ideò prætor da[t] tutorem, quia prætor eſt, ſed quia lex Attilia i[d] ei conceſſit. *Princ. tit. de Inſt. de Attil. tut.* 2. Quia & Patri privato, qui (ut talis) Iuriſdictionem non habet, jus dandi tutorem tribuitur. *Tot. tit. D. de Teſtam. tut. §. 3. Inſt. de tutel.* Cu[j]ac. 15. *obſ.* 19. Donell. 3. *comm.* 7. Vacon. [à] Vacun. 6. *declar.* 78. *& ſeq.* 1. obſtat §. 3. *Inſt de Attil. tut. l.* 1. *Princ. D. de adm. & peric. tut ubi tutores extra ordinem, captis pignoribus, tute[lam] injunctam ſuſcipere compelluntur. Ergo e[ſt] mixti Imperii. l. ult. §. 1. D. de offic. ejus cui mand eſt Iuriſdict.* 2. obſtat, *ſuſpecti tutoris cognitio e[ſt] juriſdictionis ordinariæ, & mandata Iuriſdiction[e] tranſit. l. 1. §. an autem. 4. D. de ſuſp. tut. l. 4 D. de offic. ejus cui mand. Ergo jus dandi tutori[s] ordinariæ Iuriſdictioni vindicandum videtur.* 3. ob-

ſta[t]

ſtat *l.* 1. *D. de Iuriſdict.* 4. obſtat, *Tutelæ datio poteſt mandari. l.* 16. 12. *D. de offic. Proconſ. ergo vel eſt Imperii mixti, vel Iuriſdictionis.* 5. obſtat §. *ſed hoc jure.* 4. *Inſt. de Attil. tut.* in verbis (*ſecundum ſuam Iuriſdictionem.*) ℞. ad 1. Neg. conſeq. Diſtinguendum itaque inter poteſtatem dandi, & dationis executionem, ſeu tutoris cogendi autoritatem. Illa à lege eſt. *d. l. 6.* §. 2. Hæc vero eſt mixti, non meri Imperii; cum non de delicto, ſed de bonis (directo ſc. ac principaliter) hac in re agatur. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de Iuriſdict.* Vid. Cujac. *7. obſ.* 17. ℞. ad 2. Neg. conſeq. Ad antecedens, id propter utilitatem pupillorum ſingulariter ſic placuit. Sicut & pro qualitate delicti, ſi quis ſuſpecti tutoris accuſationem mero Imperio adſcripſerit, haud errabit. §. *ſed ſi quis.* 10. *Inſt. de ſuſpect. tut. l.* 1. §. 7. *D. de offic. Præfect. urbi.* ℞. ad 3. Quoniam jus dicentis officium inter ſolius Iuriſdictionis, quæ Jure Magiſtratus competit, fines haud concluditur. *d. l.* 1. Hinc aſſertio noſtra per *d. l.* corroboratur. ℞. ad 4. Neg. conſeq. Ad antecedens; licet enim tutoris datio mandari poſſit, id tamen non fit vi mandatæ Juriſdictionis, ſed quia D. Marcus ſpecialiter hoc ei permiſſit. ℞. ad 5. d. verba territorium ſignificant, & limites Juriſdictionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 15. An Infans, (i. e. Pupillus ſeptennio minor l. ſi infanti. 18. C. de Iur. deliber.) Tutore auctore aliis obligari, vel alios ſibi obligare poſſit?

R/. UTrumque nego. *l. 9. D. de acquir. hered. l. 5. D. R. I.* Quia ejus eadem cum furioſo eſt ratio, *§. 30. Inſt. de inutil. ſtipul.* & actum rei non intelligit. *l. 3 C. de acq. poſſ.* Sed per omnia & in omnibus abſentis vel dormientis loco habetur. Arg. *l. 2 §. 3. furioſus. D. de Iur. codic.* Infans enim propter defectum judicii, voluntatis & conſenſus natura prohibetur, quo minus aliis obligetur. *l. 41 quod pupillus. D. de condict. indeb. l. 1. §. 12. furioſum. D. de oblig. & action. l. antepenult. D. eod* Ratio, quia in omnibus obligationibus requiritur conſenſus. *l. in omnibus, D. de obl. & act* & invitus nemo obligatur. *l. ſicut. C. eod. & l nec emere. C. de Iur. deliber.* Ceſſante ergò cauſa ceſſat effectus. At ſententia noſtra fallit. 1. Si agatur de eo quod ex ſolo facto dependet, ne nullo tractatu opus eſt. Sic e. g. recipere fideicommiſſariam hereditatem. *l. 65. §. 3. D. a Trebell.* & acquirere poſſeſſionem poteſt. *l. 32 §. 2. D. de acq. poſſ. l. 3. C. eod.* 2. Si Infans factus ſi locupletior. *l. 13. §. fin. junct. l. 14. D. de condict. Indeb.* 3. Si ex Re naſcatur actio. *l. 46. D de obl. & Act.* 4. Si agatur de caſu, quo alicui ignoranti quid acquiritur: ut ſi ſit *ſuus heres* qui ignorans etiam heres eſt. *§. ſui autem. Inſt de hered. quæ ab inteſt. defer.* Vid. *l. ſi à furioſo. 12*

D.

D. ſi cert. petat. Connan. *lib. 7. cap. 1. num. 14. in fin.*

Q. 16. *An idem ſtatuendum de Pupillo Infantiâ majore?*

℞. LIcet & hic non multum à furioſo diſtet, *§. 10. Inſtit. de Inutil. ſtipulat.* cum tamen ipſi ſemina creſcentis judicii inſint, atque ea, quæ ſine diſcurſu omnibus nota ſunt, principia intelligat, hinc defectus ille per Tutorem ex Juris benignitate ſuppletur, ut idem juris habeat, quod pubertati proximus. *l. quamvis. 32. §. 2. Infans. D. de acq. poſſeſſ.* Bartol. *in l. 1. §. adipiſcimur. n. 4.* & Jaſon. *n. 16. D. eod.* nec obſtat, *quod negotiis furioſi non accedere poßit curatoris authoritas, ut valeant: cum tamen furioſus æquè ut infantiæ proximus loquatur, & uterque nihil æque intelligat.* cum differentia ſit, 1. quod tutoris poteſtas circa jus perſonæ verſetur, & in perſonam jus habeat, unde defectus pupilli authoritate ſua ſupplere poteſt, ut ſc. pupilli perſona pro plena repræſentetur. *l. 32. §. 2. infans. D. de acq. poſſeſſ.* At curatoris officium tantum ad adminiſtrationem rerum pertinet. *§. item inviti. Inſt. de curat.* unde in contractibus non ſupplet curator perſonæ defectus. 2. Quod proximus infantiæ aliquo modo intelligit, quod agitur, at furioſus nihil omninò. At quod non eſt, illud nullo juris beneficio adjuvari poteſt. Unde ex prædictis alios ſibi obligare, aliis verò obligari non poteſt. Fund. ne, quod pro ipſo introductum eſt, adverſus eum torqueatur.

l. quod favore. C. de ll. l. plures. 18. *in fin. C. d* *Fid. Inſtrum.* At ut ſine tutore reddere condi tionem ſuam poſſit meliorem (quod fit dur alios ſibi obligat) favore pupilli eſt conſtitutun verum aliis obligari nequit, cum iſthoc caſu con ditionem ſuam (licet non actu, ſaltem potentiâ reddat deteriorem. *§. neque. Inſt. de author. tu* ut enim aliis poſſet obligari, nullum ejus com modum verſatur. Unde, ut quam plurimis i jure locis, quibus videtur deciſum, Impuberer majorem Infantiâ ſine tutore naturaliter obl gari, licet locupletior factus non ſit, occurra tur, tenendum eſt; ipſum, ratione ſuæ Perſonæ qua juris habetur ratio, & verus obligation ſtatus ſpectatur, ne naturaliter quidem obligar *l.* 41. *D. de condict. indeb. l.* 1. *§. fin. D. com mod. l.*13. *§.*29. *D. de act. empt. l.* 59. *D. de obli & Action.* At reſpectu alterius, qui obligatioi innectitur propter pupilli obligationem, vel qu teſtatoris voluntas jubentis, ut pupillus ſolva attenditur, rectè dicitur naturaliter obligai Vid. *l.* 3. *§.* 4. *d. de neg. geſt. l.* 35. *d. de Recep Arbitr. l. fin. Princ. d. de Iurejur. l.* 21. *d. l. Falcid. l.* 64. *d. ad SCtm. Trebell. l.* 25. *§.* 1. *quand dies legat.* Arg. *l.* 43. *d. de O. & A. l.* 12 *D. V. O. l.* 1. *in fin. d. de novat. l.* 95. *§.* 7. *d. ſolut.* At cum conſenſus ejus qui pubertati pr ximus eſt multis fraudibus ac captionibus expoſitus, is ſine tutoris authoritate ſe efficac ter obligare lege prohibetur. *Princ. Inſt. de aut tut.* factus verò locupletior ex negotio quo geſſit, & naturaliter obligatur. per *l.* 5. *ver naturaliter. d. eod.* & civiliter, ex reſcripto

Divi Pii, tenetur. *d. l. 5. §. 7.* & efficaciter (licet non directò) ſaltem utiliter, conveniri poteſt.

Q. 17. Annon hoc pugnat cum Iuſtitiæ Principiis, quod in detrimentum alterius, non in ſuum, Impubes dicatur obligari?

℟. MInimè. 1. Quia qui ſe immiſcet Impuberis obligationi, is id ſibi imputare debet. Huc pertinet *l. 19. d. de Reg. Iur.* 2. Quia non tam verè accedere, quam ſe principaliter obligare, ſuumque profundere videtur: cum ſcit, vel ſcire debet hujuſmodi pupillos obligari non poſſe. *§. 3. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* Arg. *l. 48. d. de fidejuſſ.* Obſtat *l. 74. D. R. I.* ℟. nemini per alterum iniqua conditio infertur, ſed per factum proprium, uti demonſtratum eſt.

Q. 18. An tutoris autoritas ante negotium geſtum interpoſita valeat?

℟. MInimè. Sed in ipſo negotio præſens author fieri debet. *l. 9. §. 5. d. de auth. tut.* i. e. ut vel pupillus præſente ab initio tutore nihil geſſerit, vel eo abſente ante quidem gerere inceperit, ſed à tutore ſuperveniente quod agebatur approbatum ſit. Sive quod tutor ſuperveniens dum de negotio tractabatur illud confirmaverit. Unde, ſi pupillus ſolus quid geſſerit, licet, poſtea conſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tiente tutore, perinde tamen id habendum; ac ſi nullam autoritatem interpoſuiſſet. Cum enim pupillus per ſe contrahere nequit. *l. pupillus. D. R. I.* Contractus (ut nullus) à tutore etiam poſteà non poterit firmari. Obſtat *l. 9. §. fin. d. de auth. tut.* ℞. ut contrahentes præſentes ſint, non requiritur. At ut tutor Pupillo, dum vel cum præſente, vel cum abſente tractat, adſit; neceſſarium eſt. Hiſce obſervatis, nulla difficultas in explananda *l. ſi quis. 25. juſſum. 4. d. de acq. hered.* ſupereſt.

Q. 19. *An minima capitis diminutio tollat tutelam legitimam?*

℞. Aff. *§. 4. Inſt. quib. mod. tut. fin.* Obſtat *l. Tutelas. 7. in Princ. verb.* (vel ex lege) *D. de capit. minut.* ℞. per minimam capitis diminutionem perimitur tutela legitima, quæ ſc. lege 12. tabul. proximis Agnatis defertur. *d. l. 7. verſic. ſed legitimæ tutelæ.* Non verò ea quæ nova aliqua lege, vel Sctc delata eſt. *d. l. verb. (vel ex lege.)* Vid. Treutl *diſput. 8. theſ. 7.* Bacchov. *ad d. tit. de cap. minut.* Diſſent. Donell. 3. *comm.* 4.

Q. 20. *An Transfuga deſinat eſſe tutor?*

℞. Aff. 1. Quia media capitis diminutione tutela finitur. *§. 4. Inſt. quib mod. tutel. fin.* At transfuga patitur me-

mediam capitis diminutionem. *l. 5. §. 1. d. de capit. minut.* 2. Quia transfuga, licet ſervus hoſtium non fiat, ad ſuos revertens Poſtliminium tamen non habet, eò quod hoſtium numero habeatur. *l. 19. §. 4. & 7. d. de captiv. & Poſtlim. reverſ.* Donell. 3. *Comm.* 14. Arum. *Exercit.* 3. *theſ.* 11. Sibi contrarius *diſput.* 16. *ad Pand. theſ.* 3. Obſtat *l. 15. d. de Tutel.* ℞. Cum D. Wiſſenb. *Part. 1. diſput.* 50. *ad digeſta theſ.* 5. verba *d. l. (aut transfugerit)* imprudenti Icto excidiſſe. Ut & hujuſmodi lapſus μνημονικοὶ in Jure alibi occurrunt. Sic idem Ulpianus *in l. 3. §. ſi liber. 5. d. de condict. cauſ. dat.* Domitiam vocat Neronis *filiam*, quæ tamen ejus *Amita* fuit, ut ex Dione in Nerone, & ex Tacito *lib. 13. annal.* eſt manifeſtum. Hujus enim hæc ſunt verba: *Hæc Iturius & Calviſius Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt: nec multò poſt ereptus amitæ libertus Paris, quaſi jure civili.* adde Alciat. 5. Παρέργων. c. 17. & Cujac. 18. *obſ.* 23.

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

Sexta,

Ad Tit. 23. 24. & ſeq. Lib. 1. Inſtit.

Q. 1. An Minor à lege Curatorem habeat?

Rꝶ. MInimè. Fund. cum enim ipſe petere poſſit curatorem. *l. 1. §. 4. 5 d. qui pet. tut.* ſequitur, electum à minore non eſſe audiendum ſi excipiat, eſſe ex proximioribus, qui adminiſtrationi ſunt idonei. 1. obſtat, *quod & minori hereditas pertineat ad proximiores.* 2. obſtat, *quod nulla lege expreſſè id negetur.* Rꝶ. ad 1. Ab hereditate ad tutelam procedit Regula, non verò ad curam. Quia non neceſſario minoris hereditatem conſequitur proximus, cum minor per teſtamentum bona ſua ad alios transferre poſſit *l. 5. D. qui teſtam. fac. poſſ.* Rꝶ. ad 2. Sufficit ſententia & juſta ratio. *l. ſcire leges. 17. d. de legib. l. 6. §. 1. D. V. S.* Nota; eos, qui teſtamento minoribus ſunt conſtituti curatores, de Jure civili eſſe confirmandos. *l. 7. d. de Teſtam. tut. l. 1. in fin. d. de confirm. tut. Moribus verò cum Tutorum & Curatorum nomina & Iura promiſcu[e] ſuman[tur]*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſumantur, ut Iure civili Tutores, ita & moribus curatores teſtamento dari poſſunt, qui, donec pupilli viginti quinque annorum ætatem exceſſerint, eorum rebus præeſſe coguntur. Non enim pubertate, ut olim, tutela finitur. At mente captis, Furioſis, ſi majores ſint, legitimi ſolent eſſe curatores. Vid. *l. 1. §. 1. d. de curat. fur.* Prodigis verò datur curator. *l. 1. d. eod. junct. l. 12. §. 2. d. de tut. & curat. dat. §. 2. Inſt. de curat.* 1. Quia cum interdictio fiat à magiſtratu, ex conſequentia ejus ab eodem etiam dari debet curator. 2. Quia id, ut vexationibus, quas inferunt prodigi amicis ſuis, occurratur, ita conſtitutum videtur. Arg. *d. l. 1. §. 1.* Nec obſtat *l. 40. D. R. I. ubi furioſis aſſimilantur.* Quia id tantum, quoad teſtamenti factionem, & contractus celebrandos, quatenus ſc. ſibi nocent, procedit. Sunt præterea aliqui, qui officio aliquo perpetuo corporis impediti rebus ſuis gerendis non ſufficiunt, ut ſunt muti, ſurdi, vel cæci naturâ. Et hiſce etiam à magiſtratu dandus eſt curator. *l. 12. d. de tut. & cur. dat. l. 2. d. de cur. fur.* At qui judicio valent, licet propter adverſam valetudinem rebus ſuis ipſi ſupereſſe non poſſint, conſtituunt procuratorem.

Q. 2. An minor invitus cogatur accipere curatorem qui ipſi obtruditur?

℞. NEg. *§. 2. Inſt. de curat.* ſed ſibi dari curatorem ipſe petere poteſt. *l. 2. §. 4. qui pet. tut.* At aſſertio procedit, niſi res minorum id exigat. *l. 6. C. eod.* Junct. *l. 12. §. 2. d. de tut. & Curat. dat.* 1. obſtat *l. 1. §.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

fin. d. de minor. ℞. non eſt minoribus adminiſtratio committenda, ſi res ipſorum id exigat. 2. obſtat *l. 5. §. 5. l. 33. D. de adm. tut.* ℞. ex d. legibus duntaxat colligitur, minores admonendos eſſe, ut ſibi eligant curatores, vel non aliter impunè tutores, (ſi ſub tutela minores fuerint) depoſituros officium, quam datis curatoribus. *At moribus indiſtinctè adoleſcentes curatores accipiunt.* Zypæ. *Notit. Iur. Belg. de Tutor. in verſ. invitis.* Chriſtin. 3. *volum. deciſ.* 148. *n.* 13. 14. Vinn. *ad* §. 2. *Inſt. de curat.*

Q. 3. An id quod pupillari vel minoris pecunia à Tutore vel curatore emptum eſt, ſit in dominio pupilli vel minoris, ità ut à Tutore vel curatore poſſit utiliter vindicare?

℞. Aff. Licet tutor vel curator *ſuo nomine* emerit. *l. 2. D. quand. ex fact. tut. l. 3. C. arbitr. tut.* Vid. Salycet. *in l. ſi ut proponis. C. de Rei vindic.* Cravett. 2. *volum. conſil.* 286. Joh. Sichard. *ad l. 12. C. de Iur. dot. n. 7.* Cum enim ex officii neceſſitate pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum collocare teneatur, eoque prætermiſſo culpâ non careat. *l. ita autem. 5. in Princ. D. de admin. tut.* Et legibus interdictum ſit, ne pecuniam pupilli in propriam utilitatem tutor convertat. *l. Lucius Titius. 46. §. Tutorem. 2. D. de admin. tut.* Hinc præſumitur, eum in utilitatem potius pupilli, quam in proprium commodum comparare

rare voluiſſe. Arg. *l. meritò.* 51. *D. pro ſoc.* adde Bartol. *in l. Titium. §. altero. D. de admi. tut.* 1. obſtat *l.* 7. *D. qui potior. ibi tacitæ Hypothecæ privilegium pupillo indulgetur. At Hypotheca conſiſtere nequit in re alicui propria. l.* 45. *D. R. I.* 2. obſtat, *quod res pecunia aliena empta fiat ejus, qui eam ſuo nomine emit. l.* 5. *§. planè. D. de trib. act. l.* 3. *C. pro ſoc. nec domino pecuniæ inde quicquam acquiritur. l. ſi ex ea.* 6. *C. de Rei. vindic.* ℞. ad 1. noſtro caſu Hypotheca & Dominium non ſimul, ſed alternativè concurrunt, ita ut uno electo alterum tollatur: unde dicendum, non ſimpliciter rem pupilli fieri, ſed ita demum, ſi velit. Ut proinde pupillus Rem vindicare, aut pignoris Jus perſequi poſſit. Cum res pupillari pecuniâ à quocunque empta pupillo tacitè ſit obligata. *d. l.* 7. *l.* 3. *D. de Reb. eor. qui ſub tut. vel curat. ſunt.* ℞. ad 2. propter neceſſitatem officii diverſum in tutore aut curatore placuit.

Q. 4. An beneficium Ordinis ſeu excuſſionis competat tutoribus?

℞. DIſting. Vel tutela inter tutores non eſt diviſa, vel facta eſt diviſio. Priori caſu, ſive omnes adminiſtraverint, ſive nullus, Aff. *l.* 2. *C. de div. tut.* Ratio, quia ſunt in Pari culpa. Cum enim omnes in ſolidum obligati ſint, & inter eos periculum ſit commune, ſequitur, & alterum ex facto alterius ipſo jure tenêri. Poſteriori caſu ſubdiſtinguo: vel tutela à Teſtatore vel à Judice inter tutores fuit diviſa, vel ab ipſis tutoribus, Illo caſu cum alter

alter ex facto alterius non teneatur, ſive ſol vendo fuerit, ſive non. *d. l.* 2. etiam ordinis beneficio opus non habent. Hoc verò caſu illud beneficium locum habet: cum enim qui non ex proprio, ſed contutoris facto convenitur rectè eò rem deducere poterit, ut contutor, de cujus facto quæritur (ſc. ſi ſolvendo fuerit) ab actore prius conveniatur & excuſſus ſit. *d. l ult. C. eod. l. ult. C. ſi tut. vel curat. non geſſer.* Schneid. *ad §. ſed ſi ex teſtamento.* 1.*n.*11.*Inſt. de ſatiſdat. tut.* Carpzov. *Part.* 2. *conſt.* 11. *Iuriſprud. Forenſ. Romano-Sax. def.* 36.

Q. 5. An Debitor vel creditor ab adminiſtratione tutelæ vel curæ jure repellatur?

℟. Aff. *Auth. minoris debitor. C. qui tutor. aut curat. dar. Nov.* 72. Eſt enim veriſimile, debitorem aut creditorem pupilli utilitates ſuas pupillaribus eſſe præpoſiturum. At aſſertio fallit. 1. ſi tutor vel curator debitum vel creditum manifeſtaverit, atque magiſtratus, eo non obſtante, fidem ejus approbando ipſi adminiſtrationem demandaverit. 2. Si conſtitutus ſit teſtamento, eumque defunctus noverit debitorem aut creditorem ſuum, tunc enim ipſe dati fidem approbaſſe videtur: ſecus verò, ſi id teſtator ignoraverit. Arg. *l. mater decedens. D. de inoffic. teſtam.* Gutierrez *de tut. Part.* 1. *cap.* 20. *num.* 6. Ant. Fab. *in Cod. lib.* 5. *tit.* 20. *def.* 1. *n.* 2. 3. 4. 4. Fallit conſtitutio Juſtinianea in debito quod ex arbitrio judicis modi-

modicum cenſetur, niſi ante delatam tutelam ſuper eo lis magna orta eſſet inter partes. Gutierrez *d. loc. n.* 13.

Q. 6. An ſatiſdatio tutorum vel curatorum pignoribus datis expediri poſſit?

℞. Minime. 1. Quia omnis ſtipulatio prætoria, quæ ſatiſdationem requirit, tantum ſe refert ad fidejuſſores. *l. 7. D. de Prætor. ſtipulat. l. 1. D. qui ſatiſd. cogunt.* 2. Quia apud Judicem ſatiſdationes præſtantur, ad quam arca cum argento non adducitur, ſed fidejuſſor. *l. 1. C. de procurat.* 3. Quia facilius eſt, fidejuſſores convenire, quam pignora diſtrahere. Vid. *l. ult. C. de Iur. dom. Impetr.* 1. obſtat *l. 21. §. 2. D. de conſtitut. pecun. ibi & pignoribus datis ſatiſdatio facta cenſetur.* 2. obſtat *l. 61. D. verb. ſignif.* 3. obſtat *d. l. 1. D. qui ſatiſd. cog. junct. l. 25. D. de Reg. Iur.* ℞. ad 1. ibi non de ſatiſdatione agitur. Deinde, in contractibus qui promiſit ſe ſatiſdaturum, ſatisfacit, ſi pignora idonea vel fidejuſſores præſtet. ℞. ad 2. Ibi pars adverſa conſenſit; At eo caſu vel ſola repromiſſio pro ſatiſdatione erit. ℞. ad 3. Si non eſt ſatiſdatio prætoria, nec contractus de ſatiſdando, nec partium conſenſus, tunc eligendum illud eſt, quod utilius eſt ei, à quo ſatiſdatio præſtari debet, i. e. ut caveat vel *Reis*, vel *Rebus*, ſive pignoribus. In dubio enim ſemper Reo favêre oportet, inprimis, ſi inde nil damni ad actorem perventu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

rum eſt. Forſter. *diſput.* 5. *theſ.* 5. Schotan. *in Exam. Iurid. ad tit. D. qui ſatiſdar. cog.*

Q. 7. *An & Magiſtratus de Jure civili utili actione tutelæ teneatur?*

℟. Aff. *l. ult. D. de Magiſtr. conven. l.* 1. *§. Pen. D. eod. l.* 5. *C. eod. §.* 2. *Inſt. de ſatiſdat. tut. vel curat.* 1. obſtat, *Quod actio tutelæ deſcendat ex quaſi contractu. l.* 5. *§. tutelæ. D. de oblig. & act.* 2. obſtat, *Quod qui non adminiſtravit, nec adminiſtrare tutelam debuit, actione tutelæ, licet utili, conveniri nequeat.* ℟. ad 1. Utilis actio tutelæ ex Scto adverſus alias perſonas, quam adverſus tutorem dari debuit. *d. l.* 5. *C.* unde & adverſus magiſtratus datur, qui vel à tutoribus ſatiſdari non curaſſent, vel non curaſſent idoneè. ℟. ad 2. Id conſtat ex inſufficienti partium enumeratione, addenda enim erat hæc: *neque ſatiſdationem idoneam exigere neceſſe habuit.* Ita enim ſi formetur propoſitio, falſo aſſumetur. Cum verò moribus noſtris non incumbat magiſtratui à tutoribus ſatiſdationem exigendi neceſſitas, hinc ſi exegerit non idoneam, actione ſubſidiariâ eum non teneri, tradit Groenew. *de ll. abrogat. ad §. ult. Inſt. de ſatiſd. tut.* Niſi dolus arguatur, aut conſuetudine, vel Privilegio jus ſcriptum obtineat.

Q. 8.

Q. 8. *An tutela rectè dicatur Munus publicum in Princ. Inſt. de excuſat. tut.?*

℞. Aff. Vid. & *l. 9. D. de his qui ſunt ſui vel. alien. Iur.* Senſus eſt, quod à legibus tutela deferatur etiam invitis, & non à privatorum hominum poteſtate & arbitrio dependeat. Eſt igitur tutela munus *authoritate* ſc. publicum, *utilitate* verò privatum. Schneidw. *ad Princ. Inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ. n.* 2. Arum. *exercit.* 3. *theſ.* 19. 1. obſtat, *Quod Reipub. interſit, tutelam rectè adminiſtrari.* 2. obſtat *l. 6. §. 15. D. de excuſ. tut. ubi negatur tutela eſſe munus Reipub.* 3. obſtat *d. l. 9. D. de his qui ſunt ſui vel alien. Iur. ex quâ idem in adminiſtratione tutelæ, quod in officio magiſtratus eſſe videtur.* 4. obſtat *l. 15. §. 12. l. 17. §. 3. D. de excuſat.* ℞. ad 1. Non reſpectu objecti proximi, (de quo nos) ſed intuitu finis extremi, tutelæ adminiſtratio ad commodum Reipub. ſpectat. ℞. ad 2. Tutela non dicitur *munus publicum*, ſc. quod in eo foret adminiſtratio Reipub. ſed quod autoritate publicâ invitis imponatur, uti dictum eſt. ℞. ad 3. Collatio ibi inſtituta eſt ſecundum quæſtionem, quâ quæritur, *Quandò filiusf. pro patref. habetur?* ℞. ad 4. Favore tutelæ receptum eſt, ut immunis à publicis muneribus æque tutelæ operam impendere neceſſe habeat. Breviter itaque obſervandum, *Publicum* bifariam accipitur. 1. Pro eo quod ad adminiſtrationem Reipub. pertinet, & ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſic Tutela non eſt munus publicum. 2. Pro e
quod à legum, non hominum arbitrio pendet, &
hoc ſenſu tutela publicum munus eſt.

Q. 9. *An ſeptuagenario major ſit excuſandus à Tutelâ?*

℟. Aff. *§. item major*, 13. *Inſt. de excuſa. l. 2. D. eod.* Verum hoc tempus naturaliter, ſive à momento ad momentum, eſt computandum. Nec enim dies cæptus in hoc negotio habêtur pro completo. Unde qui diem anni 70. ſupremum attigit, eo di tutor datus non excuſatur. *l. 3. D. de Iur. Immun. d. l. 2.* & ibi Cujac. Sande 2. *deciſ. Friſi.* 9. *def.* 5. 1. obſtat *l. 3. C. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ.* 2. obſtat *l. 2. §. 1. D. de vacat. & excuſ. mun.* 3. obſtat *l. 2. §. fin. D. de decur.* ℟. ad 1. Ibi per munera perſonalia intelliguntur honores, ac munera honoribus cohærentia. ℟. ad 2. Ibi non agitur de muneribus civilibus & publicis, ut eſt tutela. ℟. ad 3. Et ibi tractatur de Decurionatu, ſive de munere & adminiſtratione civitatis.

Q. 10. *An à nominatione & tutelæ delatione poſſit appellari?*

℟. Minimè. *§. 16. Inſt. de excuſat. l. 13. D. eod. l. 1. §. 1. D. quand. appell.* At hoc ſine dubio procedit in tutore teſtamentario & legitimo. Fund. quia non

appel

appellatur niſi à ſententia. *d. l.* 1. verum qui cauſa cognita datus eſt à magiſtratu, is ab eâ datione appellare, vel ſaltem cauſas excuſandi coram eo allegare poteſt, quæ ſi rejectæ fuerint, ab hoc gravamine appellare ei erit permiſſum. Vid. Donell. 3. *comm. c.* 9. Duaren. *c.* 1. *in fin. de excuſat.* Wiſſenbach. *part.* 1. *diſputat. ad Pandect.* 52. *theſ.* 15.

Q. 11. *An & Legitimi Tutores ſe poſſint excuſare?*

℟. Aff. 1. per §. 16. *qui autem. Inſt. de excuſat.* in verbis (*qualitercunque dati fuerint tutores.*) At & legitimi dantur à lege. *l.* 5. *D. de excuſat. in Princ.* 2. Per *l. frater. C. eod. l.* 1. *&* 4. *C. de legit. tut.* 1. obſtat, *Quod legitimi tutores non dentur*, *l.* 1. *in Princ. D. de legit. tut.* 2. obſtat, *Quod ipſo jure tutores exiſtant. in Princ. Inſt. de legit. tut. l.* 73. *D. R. I.* ℟. ad 1. Licet legitimi à nullo homine (ſive is teſtator, ſive magiſtratus fuerit) dentur, lex tamen illos facit, & ſic à lege dantur. *d. l.* 5. ℟. ad 2. Licet tutela deferatur ex conſequentiâ ſucceſſionis, id tamen ſic limitandum, ut qui futurus eſt heres ſubeat & onus tutelæ, niſi juſtam cauſam ſe excuſandi habeat: Quid enim utilitatis ad pupillum, ſi tutor fortaſſe minus idoneus ſit, aut oneri ferendo impar? Unde argumentatio ab impoſſibilitate repudiandæ hereditatis, eò quod ſui heredes ipſo jure tales ſint, non arguit neceſſitatem ſuſtinendi tutelam, reſpectu ſc. legitimorum, eò quod & ipſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ipſi tutores fiant. Licet enim & ſui, & tutores legitimi, lege 12. tabular. illud nomen ipſo jure habeant, non tamen in omnibus conveniunt. Sui enim heredes propter continuationem dominii neceſſariò hereditatem adire compellebantur: At legitimi haud aliter, quam ſi habiles & apti deprehenderentur, & juſtam excuſationis cauſam non haberent.

Q. 12. *An Tutor vel Curator regulariter tantum de levi culpâ teneatur?*

℞. Aff. *l. 7. D. arbitr. tut. l. 23. D. R. I.* 1. obſtat *l. 2. C. Arbitr. tut. l. 7. §. 2. D. de Adm. tut. ubi latæ culpæ mentio injicitur.* 2. obſtat *Arg. §. 1. in fin. Inſt. de oblig. ex quaſi contract. & maximè pupillo eſt conſulendum. ergò de leviſſimâ.* ℞. ad 1. *in d. l. 2.* agitur de caſu ſpeciali, ſc. de nomine quod Pater contraxerat, quo caſu non facilè quid tutori imputari poteſt. Uti & *in D. l. 7. §. 2.* Cum tractetur de pecuniâ collata in emptionem prædiorum, quod lex tutori impoſuit, ſequitur, & ei ſubveniendum eſſe, ſi paulò levius hoc perfecerit. ℞. ad 2. *in d. §. 1.* agitur de negotiorum geſtore, cujus officium eſt voluntarium. *l. 20. C. de negot. geſt.* cum tutoris officium planè ſit neceſſarium. Deinde, conſulendum eſt pupillo, ſic nimirum, ne contingat interim tutori officium ſuum eſſe damnoſum.

Q. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 13. An quis removeri poſſit, ut ſuſpectus, ob crimen commiſſum antequam tutor eſſet?

℟. NEgo. *l. tutor.* 3. §. *nunc videamus.* 5. *verſic. quod ſi quid amiſit.* D. *de ſuſpect. tut.* Obſtat §. 5. *ſuſpectus. Inſt. eod.* ℟. *in d.* §. tractatur de delicto à tutore jam deſignato, ſed nondum adminiſtrante, commiſſo. At in *d. l.* 3. §. 5. non is deliquerat qui tutor erat, ſed qui poſt crimen perpetratum tutor demum factus eſt.

Q. 14. An Tutor vel Curator ſuſpectus, ob latam culpam remotus, fiat Infamis?

℟. MInimè. §. 6. *Inſtit. de ſuſpect. tut. l.* 3 §. *fin. l.* 4. D. *l. ult.* C. *eod.* accedit, quod & alias odioſa reſtringi, & favorabilia extendi expediat. *C. odia de Reg. Iur. in* 6. atque in dubio benignior interpretatio accipienda eſt. *l.* 18. *&* *ſeqq.* D. *de legib.* Weſenb. Schneidw. Vultej. *ad* D. §. 6. 1. obſtat, *Quod dolo lata culpa æquiparetur. l. quod Nerva* D. *depoſit. l. magna* 226. D. *V. S.* 2. obſtat *l.* 7. §. 1. D. *de ſuſpect. tut. ibi, ſi fraus non ſit admiſſa, ſed lata negligentia, quia iſta propè fraudem accedit (ait Ulpianus) removeri hunc, quaſi ſuſpectum oportet.* ℟. ad 1. Id procedit in contracti-

tractibus, cum de damno reſarciendo agitur, a
non in odioſis, ut ſunt cauſæ famoſæ & capi
tales. *l. 7. D. ad l. Cornel. de Sicar.* Deinde
in famoſis verus dolus requiritur. *l. fin. C. d*
probat. at lata culpa dolus eſt præſumptus
DD. *ad d. §. 6.* R℞. ad 2. Id, ratione remo
tionis, non autem infamiæ, eſt intelliger
dum. At obiter hoc loco notandum; cum ſo
mores tutorem reddant ſuſpectum, *l. 8. I*
de ſuſpect. tut. §. ult. Inſtit. eod. Pauperem
fidelem tamen & diligentem, haudquaquar
removendum eſſe, tanquam ſuſpectum: Se
cum inopia ſit impedimento, quò minus ſe
cundum præceptum judicis ſatiſdet, à tu
telâ, tanquam minus idoneus, repelletur. *l. 2*
C. de Tutor. vel Curator. qui ſatis non dede
Cum enim de fide hominis tractatur, eju
fortuna non eſt culpanda: nec enim inopi
rei familiaris obſtat, quo minus quis ſit bo
nus paterfam. atque frugi rerum diſpenſa
tor. *Unde & Moribus, talis pauper non à tu*
tela, ſed à Rerum adminiſtratione ſolet arcer
Vid. Zypæ. *Notit. Iur. Belg. de Tutor. i*
verſic. non omnes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 15. *An Pupilli educatio Matri, quæ Vitricum liberis ſuperinduxit, ſit committenda?*

R/. LIcet nulli magis pupillorum educatio ſit concedenda, quam matri, odio tamen ſecundarum nuptiarum, ut quæ raró ſecundæ præſumuntur de Jure ivili, apud matrem filius educandus non ſt. *l* I. *C. ubi pupill. educar. deb. Novell.* 22. :. 38. At de Jure-Saxon. licet non tam exoſa int ſecunda vota, ex ratione tamen ſuſpicio-is & affectionis, quâ utplurimum mulieres rgà ſecundos maritos ſunt animatæ, matri li-erorum prioris matrimonii denegatur educa-io. Vid. quæ tradunt Weſenb. *in paratitl. D. bi pupill. educar. n.* 2. *Benedict. Carpzov. Iuriſ-rud. Forenſ. Romano-Saxon. Part.* 2. *conſt.* 11. *efinit.* 42. Præſumitur enim hoc caſu mater inori dilectione liberos ex prædefuncto ma-ito ſuſceptos proſequi. *l. generaliter.* 5. *§.* 1. *. de ſecund. Nupt.* Et cum fæminæ non ſolum es liberorum, ſed & vitam addicant novis ma-tis, ſubeſt periculum, ne vitricus, qui privi-nos ſuos odiſſe præſumitur, quoque eorum itæ inſidietur. *l. lex quæ tutores.* 22. *C. de ad-in. tutor.* Verum non ſemper à curâ educa-onis mater hoc caſu arcenda eſt. Si enim vi-icus ſit honeſtæ famæ, & integræ vitæ, ullisque ſuſpicionibus obnoxius, &c. magi-ratus non modo hanc provinciam matri com-ittere, *d. l.* 1. *C. & l.* 1. *D. eod.* ſed & ipſum vitricum

vitricum tutorem pupillo decernere poteſt. p
l. 32. *§.* 1. *D. de Adopt. l. ult. C. de contrar. Iud.*
tut. & ibi Gothofr. Cujac. lib. 6. obſ. 29. A-
ton. Fab. *lib.* 5. *Cod. tit.* 30. *def.* 1. *n.* 4. *&*
At cum moribus noſtris ſecunda vota ab iſth
odio ſint aliena, neque tetrica & funeſta ia
præſumptio locum habeat, ideoque (niſi g-
viſſimæ ſubſint cauſæ) educatio pupilli ap
matrem reiterantem nuptias rectè relinquit
Zypæ. *Notit. Iur. Belg. de ſecund. nupt. in f.*
Ann. Robert. *Rer. Iudic. lib.* 1. *c.* 8. Perez. *ad*
Cod. ubi pupill. educar. deb. Cum enim ſecund
nuptias, exemplo Abrahami poſt mortem Sa
ducentis Ceturam, Deus approbaverit. *Gen.* 2.
verſ. 1. Atque & Apoſtolus viduæ Juvenc-
læ repetitionem matrimonii commendaver.
1. *Tim.* 5. *verſ.* 14. adde *Rom.* 7. *verſ.* 1. 2.
1. *Corinth.* 7. *verſ.* 9. *&* 39. Contrà rationi
nuptiæ iteratæ infeſtæ habentur. Et cum,
fæminæ univiræ ſint, aut ad evitandam in
miam & invidiam ſeſe juxta ſepulchra marit
rum laqueis induant (ut olim apud *Erulos*, te
Procop. lib. 2.) hodie non ſit neceſſe, uno n
contentas matrimonio ad *Aram Pudicitiæ* (
extaret) aliter atque apud antiquiſſimos Rom
nos, etiam jus ſacrificandi habituras eſſe co
ſido.

EXER

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

SEPTIMA,

Ad Tit. 1. & 2. Lib. 2. Inſtit.

Q. 1. Cum Rerum vocabulum ſit πολύσημον, *quid earum nomine in Princ. h. t. 1. intelligatur?*

R. CUM D. Schneidw. & Vinn. *ad d. Princ.* omne illud quod eſt extra perſonam & actiones, quod homini uſui aut commodo eſſe poteſt. *Res* enim eſt terminus tranſcendens, atque omne, ſive illud ſit divini, ſive humani juris, ſive publici, ſive privati, ſive corporale, ſive incorporale (ut ſunt ſervitutes, delicta, aliaque Jura) ſive Dominium, ſive obligatio, ſive contractus, ſive nomen debitoris, ſub ſe comprehendit. Adeoque & homines ſuo ambitu complectitur. *l. omnia.* 32. *§.* 2. *cum ita legatur. D. de leg.* 2. Obſtat, *Quod ſervi pertineant ad primum Iuris objectum. §. ult. Inſt. de Iur. Nat. Gent. junct. tit. ſeq.* R. Servus biſariam in Jure conſideratur, vel quà res quæ eſt in dominio & commercio noſtro; vel quà perſona. i. e. *e. gr.* quà cognatus dicitur, vel liber

fieri, heres inſtitui, vel contrahere poteſt, &c. Priori modo, pertinet ad res, ſive ad ſecundum Juris objectum: Unde & cæteris rebus noſtris atque quadrupedibus eum Ic. exæquavit. *l.* 2 §. 2. *D. ad l. Aquil.* Poſteriori modo, ad jus perſonarum, ſive primum Juris objectum ſpectat.

Q. 2. An ſervitutes conſtituant tertium genus rerum, quæ ſc. neque in patrimonio, neque extrà patrimonium habentur?

℟. MInimè. Sed in dominio ſive in patrimonio noſtro ſunt. 1. Quia in ſecuritatem ejus quod debetur pignori obligantur. *l.* 12. *D. de Pignor.* 2. Quia patrimonium, ſive bona noſtra augêre dicuntur *l.* 5. §. 9. *D. de oper. nov. nunc.* 3. Quia earum nomine agendo & excipiendo experiri licet *l. rem in bonis.* 52. *D. de acq. rer. domin. l.* 49. *D V. S.* §. *æque.* 2. *Inſt. de action.* 4. Quia ſervitutes per fraudem non utendo amiſſæ actione Pauliana revocantur. *l.* 3. *& ſeq. D. quæ in fraud. credit.* At hoc edictum ad illos pertinet ſolum qui in fraudem creditorum bona ſua diminuerunt. *l.* 6. *D. eod.* Obſtat *l.* 1. *D. de uſu & uſufr. leg. in verbis (quia id neque ex bonis, neque extr. bona ſit.)* ℟. Servitutes vel abſolutè, ſimpliciter, ſine ſubjecto, ſive per ſe conſiderantur (prout ſc. ſunt qualitates ſive accidentia) vel ratione prædiorum quibus inhærent. Priori modo, non ſunt in bonis. §. *ideo.* 3. *Inſt. de ſervit.*

Præd.

Præd. l. 86. D. V. S. Poſteriori, extra bona non ſunt. At hoc modo ſervitutes in quæſt. accipiuntur. Deinde notandum, Ic. *in d. l.* 1. non de Jure alicui jam conſtituto & quæſito, ſed ex ſubtilitate Juris diſputare de ſervitute alicui demum conſtituendâ & quærendâ. Schneidw. *ad Princ. Inſt. de Rer. diviſ. n.* 4. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de Rer. diviſ.* adde Gæd. *in l.* 49. *n.* 15. *D. de verb. ſign.* Gothofr. *ad d. l.* 1. & latius Clariſſimum Vinn. *ad d. Princ. n.* 1. *An ergò & rerum incorporalium verum ſit dominium, opportunè hic quæritur?* At licet celeberrimis Doctorum negativa arrideat, per leges & rationes tamen ſuprà allegatas affirmare lubet. 1. obſtat *l.* 2. *§.* 7. *D. de Religioſ.* 2. obſtat *l.* 43. *ſervus. §.* 1. *incorporales res. junct. l.* 20. *C. de Pact. ubi traditione dominium acquiritur.* 3. obſtat, *Quod dominium rerum ex naturali poſſeſſione, ſive occupatione, cœperit. l.* 1. *§.* 1. *D. de acq. poſſeſſ. at ſervitutum, aut aliarum rerum incorporalium nulla naturalis aut corporalis eſt poſſeßio. l.* 14. *D. de ſervitut.* ℞. ad 1. Ibi intelligitur *proprietas* ipſius ſc. prædii, non uſufructus. Non enim uſufructuarius rei fructuariæ, ut juris utendi fruendi dominus eſt. *l.* 9. *C. de uſufr.* ℞. ad 2. Licet res incorporales actualem traditionem (quæ ipſo corpore fit) nec uſucapionem recipiant, cum tamen patientia, vel traditio inſtrumenti in illis vice traditionis fungatur, rectè illæ res, tanquam traditæ, dominio noſtro ſubjiciuntur. *ad D. l.* 20. quod attinet, ibi tantum innuitur, per pacta citrà traditionem immediatè rerum dominia non transferri. Quod & verum

eſt. At cum incorporalia traditionem recipere diximus, nil eſt *in d. l.* quod nobis opponi poſſit. ℞. ad 3. Licet origo dominii ſit ex naturali ſive corporali poſſeſſione, poſteà tamen etiam earum rerum, quæ non naturaliter, ſed quaſi duntaxat poſſidentur, dominium admiſſum eſt. Sic & ſola legati agnitione rei legatæ, & nudâ hereditatis aditione, verum rerum hereditariarum dominium acquiritur. *l. à Titio. 64. D. de Furt. l. 14. C. de Iur. deliber.*

Q. 3. *An dominium rectè dicatur, Ius quo res nobis eſt propria?*

℞. Aff. Atque inde domino (niſi vi, lege, aut conventione prohibeatur) ſi penes eum res ſit, de illâ pro ſuo arbitrio diſponendi facultas. *l. 21. in re mandat. 21. C. mandat.* Sin verò penes tertium, vindicandi poteſtas datur. Ad notandum; Quod *Vis* (cum facti ſit) impediat factũ, exercitium ſcilicet ſive actum exercendi dominii: *Lex* non minuat, ſed viam ſternat, ne in perniciem ſuam, vel aliorum, dominus jure ſuo dominii abutatur. Sic e.g. quibuſdam rerum dominis res ſuas alienare non licet; non enim marito rem dotalem. *l. dot. 9. C. de Rei vind. §. 1. Inſt. quib. alien. lic. junct. l. 1. D. ſolut. matr.* Nec pupillo rem ſuam, ſc. ſine tutoris auctoritate, vel decreto Magiſtratus. *Princ. Inſtit. de auth. tut. §. 2. Inſt. quib. alien. lic.* Nec debitori rem ſuam creditori obligatam. *§. 1. Inſt. eod.* 1. obſtat, *Quod dominium ſit plena de re ſua diſponendi poteſtas, niſi &c.* 2. obſtat, *Quod dominium*

nium ſit jus quo res corporalis nobis propria eſt. 3. obſtat, *Quod uſucapio, occupatio, donatio, ſint Iura, quibus res nobis eſt propria.* ℟. ad 1. Negatur. In eo enim effectus, non eſſentia dominii (de quâ agimus) conſiſtit. ℟. ad 2. Cum & rerum incorporalium verum ſit dominium (uti præced. quæſt. adſtructum eſt) ſequitur, illam definitionem anguſtiorem eſſe ſuo definito. ℟. ad 3. Modos verius eſſe acquirendi, quam jura quibus res nobis ſunt propriæ.

Q. 4. *An liceat in littore ædificare ſine Principis conſenſu?*

℟. Licet enim ædificando in littore naturaliter quis locum faciat ſuum, quia quod nullius eſt, cedit occupanti *l. 30. in fin. D. de acq. rer. dom.* Cum tamen Principes pro modo Imperii atque Juriſdictionis mare ac littora ſibi vindicent, non aliter ibi ædificare permiſſum eſſe cenſendum eſt, niſi quatenus uſui publico, aut alteri privato damnum non inferatur. *l. 3. §. 1. & ſeq. D. ne quid in loc. pub.* Unde in dubio Principi hoc determinandi jus eſt, atque decretum impetrare oportet. *l. 2. §. 10. 16. D. eod. l. 14. 50. D. de acq. rer. domin.* Obſtat *l. 3. D. ne quid in loc. publ. ibi littora dicuntur eſſe publica, vel Populi R.* ℟. Id ratione Imperii, non dominii intelligendum eſt. Sic Veneti tempore immemoriali Juriſdictionem in mari Adriatico conſecuti ſunt: Hinc Gabellas ipſis imponendi jus.

Q. 5. An & Capite plectendus is, qui hoſtili ſc. animo muros tranſcenderit cujuſque civitatis, aut abominandum quid in eos commiſerit?

℟. Aff. 1. Quia §. *Sanctæ*. 10. *Inſt. de rer. diviſ.* loquitur generaliter. 2. Quia Municipiorum muri dicuntur ſancti. *l. Sanctum*. 8. §. *fin. D. eod.* at hæc ratio eſt pœnæ capitalis. *d.* §. 10. *l. Sacra*. 9. §. *propriè*. 3. *D. eod.* Per text. *in l. deſertorem*. 3. §. *nec non*. 17. *D. de Re milit.* 1. obſtat *l. fin. D. de rer. diviſ. in verbis (cives Romanos &c.)* 2. obſtat *d. l. fin. in verbis (nam & Romuli frater Remus occiſus traditur ob id, quod murum tranſcendere voluerit.)* unde Poëta:

Romulus aggreditur Regnum, qui condidit Urbem,
Prima Remus quoniam mœnia tranſit, obit.

℟. ad 1. Quod civium Romanorum ibi propter exemplum mentio injiciatur. Deinde, quia & cives Romani dicuntur quotquot extrà Romam in orbe Romano degunt. *l.* 17. *D. de ſtat. hom.* ℟. ad 2. Id non ad regulam, ſed ad exemplum, quod regulam conſtringere nequit, referendum eſt. Diſſ. Barthol. Coraſ. *in d. l. fin.* Schneidw. Vultej. *ad d.* §. 10.

Q. 6.

Q. 6. An Venationes hodie inter Regalia computentur?

℞. Aff. Petr. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 44. *Modeſt. Piſtor. Part.* 1. *q.* 15. *n.* 16. *litt. b.* Et notandum; Regalia Iura eſſe ſumma Regis ac Regni, quæ Regi ejuſque fiſco vel Coronæ, honoris ſupremi ergò, quaſi laborum præmia, ut Regi Regnoque tuendo ſerviant, debentur. Hiſce venatio accenſetur, quam ſoli Principes hodie ſibi reſervant, venandi jure ac exercitio ſubditis, etiam in propriis fundis, adempto, niſi id nominatim conceſſum habeant. Et ſimplici venatione conceſſa, non majorum ferarum (vulgò Groff Wildt) ſed minorum duntaxat venatio indulta cenſetur. Et cum regulariter privilegium, quo alicui facultas aliquid faciendi, præſcriptione amittatur. *l.* 1. *D. de Nundin.* etiam jus venandi privato alicui conceſſum per non uſum longiſſimi temporis extingui dicendum eſt. ſc. computato tempore præſcriptionis ab illo termino, quo aliquis uſus privilegii eſſe potuerit, nec tamen is ſubſecutus ſit. Si enim feræ nullæ ſint repertæ, vel viſæ in ſylvis, iniquum foret, alicui venationis exercitium adimere. 1. Quia ubi pæna ceſſat, ibi ceſſat culpa. 2. Quia non valenti agere nulla currit præſcriptio. *l.* 1. *§. ne autem. C. de annal. except.* unde nec ſervitus hauriendi aquam ex fundo alterius amittitur, ſi fons exaruerit, ita ut quis ſervitute uti nequiverit. *l. ſi unus.* 34. *§. ult. & l. Attilicinus. D. de ſervit. Ruſt. Præd.*

1. obſtat, *Quod venationes pro fructibus fundi In. duſtrialibus habeantur. l. item. 9. §. aucupiorum. 5. l. 62. D. de uſufruct. ergò cuilibet uſufructuari jus venationis competit.* 2. obſtat, *Quod lib. 2 Feud. cit. 56. quæ ſunt regal. cap. unic. venati inter regalia non recenſeatur.* ℞. ad 1. Antecedens verum eſſe, ſi ſc. proprietarius jus venationis ſibi conceſſum habeat, quo caſu dubium eſſe nequit, quin uſufructuarius venari poſſit Deinde, in hoc negotio obſervationibus & experientiæ magis hodie inhærendum, quam juris civilis definitionibus. ℞. ad 2. *in d. c* Regalia præcipua, non verò omnia eſſe enumerata. Sive, Regalia ibi non finita, ſed quædam ipſorum exempla tantum ſubjecta ſunt. Accedit, venationum reditus verbis (*piſcationum reditus*) ibi rectè comprehendi.

Q. 7. An Privatis hominibus ex juſtâ ratione ſit adempta venatio?

℞. UT venationis exercitium illis interdicatur, & privata ipſorum ſubditorum, & publica omnium utilitas ſuadet. 1. Ne, præ nimio venandi ſtudio & dulcedine, ab agriculturâ aliiſque vocationis ſuæ officiis homines abducti, eveniat, ut agris incultis & deſertis Reſpub. inopiâ cibi laboraret. 2. Ut rixis atque diſcordiis, quas communio rerum parit, & hic occurratur. 3. Ne ad ſcelera atque flagitia promiſcuo armorum uſu, quibus venatio opus habet, vulgus hominum facilius incitetur. Cum enim venatio belli quædam

dam meditatio ſit, & Principis proprium, belli artes callêre, & quibus modis hoſtes à finibus repellendi ſint; viſum rectè fuit, Principibus ſolis ea relinquere, quibus iſta cognitio inſtitui ac confirmari poſſit: quapropter, ut omnis belli anſa & occaſio ſubditis præcideretur, atque & magiſtratibus per omnia ſecuris eſſe licêret, ad conſervandam pacem ac tranquillitatem publicam ipſis venatio ablata eſt. 4. Arg. §. *feræ. Inſt. de Rer. diviſ.* ubi cum privati alios prohibêre poſſint, ne fundos ipſorum ingrediantur, quantò ergò magis Principi hoc licêre debet, ne quis in ſaltibus & nemoribus, tanquam in locis publicis ad Principem pertinentibus, venandi cauſa vagetur. 5. Quia & hoc conſtitutum, ne ſpecies ferarum brevi prorſus interirent. 1. Obſtat *Gen. 1. verſ. 18. ubi Deus piſces, volucres, & beſtias Terræ, homini, ſine ullâ diſtinctione honoris, aut dignitatis, ſubjecit; ergò venationes omnibus hominibus ſunt communes: unde quilibet pro libitu non tantum in ſuo, ſed & in alieno territorio eas inſtituere poteſt.* Vid. *Gen. 25. verſ. 7.* 2. obſtat, *Quod ea quæ ſunt Iuriſg. à Principe tolli non poſſint: at talis eſt venatio. §. feræ. Inſt. de Rer. diviſ.* 3. obſtat, *Quod iis, quæ ſunt meræ facultatis, præſcribi nequeat. l. 2. D. de via publ. At venari eſt res meræ facultatis, i. e. in arbitrio cujuſque eſt poſitum, velitne venari, nec ne.* 4. obſtat *l. injuriarum. 13. §. fin. D. de Injur. in verbis (ſæpiſſimè reſcriptum, non poſſe quem aucupari prohiberi.)* ℞. ad 1. Licet ab initio venationes fuerint communes, poſteà tamen multiplicato genere humano, ut aliqui in Reges atque Princi-

pes eligerentur, quædam ex dominio communi omnium hominum, vel præmii, vel recreationis cauſa, in uſum proprium illis ceſſerunt. Quæ Regalia dicta ſunt. Huc pertinent venationes, uti & vectigalium, ſalinarum, aliarumque rerum proventus. ℞. ad 2. Ea quæ Iure naturali ſeu Gentium præcepta ſunt diſtingui debent ab iis, quæ eodem jure hominum libertati ſunt relicta. Hæc tolli poſſunt, illa nequaquam. At venandi facultas cum libertati duntaxat humanæ data ſit, illam populus in compenſationem laborum ac vigiliarum, quas Princeps ſuſtinere pro ſalute Reipub. neceſſe habet, illi cedere potuit. ℞. ad 3. venationem non hodie, ſed à principio meræ facultatis fuit; at Juri pro ſe introducto tandem homines renunciaverunt. ℞. ad 4. Id fit ex eo, quod Jura Gentium, id quod ante nullius eſt, naturali ratione occupanti concedant. At hic quæritur; *Annon ex aliâ rationabili cauſa venandi exercitio privatis interdictum ſit?* Quod ita eſſe jam ſatis demonſtratum eſt. Breviter, Privilegium venandi triplici jure Principibus ceſſit. 1. Jure compenſationis, uti anteà dictum. 2. Iure occupationis; dum enim alii jure ſuo non utebantur, Principes & optimates Populi eo uſu ſunt. 3. Iure præſcriptionis: Penes Principes enim in Populo Dei jus venandi fuiſſe, ex hiſtoriâ Salomonis aliorumque eſt manifeſtum. 1. *Reg.* 4. *verſ.* 23. *Dan.* 2. *verſ.* 38.

Q. 8. An mortis ſupplicio venationes ſuas vindicare poſſint Principes? i. e. an in temeratores ſaltuum, aut eos, qui feras invito ſuperiore intercipiunt, capitalis pæna decerni poſſit?

R. Licet iſta rapina non careat ſpecie furti, atque conjunctum habeat contemptum magiſtratus, conſcientiæ tamen tutius, atque pio Principi laudabilius eſſe cenſeo, per humanitatem, ἐπιείκειαν & miſericordiam, pænam capitalem (ſi qua legibus ſtatuta ſit) hoc caſu lenire, atque in arbitrariam, mulctam ſc. aut pænam carceris, eam commutare. Fund. Cum enim in ipſa creatione Deus homini imperium in piſces maris, in volatilia cæli, atque in Beſtias terræ dederit; concludendum, nolle Deum, ob piſcem, volucrem, aut feram, homini vitam auferendam eſſe. Accedit, quod vita hominis ad imaginem Dei fabricati omnibus feris, cervis, aut leporibus, &c. multis paraſangis præferenda ſit. Gail. 2. *obſ.* 98. Balduin. *de caſib. conſc. lib.* 4. *cap.* 12. *caſ.* 16. Diſſ. Forſter. *diſput.* 6. *theſ.* 10.

Q. 9. An feram, quam quis in fundo alieno, quem contra prohibitionem domini ingreſſus eſt, cepit, faciat ſuam?

R. Aff. §. 12. 14. *Inſtit. de rer. diviſ. l. uſufructuarium. 62. D. de uſufr.* Ratio 1. Quia nemini infert injuriam, qui capit id, quod ante nullius fuit. *l. 3. in Princ. junct. §. 1. D. de acq. rer. domin.* 2. Quia fera, quæ ſolo alterius ſuſtinetur, cum ſolo non cohæreat, atque non eo contineatur, ut pars, ſed in aëre vivat; non terræ aut fundi, ſed aëris in quo ſpirat conditione æſtimatur: at aëris uſus ubique eſt communis tam in ſolo alieno, quam ſuo. 1. obſtat *l. 16. D. de ſervit. præd. ruſtic. ubi, non conſentaneum eſſe, ut per aliena prædia invitis dominis aucupium facerent, Divus Pius aucupibus reſcripſit.* 2. obſtat *l. 13. §. fin. D. de Injur. quod injuriarum teneatur; ergò ſuum facere quod cepit non poteſt. l. 12. §. 1. D. de furt. cum verba cum effectu accipienda ſint. l. 1. §. 2. D. quod quiſque Iur.* 3. obſtat *l. 55. In laqueum. D. de acquir. rer. domin.* R. ad 1. & 2. Captura feræ ab effectu prohibitionis diſtingui debet. Prohibitio enim operatur actionem injuriarum, at non pervertit rationem naturalem, quâ capienti cedit id, quod necdum in ullius dominio fuit. Deinde, licet verba cum effectu accipienda ſint, id tamen de eo duntaxat intelligendum, quem lex tribuit & rei natura poſtulat. R. ad 3. ibi tractat Ic. de eo qui laqueum poſuerat in fundo alieno,

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

non autem de eo qui immediatè ceperat feram. Duaren. *in l.* 16. *D. de ſervit. Præd Ruſt.* Donell. 4. *comm.* 8. Vinn. *ad* §. 12. *n.* 3. Et ſicut in alieno venari, ita & piſcari in lacu; vel ſtagno alieno, Jure Romano licet. per *l.* 3. §. *item feras* 14. *D. de acq. poſſeſſ. junct. l.* 3. *D. de acquir. rer. domin.* nec obſtat, *quod jus prohibendi detur. d. l.* 13. §. *fin.* quia jus prohibendi ad eum effectum datur domino, quem modò explicuimus. *At mores jus Romanum profligarunt: adeò ut ne in flumine quidem publico piſcari, neque in agris libere venari aut aucupari liceat.*

Q. 10. *An & rei minimæ furtum committatur?*

℟. Aff. 1. Per §. *gallinarum.* 16. *Inſt. de rer. diviſ.* ubi propter gallinam ablatam datur actio furti. adde *l.* 5. §. 6. *D. de acquir. rer. domin.* & Novell. 69. *cap.* 1. *verſic. quid enim erit durius.* 2. Quia pro re modica intentatur actio ordinaria. *l.* 1. §. *Illud non intereſt.* 10. *D. de conjugend. cum emancip. liber.* at furtum crimen eſt ordinarium §. 18. *Inſtit. de action.* Obſtat *l.* 4. *D. de reſt. in integr. ubi modica non curat Prætor: maximè ſi concurrat infamia. l.* 9 §. 1. *l.* 10. *& ſeq. D. de dol. mal.* ℟. id procedit in extraordinariis actionibus, quales dantur in reſtitutionibus in integrum. At in ordinariis judiciis qualitas magis quam quantitas rei ponderatur, & furtum ex animo ſurripientis æſtimatur. *l.* 37. *D. de uſucap. c. fin.* 14. *quæſtion. ult.* Schneidw. & Vinn. *ad D.* §. 16.

§. 16. Suth. *diſſert.* 4. *Aphor.* 24. Arum. exer-cit. 17. *theſ.* 5.

Q. 11. *An quæ ab hoſtibus capiuntu[r] ſtatim cedant occupanti?*

R/. DIſtinguendum inter res mobiles & immobiles: &, quoad mobiles, ite-rum ſubdiſtinguendum inter modo occupandi videtur. Mobilia, quæ quis, durant[e] juſto bello, in dimicatione ſingulari, aut in ex-curſionibus, extra miniſterium publicum, diri-puit, ſtatim fiunt capientis. §. 17. *Inſt. de rer. di-viſ. l.* 51. §. 1. *D. de acquir. rer. dom. l.* 28. *D. d[e] captiv. & poſtlim. reverſ.* niſi fortaſſe Du[x] exercitus militem prædâ fraudaverit, vendit[o] ſc. & in publicum redacto quod ab hoſtibus ca-ptum eſt: ut olim à Fabio conſule factum apu[d] Livium *lib.* 2. *c.* 42. narratur. Mobilia verò quæ quis in actu Bellico & in miniſterio public[o] cepit, fiunt Principis, aut Reipub. cujus au-ſpiciis bellum geritur. Hinc præda, quam qui in acie devictis hoſtibus conſecutus eſt, Jure ci-vili in fiſcum cogitur, in tantum, ut qui eam qua[e] Reipub. ſic facta eſt, furatur, peculatum com-mittat. *l. pen. D. ad l. Iul. pecul.* Cum enim i[n] actu bellico ſinguli milites Rempub. repræſen-tent, ut Reſp. per eos poſſeſſionem, ita & dominium prædæ nanciſcitur, illudque, in quo libet, transferre licet, verum hæc Pop. R. (præ-ſertim pretioſiora) interdum Victori ſervavi[t] ejuſque arbitrio permiſit, interdum in Ærariun[m] retulit, interdum inter milites, (ut & hodie fier[i] ſolet

olet) quo alacriores redderentur, diſtribuit. Vid. Grot. *de Iur. Bell. & Pac. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 12. 4. 15. Obſtat *l. Divus.* 31. *D. de Iur. Fiſc.* R. Ibi non agitur de bonis captivorum direptis, ve quæ à ſingulis capta ſunt. Immobilia (ut Agri, Arces, oppida.) Cum hæc non ita à ſinulis occupentur, regulariter publicantur. *l.* 20. . 1. *D. de captiv. & poſtlim. reverſ.* at & æc veteranis militibus in præmia virtutis ellicæ aliquando tributa leguntur. Vid. *l. Luius.* 11. *D. de evict.* Livius *lib.* 8. *c.* 11. & *ib.* 23. *c.* 46. Ut autem prædicta de mobilius quæ in excurſionibus direpta ſunt proceant, bellum juſtum eſſe oportet, & Juſtitiâ auſæ & Imperii. Bald. *in c. ſicut.* 13. *n.* 7. *X. e Iurejur. & Panorm. ibid. n.* 13. Hujus enim ituitu hoſtes propriè dicuntur, cum cæteri Prædones & Latrones audiant. *l. hoſtes.* 24. *D. e captiv. & Poſtlim. reverſ. l. hoſtes.* 118. *D. e Verb. ſignif.* At capti ab hiſce ſervi non ſunt, ec bona capientibus cedunt. *d. l.* 118. *l. Poſtliinium* 19. *§. à piratis. D. de captiv. & Poſtlim.* Quod verò res ab hoſtibus captæ, & deinde lis ereptæ, ad priores dominos revertantur, d deciſum extat *in l.* 27. & 28. *D. de captiv, & Poſtlim. reverſ.* & ut removeatur difficulis, quæ *in d. l.* 28. elucêre videtur, obſerandum, à Paulo Labeonis ſententiam ibi notaam & emendatam fore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. An inventio oculis fiat, a manibus? i. e. an viſus ad acquiren dum rerum dominium ſufficiat, an vi rò & occupatio requiratur?

℟. POſterius aff. unde nihil Juris ad v dentem ante poſſeſſionem occupa tam. 1. Quia dominia rerum ex po ſeſſione demum orta ſunt. 2. Quia verba cu effectu ſunt accipienda. *l. 1. §. 1. D. quod quiſ Iur.* quapropter invenire dicitur, qui ſimul ap prehenderit. per *l. ſi Barſotoram latronem*, 1 *C. de fidejuſſ.* unde ſecundum DD. *in alleg.* præmium ſtatuto promiſſum ei, qui furer vel latronem invenerit, non debetur, ni & ipſum ceperit. Qui quid invenit, erg in littore maris, quod ſc. à nemine ante poſſeſſum fuit, is ſtatim, ex ratione, *Id quo nullius eſt occupanti cedit*, ejus dominus effici tur. Merito itaque vulgi opinio, quæ hiſce ver bis exprimi ſolet (halff mijn) quâ inter viden tem & eum qui apprehendit rem nullius, divi ſionem eſſe inſtituendam cenſet, explodenda eſ Obſtat, *Atqui ſola demonſtratione alicui poſſeſſio & ex eâ dominium acquiritur. l. 1. §. 21. D. de acq poſſeſſ. ergò ſolo viſu res eſſe dici poteſt inventa.* ℟ negatur conſeq. ad antecedens; quod *in d. l.* no agatur de inventione rei nullius, ſed de Symboli câ ex voluntate partium traditione, quæ vel domino, vel à Procuratore qui rei tradendæ fa cultatem habet, celebratur. Mynſing. Vinn. *a §. 18. Inſt. de rer. diviſ.*

Q. 13

Q. 13. *An Jus dicatur de rarò contingentibus?*

℞. NOn eſt dubitandum, quin de facto de quo verè conſtat, (licet rariſſimum ſit) jus non tantum poſſit, ſed & dici debeat. Sic de Inſula in mari nata (quod perrarò accidit) jus dicitur *in §. Inſula. Inſt. de rer. diviſ.* adde *l. antiqui. 3. D. ſi pars hered. & l. ſi major. 12. C. de legit. hered.* in qua de partu à quinquagenariâ edito, qui mirabilis dicitur & rarò contingens, pronunciatur. Obſtat *l. 3. 4. 5. 6. D. de ll.* Senſus earum eſt, 1. Quod de caſu qui incidit, non ſit præſumtio acienda ex iis quæ rariſſimè contingunt, ſed ex ictibus frequentioribus, & quod communiter evenire ſolet. 2. Quod ratio & cauſa juris conſtituendi non ſit deſumenda ex iis, quæ ex inopinato, ſed quæ plærumque accidunt. 3. Quod a quæ rara ſunt & fortuita ſimul, ab iis, quæ icet rara, non tamen fortuita, ſeparanda int. Ad illa *d. ll.* reſpiciunt, non autem ad poſtrema. *Sic e. g. licet parricidium rarius ſit, non amen illud prætereunt legumlatores; uti & in parricidas ſingulare ſupplicium excogitaverunt. § alia einde 6. Inſt. de publ. judic.* Cic. *pro S. Roſcio Amer.* Vid. Donell. 1. *Comment.* 15. *in fin. Iul. Pac.* 1. ἐναντιοφανῶν. 10. Weſenbec. *par. D. de legib.* l. 4. *Dominic.* Arum. 4. *exercit.* 13.

Q. 14. *An Inſula in flumine nata, a-ſolutè, i. e. quoad uſum & propriet-tem, cedat illis, qui prædia circà r-pam proxima poſſident?*

℞. QUin ea, quæ in flumine & in alv- nata ſit, accolis acquiratur, null- dubito. Ratio, quia pars alvei, q- fuit, cenſetur, & per eum vicinis prædiis co- jungitur. *l. adeò. 7. §. 3. D. de acq. rer. dom.* *Inſula. 22. Inſt. de rer. diviſ.* 1. obſtat, *atq- alveus ejus juris eſt, cujus & flumen. l. 30. §. 2. D. de acq. rer. dom. Ergò Inſula juris publ- eſt. Fund. quia accidens cedit ſuo ſubjecto; at a- vei accidens, vel pars, Inſula eſt, utpote cum eo c- hærens, & quæ eo ſuſtinetur.* 2. obſtat, *Qu- in publico flumine natum eſt, publicum eſt; at I- ſula in publico flumine nata eſt. l. 65. ſi epiſt- lam. §. Labeo. ult. D. de acq. rer. dom.* ℞. ad - Pars illa alvei in quâ inſula nata eſt, nomen - formam alvei amiſit. Alveus enim *foſſam*, *v- fundum* denotat, per quam flumen delabitu- diciturque *Venter & lectus fluminis*, eò quo- flumen ibi quaſi cubet, atque à flumine tegatu- & occupetur. Unde mirum non eſt, quod a- veus ejuſdem Juris cum flumine dicatur. A- ſi Inſula in eo nata à flumine quidem cing- tur, non vero occupetur, ſed ſe ſupra ipſum flu- men exerat, fluminis quoque eſſe deſinit. ℞. ad 2. Quod in publico natum eſt, ita ſc. ut in- natet flumini, eique innitatur, tanquam funda- mento, id publicum eſſe, concedo. Quali-

(e. g.

·g.) illa Inſula eſt, quæ virgultis, aut qua-
bet aliâ levi materia ita ſuſtinêtur in flumine,
ſolum ejus non tangat, aut alveo ejus non
hæreat. *d. l. pen.* §. 2. At Inſulam, quæ al-
o innixa eſt, ita natam in publico flumine,
ei innatet, &c. nego. Fluitantium verò In-
larum exempla recenſentur ab Halicarnaſſæo
b. 1. *Rer. Rom.* & Plinio 2. *natur. hiſtor.* 97.
nſula propriè eſt pars terræ eminentior, quam
el flumen undique ambit: *Moribus vero hodier-
s, cum flumina publica Principis dominio adſcri-
a & regalia ſint. c.* 1. *quæ ſint regal. in Feud.
rniſæus de jure Majeſt. l. ult. c.* 5. *n.* 2. Perez.
*de Alluv. in fin. alluviones, cæteraque incre-
enta in fluminibus nata ad Principem ſpectant,
t ad eos, qui illud jus ſibi ab eo conceſſum habent,
acit. Philippi II. Hiſpan. Regis.* 22. *Maii* 1559.
*t hoc caſu, exercendi hujus juris poteſtas cuivis
negatur, antequam in camerâ rationali (ut
unt) juſtum titulum exhibuerit, aut aliter de
re ſuo probaverit, Principiſque conſenſum ad
c impetraverit.* Vid. Chriſt. *vol.* 4. *deciſ.* 86.
7. Zypæ. *Not. Iur. Belg. de Iure Fiſc. in verſ.
s communes.* Grot. *de Iure Bell. lib.* 2. *c.* 8.

Q. 15. *An, ſi ager à flumine inunde- tur, ejus dominium conſervetur?*

℟. Aff. *l.* 7. §. *aliud ſanè.* 6. *D. de acquir. rer. dom.* §. 24. *Inſt. de Rer. diviſ.* Unde recedente aquâ manet ejus, jus fuerat. Verum utilitas agri interim im- ditur. *l. ſi ager.* 23. *D. quib. mod. uſusf. vel*

uſus amitt. poſſeſſio amittitur. *l.* 3. *§. Labeo.* 17 *D. de acquir. vel amitt. poſſ.* & per conſequen præſcriptio (cum ea ſine poſſeſſione non proce dat. *c. ſine poſſeßione.* 3. *de Reg. Iur. in* 6.) in terrumpitur. *l. naturaliter.* 5. *D. de uſurpat. & uſucap.* Obſtat *allegata l. ſi ager.* 23. in verbis *ſi ager flumine, vel mari inundatus fuerit, etian ipſa proprietas amittitur.* ℟. Senſus eſt, *interir* (ſc. dum ager inundatus eſt) ejus dominiun ceſſare, illudque reſtitui, ubi aqua receſſerit Quod verò aſſeruimus, id procedit tantum i inundatione temporariâ, quæ fundum in ſta gnum vel alveum non mutavit. *Moribus ver noſtris Principi cedit fundus, qui ſpacio decem an norum aquâ tectus reperitur, niſi de continuation poſſeßionis adſint indicia: quæ poſſeßio, ſi alite fieri nequeat, vel ſolo piſcatu retinetur.* Grot. *de Iur. Bell. l.* 2. *c.* 8. *n.* 10. Groenew. *de ll. abrog ad d. §.* 24.

Q. 16. *An mala fide in rem alienan nova ſpecies introducta fiat ſpecifican tis, ſi ſc. res ad priorem materian reduci nequeat?*

℟. NEgo. Per *l. de eo.* 12. *§. ſi quis* 3 *D. ad exhibend. l.* 14. *§. fin. D. d condict. furtiv. l.* 4. *§. ſi ex lanâ.* 20 *D. de uſucap.* Eſt enim contra rationem, ut pe improbitatem & malitiam aliquid alicujus do minio ſubjiceretur. Huc pertinet *l.* 12. *§.* 1. *D de Furt.* Accedit, quod hoc caſu id quod meun

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

eſt, ſine facto meo ad alium non transferatur. *l. id quod noſtrum. D. R. I.* 1. obſtat §. 26. *Inſt. de rer. diviſ.* in verbis (*extinctæ res vindicari non poſſunt.*) 2. obſtat, *Quod ſpecies (jure quodammodò occupationis) ſpecificanti acquiratur. At occupatio naturalis eſt quædam acquiſitio, in quâ ſolum factum ſpectatur.* 3. obſtat §. 25. *Inſt. de rer. diviſ. ubi non diſtinguitur inter b. & m. f.* 4. obſtat, *quod domino materiæ nulla competat actio.* ℞. ad 1. Licet vindicatio non detur domino materiæ, eò quod illa præſupponat dominium, quod in re, quæ pro extinctâ habetur, nullum eſt, vindicari tamen, ex capite, quaſi dominus deſierit dolo poſſidêre, poteſt: cum ille dolus pro poſſeſſione ſit. Adde quod & competat actio ad exhibendum. *d. l.* 12. §. 3. vel condictio. *d.* §. 26. ℞. ad 2. Quod in naturali adquiſitione maximè ſpectetur mala fides & furtum. *Arg.* §. 40. *Inſt. de rer. diviſ.* Cum nihil magis alienum ſit ab æquitate & naturali ratione. ℞. ad 3. Cum naturaliter in omnibus bona fides requiritur, non eſt neceſſe, ut in quibuſvis legibus ea, quæ per naturam inſunt, proponantur. Deinde, ſufficit, id quod in hâc vel illâ lege omittitur, per aliam legem probari. ℞. ad 4. Neg. datur enim utilis vindicatio, vel condictio, vel ad exhibendum actio.

Ut ergò ſpecies facta ex re alienâ acquiratur facienti, tria neceſſariò deſiderantur. 1. Ut qui fecit, ſit in bonâ fide: alioquin operam domino materiæ donaſſe videtur. *l. cujus per errorem, D. R. I.* 2. Ut ſuo nomine fecerit: huc enim pertinet regula (*Quod ex meo fit, meum eſt.*) i. e. quod

quod ipſe quis fecit ſuo, aut alius ejus nomine, vel mandato, vel ſine mandato, ipſo ratificante. 3. Ut ſpecies ad priſtinam materiam non poſſit reduci. Ne tamen quis locupletetur cum alterius jactura, datur domino materiæ actio in factum contra ſpecificantem ad conſequendam veram ejus æſtimationem. Schneidw. *ad d. §. 25. n.5.* Schotan. *in exam. Iur. ad tit. de alluvion.* Diſſent. DD. & Weſemb. *ad d. §. 25.*

Q. 17. *An per ædificationem acquiratur dominium? i. e. an id quod ſolo inædificatum eſt prioris domini eſſe deſinat?*

℞. Aff. Idque ſive quis in ſuo ſolo ex alienâ materia ædificaverit, ſive ex ſuâ materia in ſolo alieno. §. 29. *Inſt. de rer. diviſ. junct. l. adeò. 7. ex diverſo.* 12. *D. de acquir. rer. domin.* At ſi quis ex alieno materiâ in ſolo alieno ædificaverit, ei, cujus eſt ſolum, cedet ædificium, non materia. *l. 2. & ibi not. C. de Rei vindic.* 1. obſtat, *Atqui domino materiæ datur vindicatio. d. §. 29. in fin. ergò dominium ejus non pertinet ad ſoli dominum.* 2. obſtat, *Quod dominium plurium ſimul eſſe non poßit.* 3. obſtat *l. 30. D. de acquir. poſſ. ubi ſoli dominus non poßidet tigna.* ℞. ad 1. Domino materiæ datur vindicatio, ſc. deſtructo ædificio. At interim, i. e. donec ſubſiſtat, ejus eſt ædificium, cujus eſt ſolum. ℞. ad 2. Nec hoc caſu ſimul & eodem modo pluribus adſcribitur

bitur. ℟. ad 3. Non directo, ſed ex conſequentia ædificii tigna poſſidet.

Q. 18. *An & is qui bonâ fide ædificavit tenetur in duplum?*

℟. Aff. Cum Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. d. de acquir. rer. dom.* per *l. 7. §. 10. ibid. §. 29. Inſt. de rer. diviſ.* domino enim ſubveniendum videbatur, cum conſtante ædificio vindicare materiam non poſſit, atque ædificatori detur electio, an diruere ædificatum & tignum reſtituere, an verò duplum præſtare malit. *l. 63. d. de donat. int. vir. & uxor.* Arg. *l. 5. C. de ædific. Privat.* 1. obſtat *l. 1. d. de tign. junct. in verbis (tignum furtivum) ergò qui b. f. junxit in duplum non tenetur.* 2. obſtat, *quod longè diſtet is qui bonâ fide ædificavit ab eo qui in malâ fide verſatur.* 3. obſtat *l. 98. §. fin. d. de ſolut.* 4. obſtat *l. 136. d. de Reg. Iur.* ℟. ad 1. neg. conſeq. Sive enim quis b. ſive m. f. ædificaverit, tenetur in duplum: at qui malâ fide, præterea & aliis actionibus, puta, vendicatione, vel condictione pulſari poteſt. *l. 1. junct. l. 2. d. de tign. junct.* Et condemnatus ex hâc cauſa redditur infamis. ℟. ad 2. Differentiæ ratio jam data eſt. ℟. ad 3. *pretium in d. l. §. fin.* non eſt illud quo verè & ordinariò res æſtimatur, ſed quod ab ipſa lege conſtitutum eſt. ℟. ad 4. Fallit d. regula in eo qui b. ſ. ædificavit, idque propter electionem ipſi competentem. Poteſt enim (uti dictum eſt) ædificium deſtruere, ſi velit; ſi tamen ex deſtructione Urbis deformitas

mitas provenerit, authoritate publicâ ad reædificandum compelli poteſt. Obiter hic notandum: *actionem de tigno juncto à foro noſtro eſſe alienam*, ſatiſque domino materiæ per actionem in factum *ad pretium conſequendum proſpectum eſſe*. Zypæ. *Not. jur. Belg. de Rei Vend. in verſic. rigidè*. Vinn. *ad* §. 29. *n.* 4. *Inſt. de rer. diviſ.*

Q. 19. *An bonæ fidei poſſeſſor actionem habeat ad recuperandas impenſas, ſi domino vindicanti rem tradiderit?*

R. DIſting. inter impenſas neceſſarias, utiles, & voluptuarias. *Neceſſarias* voco, quibus omiſſis vel res periiſſet, vel deterior facta fuiſſet. *Utiles*, quibus omiſſis res non deterior reddita fuiſſet, ſed adhibitis melior facta eſt. *Voluptuarias*, quæ voluptatis cauſa erogatæ ſunt, & rem duntaxat exornant, ſed eam nec fructuoſiorem reddunt, nec deteriorem. Quoad *neceſſarias*, Aff. *l.*6. §.3 *D. de negot. geſt. l.* 38. *D. de rei vindic. l.* 40. §. 1 *d. de condict. indeb.* Ratio 1. quia Jus non patitur ulli bonam fidem & officium ſuum eſſe damnoſum. 2. Quia & malæ fidei poſſeſſor eas utili negotiorum geſtorum actione conſequitur Quod & in malæ fidei poſſeſſore ſervatur. *d. l* 6. §. 3. *l.* 36. §. *fin. d. de petit. hered. ubi prædi eas educit. l.* 5. *C. de rei vindic.* 3. Quia eas non donare, ſed credere cenſetur. 1. obſtat *l.* 48. *D.d Rei vindic.* 2. obſtat *l.* 33. *d. de condict. indeb*

3. obſta

3. obſtat *l.* 14. §. 1. *D. comm. divid.* 4. obſtat §. 30. *Inſt. de rer. diviſ.* ℟. ad 1. ibi non tractari de eo qui rem tradidit, ſed qui etiamnum poſſidet: at hic haud aliter ſibi proſpicere de impenſis valet, quam per retentionem poſſeſſionis, donec ſibi reddantur. ℟. ad 2. condictio indebiti rectè negatur, quia hæc inſervit ad rem domino traditam recuperandam, ad quod jus b. f. p. non habet. At agendum ipſi, vel condictione ſine cauſa, eò quod impenſæ adſint domino ſine cauſa: vel utili actione negotiorum geſtorum. Licet enim animus obligandi ſibi dominum abfuerit, propter tamen bonam fidem æquitas ſic rem interpretatur, quod, ſi ſciviſſet, ſe non eſſe dominum, aut omiſiſſet, vel animo dominum obligandi impendiſſet. ℟. ad 3. *d. l. in fin.* ſententiam noſtram confirmat: quandoquidem indicatur, cum actio communi dividundo, vel ſimilis, dari nequeat propter defectum intentionis, tunc competere in ſubſidium actionem negot. geſtor. poſſe: cum ea ex re ipſa atque ex alterius utilitate naſcatur. ℟. ad 4. *in d.* §. de utilibus impenſis tractatur. At *utiles* deducere tantum ipſi licet. *d.* §. 30. *junct. l.* 38. *&* *ſeq. D. de petit. hered.* niſi pauper dominus ſit: quo caſu æquiſſimæ diſtinctioni *l.* 38. *D. de rei vind.* inhærendum. At *voluptuarias* non petere, ſed eas (niſi dominus nolit, aut abradi nequeant) ſine læſione tollere poteſt. *l.* 11. *d. de impenſ. junct. l.* 9. *d. eod.* Verum & hoc caſu perſonarum ratio habenda videtur. Si enim dominus ſit dives, ſolitus animi cauſa plurimum impendere, cur bonæ fidei poſſeſſori

voluptuariæ impenſæ non reſtituerentur? Arg. *d. l.* 38. *d. de rei vindic.* præſertim in judicio univerſali, in quo abuti rebus b. f. p. permittitur. *l.* 25. §. 11. *junct. l.* 39. *Princ.* & §. 1. *d. de petit. hered.* At malæ fidei poſſeſſor utiles & voluptuarias tollere poteſt. *d. l.* 5. *d. l.* 39. *Princ.* & §. 1. niſi id fieri non poſſet: quo caſu, abſolutè cedunt domino. Nec obſtat, *quod videatur locupletari cum damno alieno.* Quia id ceſſat, ſi quis propriâ culpâ detrimento afficiatur. Ne tamen nimium lædatur, judicis prudentiæ ſecundum *l. planè. in verſic. ſed benignius eſt.* 38. *d. de petit. hered.* id moderandum relinquimus.

Q. 20. *An bonæ fidei poſſeſſor etiam neceſſarias repetere poſſit, ſi res non extet?*

℟. Aff ſc. ſi rem tradiderit, vel actoris eſſe teſtatus ſit. Fund. quia domino res perit. At ſi inficiatus ſit, rem ad actorem pertinere, tunc actio ipſi nulla eſt, ſed res poſſeſſoris tanquam domini eſſe deſiit. Atque noſtræ aſſertioni tam in ſingulari, quam in univerſali judicio locus datur. *l. ſive hereditat.* 22. *d. de negot. geſt. l.* 38. *in fin. d. de petit. hered.* Obſtat, *Quod dominus non ſit factus locupletior.* ℟. Falſum eſt: ditior enim fuit eo tempore, quo res domini eſſe poſſeſſor declaravit, unde, & quoad dominium, & reliquas præſtationes, ejus quoque damno periit. Uti, res vendita ſi periit, non liberatur emptor à præſtatione ejus quod venditori debetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 21. *An tam bonæ quam malæ fidei poſſeſſori detur rei retentio donec impenſæ refundantur?*

℞. DIſting. Vel id quod petitur liquidum eſt, vel illiquidum. Priori caſu, non tantum propter neceſſarias, ſed & utiles impenſas datur retentio bonæ fidei poſſeſſori. *l.* 48. *D.de rei vind.* §. 30. *Inſt. de rer. diviſ.* At m. f. propter neceſſarias tantum. Ratio, quia & huic earum nomine competit utilis negotiorum geſtorum actio: ergò multò magis retentio. At poſteriori caſu, ſufficit utrique idonea cautio. *l.* 5. *d. de ſtatulib.* Vid. Fab. *lib.* 3. *C. tit.* 22. *def.* 1. Fachin. 7. *controv.* 91. Diſſent. Garſias *tract. de expenſ. c.* 2. *n.* 3.

Q. 22. *An bonæ fidei poſſeſſor de fructibus reſtituendis teneatur?*

℞. UT plenius res intelligatur, notandum, *Fructus* nomen, cum plura ſignificet, tamen ad rem propoſitam quod attinet, duplici modo conſideratur, naturaliter ſc. ſive civiliter. *Naturaliter*, pro omni eo, quod fert res fructifera ad hominis uſum. i. e. quod ex rebus ipſis naſcitur. Diciturque (*teſte Varrone lib.* 4. *de ling. latin.*) à ferendo. *Civiliter*, pro eo, quod ex rerum occaſione provenit. Utroque ſenſu dividuntur in naturales, & induſtriales. *Naturales*, (naturaliter ſc. conſiderati) ſunt ad quorum exiſtentiam ſola natura operatur. *Induſtriales*, ad quorum exiſten-

tiam etiam coôperatur cura & induſtria humana. *Naturales* (in civili ſc. conſideratione) ſunt civiles proventus, ut uſuræ ex morâ perceptæ, mercedes. *Induſtriales*, ut ſunt vecturæ, atque his ſimilia. Fructus vel ſunt *conſumpti*: quales ſunt, qui non ſunt penes eum, qui eos percepit. Vel *Percepti*: quales ſunt, qui licet à ſolo ſeparati, etiamnum exſtant penes poſſeſſorem. Vel *Exſtantes*: quales ſunt, qui in re ſunt & pars rei. Vel *Percipiendi*, quales ſunt, qui, cum percipi potuiſſent, per negligentiam perierunt. Vel ſunt *Futuri*, quales ſunt, qui in poſterum ſperantur. Hiſce præmiſſis, ad quæſtionem propoſitam reſpondeo: Quod in judicio ſingulari fructus comſumptos, tam naturales, quam induſtriales, lucretur. *l.* 48. *D. de acq. rer. domin.* §. 35. *Inſt. de rer. diviſ.* quod ſecus eſt in Iudicio univerſali. *l.* 1. *C. l.* 25. §. 11. *D. de petit. hered.* ratio diverſi juris allegatur, quod illi rem ſingularem non augeant, uti univerſitatem (qualis eſt hereditas) quæ incrementum & decrementum recipit. Obſtat, *Quod poſſeſſor in judicio ſingulari videatur locupletior fieri cum jactura domini.* ℞. Imputet dominus ſibi, quod ſuum in tempore non repetierit, cujus negligentia b. f. poſſeſſori, qui animo & contemplatione domini egit, nocêre non debet. Arg. *l.* 155. *D. R. I.* Quoad *fructus perceptos*, diſtinguo, vel quis poſſeſſionem habet ex titulo legitimo, vel illegitimo. Priori caſu, ſolâ perceptione, in ſingulari judicio, *irrevocabiliter* induſtriales; naturales verò *revocabiliter* ſuos facit, i. e. pleno jure ſibi acquirit. *l.* 48. *D. de acq. rer. domin. l.* 25. 28. *D. de uſur.* Quia non ſunt pars rei;

ſi enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſi enim ante quam conſumpti ſint, dominus rem vindicaverit, eorum nomine, quia locupletior poſſeſſor eſt, domino quid præſtandum eſt. *l.* 49. §. 1. *D. de rei vind. l.* 4. §. 2. *D. fin. regund. l.* 4. §. 19. *D. de uſucap.* alioquin qui ſuperſunt poſſunt vindicari. Poſteriori verò caſu, tantum induſtriales ſuos facit. *l.* 45. *D. de uſur. Exſtantes* verò, ante ſc. deducto eo quod impendit (ut in præd. quæſt.) domino reſtituere tenetur. *l.* 7. *D. ſolut. matrim.* Obſtat, *Fructus ſequuntur ipſam rem l.* 13. §. 10. *D. de act. empt. ergò nihil impenſarum nomine eſt ſolvendum.* ℞. antecedens procedit in iis caſibus, in quibus voluntas alienantis rem ſuam unà cum fructibus, plana eſt & aperta, uti in venditione; in quâ & fructuum nomine venditori pretium majus datur. Quæ diverſa ſunt in rei vindicatione. Quæ præter vel contrà voluntatem poſſeſſoris contingit, & qui pro fructibus nihil accepit. *l.* 23. *C. de rei vindic.*

Q. 23. Quamdiu bonæ fidei poſſeſſor (ſi dominus ſupervenit) fructus plenè ſuo dominio ſubjicit?

℞. OMiſſis quæ ad enodandam controverſiam à DD. afferuntur, præ cæteris hæc diſtinctio placet. Vel poſſeſſor juſtam contradicendi cauſam habet, vel non. Illo caſu, donec res plenè fuerit evicta. *l.* 25. §. 2. *D. de uſur.* Hoc verò caſu (quia cauſa non eſt dubia, ſed liquidum Jus actoris) donec id intellexerit, vel per denunciationem actoris. *l.* 25. §. 7. *D. de petit. hered.* Vel per litiſcon-

teſtationem. *l.* 48. §. 1. *D. de acq. rer. domin.* Vid. Buſ. *ad d. l.* 25. §. 1. & Tim. Fabr. *diſp. anniverſ.* 14. *theſ.* 8.

Q. 24. *An malæ fidei poſſeſſor teneatur de fructibus perceptis & percipiendis?*

℞. Aff. de perceptis; ſive illos honeſtè percepit, ſive non. *l.* 1. *in fin. C. l.* 25. §. 4. *d. de petit. hered.* puta, ex lupanari. *l.* 27. §. 1. *d. eod.* vel injuriâ judicis. *l.* 46. §. 4. *D. de procur.* vel ſtultitiâ emptoris, cui res majori vel immodico fortaſſe pretio vendidit. Huc pertinet *l.* 3. *D. ad leg. Falcid.* quod & procedit, licet titulum poſſeſſionis habeat. *l.* 62. *in fin. D. de rei vind. l.* 10. §. 20. *D. de his qu. in fraud. cred.* & ex iis non ſit factus locupletior, vel conſumpti ſunt. *l.* 3. *C. de condict. ex leg.* At de percipiendis haud aliter tenetur, quam quos honeſtè percipere potuit. *l.* 33. *D. de rei vindic.* & cum heres in iis, quæ ex re & rei ſunt, abſolutè repræſentet defunctum, adeò ut in vicia rerum & malam fidem defuncti ſuccedat. §. *pen. Inſt. de uſucap.* etiam is, licet bonâ fide verſetur, eodem modo, quo prædeceſſor, tenetur. *l.* 11. *D. de diverſ. & temp. except. l.* 2. *in fin. C. de fructib. & lit. expenſ.* Obſtat *l.* 42. *D. Reg. Iur.* ℞. Id accipiendum de illis, quæ ex facto defuncti dependent, in quibus propter juſtam ignorantiam excuſatur.

Q. 25.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 25. *An Pictura cedat tabulæ?*

℞. PIcturam tabulæ cedere tradit Paul. *in l. in rem 25. §. ſed & id. D. de rei vindic.* Tabulam verò cedere Picturæ docet Gajus. *in l. quâ ratione. 9. §. ſed non uti. D. de adquir. rer. domin.* Cui ſe ſubſcripſit Juſtinianus. *in §. 34. D. de rer. diviſ.* At idem Gajus (quod notandum) domino tabulæ. Favet *lib. 2. Inſtit. tit. 1.* ut autem conciliatio afferatur, inter dominium directum & utile diſtinguendum eſt. Directum voco, quod à rigore ac ratione juris: utile, quod ab æquitate procedit. *Directum* domino tabulæ tribuitur. 1. Quia illud ante picturam habuit; quod ei ſine facto ſuo auferri non potuit. 2. Quia cedit unumquodque ei, ſine quo conſiſtere non poteſt. *d. l. 23. §. ſed & id. Vtile verò*, propter pretium & dignitatem artis, Pictori aſſignandum eſt. Obſtat, *Quod Gajus & Iuſtinianus in locis præalleg. Pictori directam, Domino verò tabulæ utilem rei vindicationem conceſſerint. Ergò ille directus, hic verò utilis eſt dominus.* ℞. Neg. conſeq. Pictor directam, dominus verò tabulæ utilem actionem habere dicitur, quia actio pictoris, quæ propriè utilis eſt, ſi ſc. ad effectum juris referatur, & comparetur cum actione ejus qui dominus eſt tabulæ, videatur habere rationem actionis directæ. Fund. quia actio, quæ datur domino tabulæ, ideò appellatur utilis, quia in eâ is non conſideratur abſolutè, ut dominus tabulæ, ſed ut talis, cui per æquitatem damni vitandi conſulitur con-

trà pictorem. Sic Pictor licet propriè habeat actionem utilem, hæc tamen directa appellatur: quia comparata cum utili actione ejus, qui dominus eſt tabulæ, directæ actionis naturam induiſſe videtur. Vid. *M. Aurel. Galvan. diſſertat. var. de uſufr. cap. 25. n. 13. ubi latè.* Et licet etiam Scriptura chartæ cedat, de Jure Romano. *§. 33. Inſt. de rer. div. moribus tamen, Si quis in chartâ aliena rationes ſuas, &c. meditationes ſcripſerit, ſcripturam non amittit, ſed vindicare eam poteſt à domino chartæ, cui inutilis eſt, & plurimum fortaſſe ſcribentis intereſt, eam cum aliis non communicari. Unde cum charta per ſcripturam alienam impoſitam quodammodo pereat, ſufficit, ſi ipſi æquè bona reddatur, aut æſtimatio ejus ſolvatur.* Vid. Grot. *lib. 2. manud. part.8. n. 5* Vinn. & Groenew. *ad d. §. 33.*

Q. 26. *An Theſaurus pertineat ad uſufructuarium?*

℟. NEg. Quia illorum intuitu, quæ non ſunt pars rei, & ex eâ immediatè ſive naturaliter non proficiſcuntur, planè eſt extraneus. Arg. §. 39. *Inſt. de rer. diviſ. adde text. in l. 7. §. 12. D. ſolut. matrim.* in quâ negatur marito, cui tamen omnes fructus cedunt. *l. ſi is qui. §. quod ſi. D. de acquir. rer. domin.* Obſtat, *Atqui lapidicina marito tribuitur. d. l. 7. §. 13.* ℟. hæc naturaliter ex re promanat: deinde non ipſa lapidicina, ſed ejus emolumentum & commodum duntaxat marito aſſignatur. Cum enim fructus rei dotalis perti-
neant

neant ad maritum, & lapidicina fundum reddat fructuoſiorem, non mirum, ſi & marmor cæſum mariti ſit. Ita quoque jus alluvionis, non verò ipſa alluvio, ad uſufructuarium refertur. Idem & de aliis lucris fortuitis, quæ ſunt pars rei, & ex eâ profluunt, eſt ſtatuendum. Vid. *l.* 9. *§.* 4. *D. de uſufruct.*

Q. 27. An Theſaurus in ſacro vel religioſo privato loco inventus cedat Inventori?

℟. Aff. *§. 39. Inſt. de rer. diviſ.* 1. Quia naturali æquitate id quod nullius in bonis eſt occupanti conceditur. At ille theſaurus (utpote donum fortunæ, *l. ſi is qui §. 1. D. de acq. rer. domin. l. ult. c. Theodoſian. de Theſaur.*) dicitur repertus in loco nullius. *§. nullius. Inſtit. eod.* 2. Quia cupiditas inhiandi rebus alienis non refrænanda eſt, ſi per eam nemo ingemiſcat ſe quid amiſiſſe. Obſtat *l. 3. §. pen. D. de Iur. fiſc.* ℟. Id de locis religioſis publicis ſive fiſcalibus, exaudiendum eſt: At nos de privatis tractamus. Romanis enim publica & privata ſacra fuiſſe in aperto eſt. *l. 9. D. ad leg. Iul. pecul.* Unde evaneſcit DD. diſtinctio inter æquitatem & rigorem Juris. Qui illam *d. §.* 39. Hunc *d. l. 3. §. pen. & ult.* attribuunt. Deinde *in d. l. ult.* de pecuniâ defoſſa in detrimentum Reipub. agitur, quæ tota cedit Fiſco. *l. 3. §. Neratius. 3. D. de acq. poſſ.* Hæc enim in Principis dominio habetur. Cum enim pecuniam ſepelire ſit prohibitum. *l. 4. §. pen. D.*

ad l. Iul. pecul. ea in commiſſum cadit, atque Fiſco acquiritur. *Quid verò juris circa theſauros moribus noſtris ſit, latè tractat* Groenew. *ad d. §. 39.*

Q. 28. *An, ut per traditionem acquiratur dominium, requiratur vacua poſſeſſio?*

℟. Aff. Venditor enim rem ſimpliciter tradendo non liberatur, niſi emptori rem à nemine detentam vel poſſeſſam tradiderit. *l.2. §.1. vacua poſſeßio. D. de act. empt. l.3. D. eod. l. Mævius. 66. §. Fundo legato.6. D.de leg.2. l. traditio.20. §. ult.D.de acq.rer. dom. l. 22. non videtur. D. de acquir. poſſ. l. 12. C. de probat.* Ratio, quia verè & directò per poſſeſſionem acquiritur dominium. *l. 1. §. 1. D. de acquir. poſſ. & ibi Bartol.* Connan. 1. *comm.* 8. Cujac. 11. *obſ.* 19. *&* 14. *obſ.* 9. Diſſent. Donell. 4. *comm.* 19. Gomez. *in §. ſed iſtæ. n.* 30. *Inſt. de action. & DD. communiter.* Obſtat *l.* 12. *§.* 1. *D. de acq. poſſ.* in verbis (*nihil commune habet proprietas cum poſſeßione.*) ℟. id procedit, ſi ſc. de utroque in abſtracto quæratur: rem enim vindicans non renuntiat ejus poſſeſſioni, poteſt enim deinceps agere, vel interdicto uti. *d. l. 2. §. 1.* at ſi de acquirendo dominio tractetur, ſecus eſt. *l. 8. C. eod.* Utrumque enim eſt res incorporalis; ex poſſeſſione deſcendit dominium; & per eaſdem perſonas acquiritur. *Inſt. per quas perſon. cuique poſſeſſ. & Inſt. per quas perſon.nob.acq.At ſtulta (ut ait Seneca) mortalium*

avaritia

avaritia proprietatem poſſeßionemque diſcernit. Qui verò fundum liberum vendidit, is non ſatiſfacit legi contractus, niſi emptori præter vacuam poſſeſſionem, liberam & expeditam quoque tradiderit ab omni ſervitute. *DD. in d. locis præalleg.*

Q. 29. *An pretium rei venditæ & traditæ jus prælationis habeat?*

℞. VEl venditor fidem emptoris eſt ſecutus (quod in dubio præſumitur. *Paul. de Caſtr. in l. Procuratores. §. plures. D. de trib. act. n* 3. Gail. 2. *obſ.* 15. *n.* 6.) & tunc ſive præſenti pecuniâ, (**om contant**) ſive non (**op dagh**) pretium illud ſit ſolvendum. Neg. Hoc enim caſu, neque rem apud emptorem aut alium extantem venditor vindicare poteſt, nec aliis creditoribus præfertur. *l. incivile.* 12. *C. de rei vind. l.* 16. *D. de in rem verſ. l. traditionibus.* 20. *C. de pact.* Obſtat *l. Iulianus.* 13. *§. offerri.* 8. *D. de action. empt.* ℞. Ibi agitur de re venditâ quam venditor nondum tradiderat. Quod dictio *pignus* ibi manifeſtè innuit. *l.* 238. *§.* 2. *D. de V. S.* At reſponſio negativa vera eſt; Niſi ante traditionem, vel in ipſo actu traditionis in re venditâ pro ſuo pretio expreſſe ſibi hypothecam reſervaverit. *l. procuratores.* 5. *§. planè.* 17. *D. de Trib. act. l.* 1. *§. ult. & l.* 2. *D. de reb. eor. qu. ſub. tut.* Neguz. *de pignor. part.* 5. *membr.* 2. *num.* 18. Gail. 2. *obſ.* 15. *n.* 7. tunc enim is omnibus emptoris creditoribus, etiam anteriorem expreſſam vel tacitam hypothecam habentibus, & quibus omnia ſua bona præſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tia & futura obligaverat, præfertur. Neguz *de pign. part.* 4. *Princ. n.* 33. *&* 34. Cujac. *in l. qui balneum.* 9. *D. qui potior. in pign. lib.* 8. *ad African. ſub fin. verſ. hodiè eſt magna quæſtio.* Idem dicendum, quandò venditor, in caſum non ſoluti precii, in re venditâ dominium retinuit, licet ſibi de hypothecâ non proſpexerit. Neguz. *d. tract. part.* 5. *membr.* 2. *n.* 18. Beneven. Stracha *de decoctor. part. ult. incip. qui potior. n.* 7. Fabian. *de Monte tract. de empt. vend. quæſt.* 5. *n.* 39. Dominium verò ſibi reſervaſſe venditor præſumitur, ſi fidem de precio non habuerit. Paul. de Caſtr. *in d. l.* 5. §. *plures. D. de trib. act.* Gail. *d. obſ. num.* 4. Vel venditor fidem de pretio non habuit, & Aff. *l. procuratoris.* 5. §. *ſed ſi dedi mercem.* 18. *D. de tribut. act.*

Q. 30. *Annon & in dubio ex circumſtantiis venditor dominium ſibi reſervaſſe præſumitur?*

℞. Aff. Puta, ex. gr. ſi dicat emptor; *Habeo pecuniam ad manus.* vel ſi res vendita ſit ea lege & conditione; *ut emptor pro pretio idoneos daret fidejuſſores. Vel quod emptori alienare rem venditam non liceat, antequam integrum pretium perſolverit. Vel ſi venditor ſperavit ſe precium rei ſtatim recepturum eſſe, & non recepit.* Tunc enim res dicitur inempta, & in bonis venditoris remanſiſſe, & ejus dominium nunquam in emptorem tranſlatum præſumitur: Unde merito omnibus creditoribus præfertur. *Uti ſi quis emptori doloſo rem vendidit, & habitâ fide*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

fide de pretio tradidit, qui jam ante, ceſsionem, vel fugam nequiter cogitaverat, vel ſtatim poſt celebratam venditionem, vel non diu poſt, foro cedit. Vid. Paul. de Caſtro *in l. procuratoris. 5. §. plures. D. de trib. act. n. 4.* Gail. *2. obſ. 15. n. 8.* Cœpoll. *Cautel. 124. n. 1.* Neguz. *de pign. part. 5. memb. 2. n. 9. ſub fin.* verſic. *dicta tamen deciſio bene fallit.* Idque non tantum procedit in iis, qui ſub ſpecie recipiendi pecuniam incontinenti, ſed & ad modicum tempus merces vendunt. Neguz. *d. n. 9. poſt. princ.* Carol. Molin. *in Conſuetud. Pariſ. tit. 1. de materia Feudali. §. 23. num. 17.*

Q. 31. *An obligatio pertineat ad ſecundum juris objectum?*

℟. Aff. 1. Quia eſt res incorporalis. §. 2. *Inſt. de reb. corp.* 2. Quia legari, vendi, &c. poteſt. 3. Quia bona creditoris auget, debitoris diminuit. *l. 10. 11. 12. l. bonorum. 49. D. de verbor. ſignif.* 4. Quia directò & principaliter in eâ de re vel facto, per remedium quod ipſa edidit, exigendo, tractatur, & id quod perſonæ eſt, non niſi incidenter acquiritur. *Princ. Inſt. de oblig.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de Rer. diviſ.* Vinn. *ad tit. de obligat. n. 2.* 1. obſtat, *Per obligationem perſona perſonæ adſtringitur. l. 3. D. de oblig. & act. l. 20. C. de pact. ergò ad primum juris objectum referenda videtur.* 2. obſtat, *Quod obligatio pariat actionem in perſonam. §. 1. Inſt. de action.* 3. obſtat, *Quod ratione obligationis quis debitor, aut creditor dicatur.*

℟. ad

℞. ad 1. Perſona perſonæ adſtringitur propter rem (ut ſc. quid detur, fiat, aut præſtetur) concedo. & ſic negatur conſequentia. Ut verò ſtatus, ſive conditio hominum, minuatur, nego. Et legum allegatarum ſententia eſt, quod per obligationem immediatè dominium non acquiratur, ſed cauſa duntaxat conſtituatur, per quam obligatus compelli poteſt ad præſtandum id quod debetur. Vid. §. 2. *Inſt. de donat. l.* 11. §. 2. *D. de act. empt.* ℞. ad 2. obligatio parit actionem in perſonam, ſc. ex ſtatu perſonæ, nego. Ex Facto (ſive illud ſit conventio, ſive maleficium) affirmo. Hâc enim ratione diſtinguitur ab actione in rem, quæ non ex facto, ſed ex Jure dominii orta eſt. ℞. ad 3. reſpectu rei, concedo. reſpectu qualitatis alicujus perſonalis, nego. Unde, licet olim obligando libertatem ſuam quodammodò quis imminuerit, id tamen lege Pætilia Tribunitia (quam Diocletianus dein renovavit *l.* 12. *C. de oblig. & act.*) ſublatum eſt.

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM OCTAVA,

Ad Tit. 3.4.5. Lib. 2. Inſtitut.

Q. 1. Annon ſint plures ſervitutes ruſticæ (quam Iter, Actus, Via, Aquæductus)?

℟. NEg. ſc. quæ directò & per ſe tales ſunt. 1. obſtat §. 2. *Inſt. de ſervitut. junct. l.* 1. §. 1. *D. de ſervit. præd. ruſt.* 2. obſtat *l. Mela.* 14. *§. quidam.* 3. *D. de alim. legat. ubi aquæ hauſtus, & pecoris ad aquam appulſus, inter ſervitutes perſonales recenſentur. Unde inter d. l. §.* 3. *& §.* 2. *Inſt. de ſervit. nonnulli antinomiam ponunt.* ℟. ad 1. Illæ non niſi per conſequentiam prædio ruſtico inſerviunt. i. e. perſonæ, vel pecori conceduntur, intuitu ſc. & occaſione fundi. Deinde diverſo conſiderandi modo, perſonales, vel reales (ruſticæ ſc. vel Urbanæ) ſervitutes ſunt. Perſonales, prout perſonæ; Urbanæ, prout habitationi; ruſticæ, prout fundo inſerviunt. *l.* 4. 5. *D. de ſervit. præd. ruſt.* ℟. ad 2. *in d. l.* de ſervitute, quæ perſonæ ſpecialiter eſt conſtituta: At *in d.* §. 2. de naturali rerum ordine tractatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. An Iter ſit ſervitus realis ruſtica?

℟. Aff. *Princ. Inſt. de ſervitut.* 1. obſtat, *Quod ſervitus itineris homini perſonaliter ſit conſtituta. d. princ. verb. (ambulandi hominis.* 2. obſtat *l.* 12. *§.* 1. *D. de uſu & habit. ibi perſonæ præſtatur.* 3. obſtat *l. ſervitutes.* 20. *§.* 1. *ſi domo. D. de ſervit. præd. Urb. ubi Urbano prædio debetur.* 4. obſtat *l.* 2. *§.* 2. *D. ſi ſervit. vindic. in verb. (iter, quod fruendi gratia fructuario præſtatur, non eſſe ſervitutem.)* ℟. ad 1. Nego. non enim perſonaliter homini ad vitam, ſed prædio illa ſervitus conſtituitur, eamque dominus prædii eundo, ambulando exercet. ℟. ad 2. & 3. cum enim ſervitutes diverſo reſpectu pro uſu ſuo, ac ratione ejus quod prædominatur, aliæ atque aliæ eſſe dicantur: non mirum, ſi & iter, diverſo reſpectu, pro perſonali & Reali ſervitute habeatur. ℟. ad 4. Iter ibi non ſimpliciter negatur eſſe ſervitus, ſed tunc tantum, cum proprietarius iter uſufructuario conceſſit. Non enim uſufructuario ſervitus à proprietario deberi poteſt: Sed ſi fundo ſervitus debeatur, ipſe fructuarius eâ utetur. *d. l.* 2. *§.* 2.

Q. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. *An Actus rectè definiatur (Ius agendi jumentum, vel vehiculum)?*

℞. Aff. *Princ. Inſtit. de ſervitut.* Hoc enim Jus ſpecialiter ſive formaliter ad actum pertinet. Obſtat *l. 13. D. de ſervitut. in quâ vehiculum Viæ adſcribitur.* ℞. Id non fit jure directo & formaliter, ex vi ſc. verbi, ſed ex conſequentia tantum. i. e. ex veriſimili paciſcentium voluntate, ſeu potius interpretatione. Omnia enim via habet, quæ Actus.

Q. 4. *An ſervitus Actus Iter quoque contineat?*

℞. Aff. *d. Princ. Inſt. de ſervit. l. 2. D. quem. ſervit. amitt. l. 1. D. de adim. leg.* ſc. non quidem Jure directò (tanquam diſtinctam ſervitutem) ſed ex conſequentia tantum. Cum actus & omnia illa habet, quæ iter. Fund. 1. *in l. non debet. 21. D. Reg. Iur.* 2. Quia licet prædii ſervientis conditionem leviorem facere, cum duo conjunctim cum graviore iſtius prædii incommodo nobis conceſſa ſint. *l. ſervitutes. 20. §. pen. ſtillicidium. D. de ſervit. præd. Urban.* Donell. 11. *comm. 6.* Duaren. 1. *diſput. anniverſ. 31.* Arum. *exerc. 5. theſ. 5.* 1. obſtat *l. 4. §. 1. D. ſi ſervit. vindic.* 2. obſtat *l. 11. §. 6. D. de except. rei judic.* ℞. ad 1. ſi Actus ſimpliciter ſpectatur, iter ſub

ſub ſe comprehendit. Secus verò, ubi ſpeciali conventione actum ſine itinere quis eſt conſecutus. Conventio enim dat legem contractui. *l*. 23. *D. R. I.* ℟. ad 2. Ibi agitur de eo caſu, quo quis ſpecialiter *Iter* petierat, non verò *Actum.* At qui iter petiit, cum poſteà Actum petat, aliud petit: unde & rectè dicitur, exceptionem rei judicatæ ceſſare.

Q. 5. *An aquæductus ſit ſervitus realis?*

℟. Aff. *d. Princ. Inſt. de ſervit.* Obſtat *l. Lucius Titius.* 37. *D. de ſervit. præd. ruſtic. ubi aquæ-ductus perſonæ debetur. At hoc cum ſervitutum realium naturâ, quâ unum prædium alteri ſervit, pugnat.* §. 3. *Inſt. d. tit.* ℟. *in d. l.* non jus ſervitutis realis, ſed uſus duntaxat Gaio Sejo aquæ ducendæ permiſſus erat: ut colligitur ex verbis (*uſus aquæ*) & ex verbis (*ad heredem Seii quaſi uſuarii tranſmitti non oportere.*) At uſus eſt ſervitus perſonalis. §. 1. *Inſt. de uſu & habitat.*

Q. 6. *An prædia, materiâ, an loco ſint diſtinguenda?*

℟. Materiâ. Quæ nihil aliud ſignificat, quam uſum, propter quem prædium aliquod extructum eſt. *ſic e.g. quod habitationi, voluptati, uſibuſque urbanis (licet ſit ruri) inſervit, urbanum vocatur. Quod verò uſui percipiendorum fructuum & agri (licet in*

in urbe ſit extructum) *deſtinatum eſt*, *ruſticum appellatur*. *§. 1. Inſt. de ſervit. prædior. l. 1. D. commun. prædior. l. 166. l. 198. D. de V.S.* 1. obſtat *l. 2. in princ. D. de ſervit. ruſtic. ubi ſervitutes ædificiorum* (*ut licere altius tollere*, *officere prætorio vicini*, *&c.*) *Neratius vocat ſervitutes ruſticorum prædiorum* : *ſi ſc. ædificia ruri ſint extructa.* 2. obſtat *l. eo jure. 4. §. ſtabula. 1. D. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. ubi ſtabulum dicitur eſſe prædium urbanum.* 3. obſtat *l. 2. D. de ſerv. præd. urb. ubi Area inter urbanas. & l. ult. §. 1. C. de ſervit. ubi inter ruſticas ſervitutes computatur.* ℟. ad 1. Illæ ſervitutes, pro diverſa prædiorum conſideratione quibus debentur, nunc ſunt urbanæ, nunc ruſticæ. Urbanæ, ſi prædio urbano inſerviant. *l. 1. 2. & ſeq. D. de ſervit. præd. urb.* Ruſticæ, ſi ruſtico prædio (i. e. vel fundo, vel ſtabulo, vel horreo) conſtitutæ ſunt. ℟. ad 2. Stabulum *in d. l.* non ratione ſervitutis, quæ illi impoſita eſt, ſed qua de cauſa taciti pignoris, quod domino tribuitur in invectis & illatis ab inquilino in prædium urbanum. *d. l. 4. in princ.* quæritur, urbanum prædium dicitur. ℟. ad 3. *in d. l. 2.* pro loco in ædibus vacuo: At *in l. ult. §. 1.* pro loco, in quo frumentum ruri excutitur, accipitur.

Q. 7. An Jus altius tollendi Ædes ſit ſervitus?

℟. DIſting. Vel quis poteſtatem altius ædificandi habet; vel quis cogitur altius ædificare. Illo caſu, Jus altius

tius tollendi eſt ſpecies libertatis in ædificante, ſed in eo qui pati cogitur, ut contrà ſtatutum, vel conſuetudinem, quis altius ædificet, ſpecies ſervitutis habetur. e. g. (*ædes meæ ſervitutem altius non tollendi debent ædibus tuis: poſtea à te conceſſo mihi jure, te invito, altius ædificandi: facultas hæc niti cenſetur ſolo Iure illius ſervitutis, quam ædibus tuis impoſuiſſe vidêris. l. ſi domus. D. de ſervit. urb.*) Poſteriori caſu, ſervitus in ædificante eſt. *l. 2. D. de ſervit. præd. urban. §. 2. Inſt. de action.* Obſtat, *Cujus eſt ſolum, ejus eſt cælum (h. e. Aër) l. 9. D. de ſerv. præd. urb. l. altius. 8. C. de ſervit. ergò naturalis libertatis jure unicuique licet etiam in infinitum ædificare.* ℞. Antecedens procedit, niſi iſti permiſſioni naturali per ſtatutum, quo non licet altius, invito vicino, ædificare, derogetur, vel non adſit pactum, quo quis compellitur altius tollere. Vid. Gail. 2. *obſ. 69.* Donell. 11. *comm. 5.* Coraſ. *ad l. 1. n. 14. D. de ſervitut.*

Q. 8. *An qui* ſervitutem oneris ferendi *debet, teneatur reficere rem onus ſuſtinentem ad modum ſervitute comprehenſum?*

℞. Aff. *l. eum qui. 33. D. de ſervit. præd. urban. l. & ſi. 6. §. etiam. 2. l. 8. §. 2. D. ſi ſervit. vindic.* Obſtat, *Quod non ea ſit ſervitutum natura (ut Pomponius ait) ut quis aliquid in ſuo faciat, ſed ut aliquid patiatur, aut non faciat. l. 15. §. 1. D. de ſervitut.* ℞. 1. Id

Id ſpecialiter in hâc ſervitute eſt receptum. 2. Licet hæc ipſa ſervitus non ſit ad factum directò & principaliter; quia tamen paries vel columna eſt domini prædii ſervientis, ex conſequentia uſus illius ſervitutis, ipſe quoque eam reficere tenetur: Ne alioquin & optima ipſius foret conditio, ſi dominus prædii dominantis domum ipſius extrueret.

Q. 9. An ſervitus altius non tollendi, ſit diſtincta à ſervitute, *ne luminibus officiatur?*

℟. Aff. §. 1. *Inſt. de ſervit.* 1. Quia viridariis lumina obſtruuntur. *l. ſi arborem.* 17. *D. de ſervit. præd. urban.* 2. Quia & per depreſſionem quis luminibus interdum officit. *d. l.* 17. *§. interdum.* 2. at hiſce modis non peccatur contrà ſervitutem, *altius non tollendi.* Obſtat, *Atqui per ſublationem ædium luminibus officitur. l.* 4. *D. de ſervit. præd. urb.* ℟. Per ſervitutem (*ne luminibus officiatur*) id jus alicui acquiſitum eſt, ut non liceat vicino altius ædificare, ſc. ſi luminibus id obeſſet. Diſſent. Donell. 11. *comment.* 15. Cujac. 17. *obſ.* 35.

Q. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 10. *An* ſervitus luminum *diſtinguatur à ſervitute*, ne luminibus officiatur?

℞. Aff. 1. Quia per ſervitutem luminum vicinus feneſtras, vel in communem, vel in ſuum parietem quis recipere cogitur, ut cælum quod ſupra nos eſt intueri liceat. *l.* 4. *l. lumen.* 16. *D. de ſervit. præd. urb.* At ſervitus (*ne luminibus officiatur*) non tantum à proximis, ſed & remotioribus debetur. 2. Quia in *ſervitute luminum* agitur ad hoc, ut obſtaculum removeatur. At in ſervitute (*ne luminibus officiatur*) agitur ad hoc, ne ullum obſtaculum objiciatur. Breviter; licet utraque ſervitus ſpectet ad lumina, non tamen id fit eodem modo. Hotomann. 2. *amicabil.* 5. Cœpolla *de ſervit. præd. urban. cap.* 35. *& ſeq.*

Q. 11. *An, Servitute non conſtitutâ, liceat aperto pariete ibi feneſtram habere?*

℞. Aff. Unicuique enim quod libet in ſuo facere licet. *l. ſi in meo.* 21. *D. de acqu. & aq. pluv. arcend.* Accedit, quod cæli, ſive aëris naturaliter quædam ſit communio. *l.* 1. *l.* 24. *D. de ſervitut. præd. urban.* Donell. 11. *comm.* 5. Connan. 4. *comment.* 10. Diſſent. Cujac. 1. *obſ.* 31. Duar. 1. *diſput.* 33. 1. obſtat *l.* 40. *D. eod. eos* (*inquit Paulus*)

lus) *qui* Jus luminis immittendi *non habuerunt, aperto pariete communi, nullo jure feneſtras immiſiſſe.* 2. obſtat, *Quod nemini per ſuum alteri nocêre ſit permiſſum.* 3. obſtat, *Quod moleſtum ſit pati debere proſpectum alterius. Cum juxtà Xenocratem nil differat, pedes an oculos quis in alienam domum immittat.* ℟. ad 1. Ibi agitur de pariete communi, in quo uni ex ſociis nil juris competit invitis reliquis. *l. 26. D. eod.* ℟. ad 2. Nemini nocet qui jure ſuo utitur. Accedit, quod vicinus, qui id ferre non vult, ei ædificium, vel aliud quid opponere poſſit. ℟. ad 3. Obſtruat: quod ni fecerit, tacitè videtur conſentire.

Q. 12. *An ſervitus Realis ſine prædio conſtitui poſſit?*

℟. MInimè. *§. 3. Inſt. de ſervitut. l. 1. §. 1. D. commun. præd.* nec enim adjunctum ſine ſubjecto ſubſiſtere poteſt. *l. nihil. 19. §. 1. D. R. I.* adde, quod nemo poſſit debere ſervitutem, niſi prædium habeat, unde debeat. 1. obſtat *l. 23. §. 1. D. de ſervit. præd. urb. ubi ſtatuitur, quod futuro ædificio, quod nondum eſt, imponi, vel acquiri ſervitus poſſit.* adde *l. Labeo. 10. D. de ſervit. præd. ruſtic.* 2. obſtat *l. fundum. 46. §. ſi per alienum. 1. D. de eviction. ubi viam quem promittere poſſe dicitur, licet fundum non habeat.* ℟. Id tacitam ſub ſe conditionem habet hanc, *cum ſc. ædificium extructum fuerit.* Acquiſitio enim, cujus ibi mentio ſit, futurum tempus reſpicit. Unde rectè à non-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

à nonnullis diſtinguitur inter *conſtitutionem* & *promiſsionem.* Ut illa *in d. l.* inutilis ſit, hæc verò non utique.

Q. 13. *An Vaſallus in re Feudali alicui conſtituere poſſit ſervitutem?*

℞. NEg. 1. Quia feudum alienare non poteſt. *l.* 2. *Feud. tit.* 52. & 55. At ſervitutis impoſitio alienationis nomine continetur. *l. fin. C. de reb. alien. non alienan.* 2. Quia per ſervitutem haud parum fundi libertas imminuitur. Verum diſtinctio in hoc caſu placet, ſc. quod vaſallus ſervitutem conſtituendo in re Feudali, ſibi, non verò domino nocêre poſſit. Unde, donec Feudum tenet, vaſallo obeſſe poteſt ſervitutis conſtitutio; minimè verò domino, licet per longa tempora ſervitus perſeveravit. *C. unic. de Inveſtitur. de re alien. fact.* Vult. 1. *de Feud. c.* 10. *n.* 40. Valentin. Guilielm. Forſter. *diſput.* 7. *theſ.* 10.

Q. 14. *An interitu rei ſervitus realis amittatur?*

℞. NEg. Unde ſublato ædificio, cui ſtillicidii immittendi ſervitus debetur, eoque poſteà reſtituto, eadem ſervitus debebitur. *l. ſervitutes.* 20. *§. ſi ſublatum.* 2. *D. de ſervit. præd. urb. l.* 14. *D. quem. ſervit. amitt.* Ratio, quia res eadem eſt propè aream, quæ

quæ manſit, licet formâ domus mutata fuerit. Obſta, *Atqui ſervitus eſt jus in corpore, quo ſublato, & jus ei inhærens tolli, neceſſe eſt.* ℟. illud in ſervitute perſonali procedit. *Princ. Inſt. de uſufr.* non autem in reali. Ratio differentiæ, 1. Quia uſufructus eſt pars dominii. *l. 4. D. de uſufruct.* quo ſemel amiſſo, ſolo facto, ſine contractu præcedente, illud non transfertur. *l. 20. C. de pact.* At ſervitutes realis pars dominii non ſunt. 2: Cum uſufr. legatus invidioſus ſit, ſecũ trahens omnia prædii emolumenta & obventiones: ſervitutes è contrà reales utilitatem afferant eas habenti abſque magno alterius incommodo, interdum etiam cum utilitate. (ut ſi fortaſſe per meum ſtillicidium ciſterna vicini impleatur, vel aquâ pluvia ad alios uſus egeat in areâ ſuâ.) Hinc, ne diu proprietas domino inutilis foret, interitu rei, uſufructus perit. *l. 3. D. de uſufruct.* At ſervitus Realis propter diverſam rationem, re extinctâ, non extinguitur. Vid. Donell. 11. *comm.* 11. *in fin.* Coſtal. *ad d. l.* 20. §. 2. Diſſent. Weſemb. *in paratitl. D. quemadm. ſervit. amitt. n. 4.*

Q. 15. An uſufructus in Cauſalem & Formalem rectè dividatur?

℟. MInimè. Coraſ. 5. *miſc.* 3. Connan. 4. *comment.* 3. Schotan. *in Exam. jurid. ad tit. de uſufruct.* uſufructus enim (propriè ſc. acceptus) non eſt alius, quam formalis. 1. Quia uſufructus eſt *ſervitus*, i. e. jus, re alienâ utendi fruendi, &c. *Princ. Inſt. de uſufruct.* at *cauſalis* propriæ rei

eſt. 2. Quia nemini res ſua ſervit. *l. uti frui.* 5. *D. ſi uſuſf. pet.* *l. jure communi.* 26. *D. de ſervid. præd. urb.* Unde ſtatuendum, diviſionem uſusfructus in cauſalem & formalem non eſſe generis in ſpecies, ſed tantum termini æquivoci in ſua æquivocata. Qualis (e. g.) eſt diviſio Canis, in animal domeſticum & Sydus cæleſte: & Tauri, in animal & Montem. *Formalis* uſusf. eſt, qui à proprietate eſt ſeparatus: atque ita dictus, quod certam & diſtinctam ab eâ formam habeat. §. 1. *Inſt. de uſufr.* *Cauſalis* verò definitur, *jus utendi fruendi rebus ſuis.* Ita enim nuncupatus à cauſa proprietatis, cum quâ eſt conjunctus & unitus. Apud quem enim eſt proprietas, apud eundem eſt uſusfructus rei. 1. obſtat *l.* 4. *D. de uſufr. ubi uſusfr. pars dominii dicitur.* 2. obſtat *l. ſi cum argentum.* 21. §. 3. *ſi fundum. D. de except. rei judic.* *l. ſi à reo.* 70. §. *ſi à reo.* 2. *D. de Fidejuſſ.* ℟. ad 1. Uſusfructus eſt pars dominii, pleni ſc. in quo eſt uſusfruct. concedo. Nudi, à quo uſusfructus alteri conſtitutus ſeparatur. Nego. *l.* 25. *D. de verb. ſign.* Deinde, non reſpectu corporis, ſed pretii rei (i. e. quà & emolumentum ſpectatur) rectè pars dominii appellatur. ℟. ad 2. Uſusfructus *in d. ll.* non propriè, pro ſervitute perſonali, accipitur; ſed impropriè, pro emolumento & commodo, quod quis ex re ſuâ trahit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 16. *An quaſi uſusfructus non tantum ultima voluntate, ſed & inter vivos, pactis & ſtipulationibus conſtituatur?*

℞. Aff. 1. Quia verus uſusfruct. ita conſtituitur. *§. 1. Inſt. de uſufr.* & ad ejus exemplum Senatus quaſi uſumfruct. admiſit. *§. conſtituitur. 2. Inſtit. eodem.* 2. Quia ratio diverſitatis dari non poteſt, cur id magis in vero, quam in quaſi uſufructu receptum foret. 1. obſtat, *Quod mutuum videatur.* 2. obſtat *d. §. 2. ubi verbo (legandi) utitur Imp.* ℞. ad 1. Nego. Conventio enim dat legem contractui. *l. 23. D. de Reg. Iur.* ℞. ad 2. Id non eò tendit, ac ſi uſusfr. inter vivos non conſtitueretur, ſed quod, ut plurimum, in ultima voluntate relinquatur. Obiter hîc obſervandum; quod, cum pacto conſtitui dicatur uſusfr. id ſit interpretandum, ſc. quod non immediatè, ſed mediatè, ſive virtute cauſæ validæ, quæ ex contractu oritur, proprietarius cogi poſſit ad uſumfruct. conſtituendum. Immediatè verò haud aliter conſtituitur, quam per patientiam proprietarii permittentis uſufructuario re utifrui. Quæ patientia vice traditionis fungitur. *l. fin. D. de ſervitut. l. 1. §. fin. D. de ſervit. præd. ruſtic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 17. *An cautio ſit de ſubſtantia uſusfruct.?*

℞. MInimè; idque ſive verus, ſive quaſi uſusfructus petatur. 1. Quia ante eam uſusfruct. ſubſiſtit. *l.* 5. §. 1. D. *de uſufruct. ear. rer.* 2. Quia nonnullis perſonis illa cautio remittitur. ut (e. g.) Fiſco. *l.* 1. §. 18. *D. ut legat. ſerv. cauſ. cav.* Patri, in bonis adventitiis filiorum. *l. ult.* §. 4. *verſic. hoc procul dubio. C. de bon. qu. liber.* Donatori, qui proprietatem reſervato uſufructu donavit. *arg. l.* 28. D. *R. I. l.* 7. *D. ut legat. nom. cav.* Pinell. *in l.* 1. *p.* 2. *n.* 78. *C. de bon. matern.* Fachin. 8. *controv.* 43. Obſtat *l.* 1. *C. de uſufr.* ℞. ex *d. l.* non colligitur, quod uſusfructus ſine cautione non ſubſiſtat, ſed, *ſi proprietarius velit*, quod neceſſariò iſthoc caſu præſtanda ſit. Suum enim non facit uſufructuarius, quod abſque voluntate heredis percepit, aut exegit; vel offerenda, *ſi proprietarius non præſtet uſumfructum.* At ſi cavêre non poſſit, nec heres remittere velit, ei ſuccurrendum eſt, & ſufficit cautio juraroria, modo uſufructuarius ſit homo frugi, nec periculum ſubſit dilapidationis. *Auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cleric.* Arg. *l.* 7. *D. de reſtit. in integr.* Alias poterit proprietarius rem retinêre, vel alteri eam locare, ut fructus præſtentur uſufructuario. *An verò teſtator, ſicut heres, cautionem prædictam remittere poßit?* non videtur. Ratio diverſitatis, quia teſtator occaſionem delinquendi præbet. At heres, ad cujus ſecuritatem cavetur, eam remittendo, ſuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſuum duntaxat commodum negligit. 1. obſtat, *Quod vox teſtatoris pro lege ſit ſervanda. l. 1. C. de SS. Eccleſ.* 2. obſtat, *Quod teſtator poßit totum uſumfr. convertere in proprietatem.* ℞. ad 1. Id verum eſt, ſi legibus non repugnat. *l. 55. D. de leg. 1. Novell. 1. in præfat. §. 1.* at obſtat *d. l. 1. C. de uſufr.* ℞. ad 2. à majori ad minus valet argum. ſc. cum eadem utriuſque eſt ratio.

Q. 18. An is cui legatus eſt uſusfructus omnium bonorum, etiam teneatur exolvere omne æs alienum defuncti?

℞. NEquaquam. Covarruv. 2. *variar. reſolut.* 2. *n.* 4. Gail. 2. *obſ.* 146. Ab herede enim onera hereditaria ſunt ſolvenda. *l. pacto. C. de pact. §. 1. Inſt. de oblig. ex quaſ. contr.* Unde, ne heres interim oneretur uſuris, & uſufructuarius ab eo, quod proprietarii, ſive heredis eſt, liberetur, conſultum, ut heres omne debitum exolvat ex hereditate, & ejus quod ſupereſt dein præſtet uſumfructum. 1. obſtat *l. 10. D. de Reg. Iur. ſecundum quam, cum ad uſufructuarium pertineat omne commodum, etiam ad eundem omne incommodum pertinere debet.* 2. obſtat, *Quod calendarium (quod eſt codex privatarum rationum debita & credita recipiens) ſpectet ad uſufructuarium. l. uxori meæ. 37. D. de uſu & uſufr. leg.* ℞. ad 1. uſufructuarius d. regulæ ſatisfacit, ſc. eo modo ſuſtinendo onera, quo ſentit commoda. Quocircà onera realia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

quæ præſtantur à re, vel occaſione rei, ad ipſum pertinent. uti vectigalia, aliaque tributa. *l.* 7. §. 2. *l.* 27. §. 3. D. *de uſufruct.* At cum ipſum patrimonium & proprietas heredis ſint, non eſt iniquum, ut hic ſolus ob debita defuncti, quem repræſentat, conveniatur. Accedit, quod & uſufructuarius ultrà id quod recipit non eſt gravandus: quod eveniret, ſi omne æs alienum ab eo eſſet ſolvendum, & ipſe non niſi ejus quod reliquum eſt uſumfructum conſequeretur, ſpectante proprietate ad heredem. ℟. ad 2. non ipſum calendarium, ſed calendarii uſusfructus, i. e. ejus quod debitis ſolutis ſupereſt, ad uſufructuarium pertinet. *d. l.* Summa eorum, quæ dicta ſunt, eſt: *ut, uſufructu omnium bonorum relicto* nil præter debita ſit deducendum, niſi liberi fortaſſe in proprietatem ſint inſtituti. *Novell.* 18. *c.* 3. cum iis legitima, non tantum in proprietate, ſed & in uſufructu, libera relinquenda eſt. *Auth. noviſſima. C. de inoffic. teſtam.* Obſtat, *Quod non niſi uſusfructus dodrantis poſſit legari. l. omnium bonorum.* D. *de uſufruct.* ℟. Id *d. l.* non indicatur: ſed, quia falcidia ſalva eſſe debet, quod uſusfructus excedere nequeat dodrantem hereditatis, quod accideret, ſiquidem quis pluribus perſonis vel gradibus uſumfruct. legaſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 19. *An veſtimenta ad quaſi an ad verum uſumfructum pertineant?*

R. NOn eſt, quod pugnantiam ſtatuamus inter *l. 15. §. 4. D. & §. 2. Inſt. de uſufruct.* Unde omiſſis iis, quæ à DD. adferuntur, amplecti lubet ſententiam D. Schotani *in Exam. jurid. ad tit. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſum.* ſic diſtinguentis: aut conſtat de voluntate teſtatoris, aut non. Priori caſu, ea controverſiæ finem imponit. Unde ſi is voluerit eſſe verum, ſit verus. *d. l. 15. §. 4.* ſi quaſi, ſit quaſi. *d. §. 2.* Poſteriori caſu, diſtinguendum inter qualitatem veſtium. Vel enim ſunt tales, quarum uſus eſt rariſſimus, ut ſunt ſcenicæ, & ſimiles. Vel quarum uſus eſt quotidianus. Illo caſu, verus eſt uſusfructus; Unde poſſunt locari, licet defunctus eas tantum commodare ſolêret. *d. l. §. 5.* uti & attritæ reddi poſſunt. *l. 9. §. 3. D. uſufruct. quem. cav.* Hoc verò caſu, quia conſumuntur, earum quaſi eſt uſusfructus. *d. l. 15. §. 4 5. junct. §. 2. Inſt. de uſufruct.* ſi tamen verus uſusfruct. etiam ſit relictus in quotidianis, eas non locabit uſufructuarius. *d. l. 15. §. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 20. *Cum res fructuaria reſtituenda eſt, an habenda ratio pretii, quod eſt tempore finiti uſusfructus? an quod fuit, cum uſusfructus conſtitueretur?*

℞. Diſting. Vel de quaſi uſufructu quæritur, vel de vero. Illo caſu, pretium, quod erat tempore conſtituti uſusfruct. ſpectatur. *§. 2. Inſt. de uſufruct.* niſi æſtimatio foret omiſſa; tunc enim tantum eſt reſtituendum, quantum arbitrio boni viro ſufficiet. *arg. l. 22. §. 1. D. de Reg. Iur.* At hoc caſu, ratio habetur pretii, quod eſt tempore finiti uſusfructus. Si ſc. nihil malâ fide ſit commiſſum. *l. 9. §. 3. junct. l. 1. D. uſufruct. quem. cav.* Nec obſtat *Princ. Inſt. de uſufr. ubi ſalva eſſe debet ſubſtantia.* Quia & ſalva res eſſe dicitur, ſi nihil ex eâ per dolum vel culpam eſt imminutum.

Q. 21. *An uſusfructus pignori dari poſſit?*

℞. Aff. 1. Per *l. ſi is. 11. §. uſusfructus. 2. D. de pignor.* 2. Quia uſusfructus vendi poteſt. *§. 1. Inſt. de uſu & habit.* ergò oppignorari. *d. l. 11. §. 2.* 1. obſtat *d. l. 11. §. fin.* 2. obſtat *l. 6. C. de uſufruct.* 3. obſtat, *Quod perſonalia perſonis inhæreant, nec ad alios transmitti poßint.* ℞. ad 1. Ibi agitur de ſervitutibus realibus; hæ enim ipſo jure, ſive directò,

directò, ſimpliciter & abſolutè oppignorari non poſſunt, licet propter utilitatem, certo ſc. modo interdum id receptum ſit. *l. ſed an.* 12. *D. eod.* Unde e. g. in hiſce valet pactio, ut creditor, donec pecunia ſoluta ſit, ſervitute poſſit uti, & ſi pecunia ſuo tempore non ſolvatur, ea poſſit divendi vicinis, vel ipſi creditori, ſc. ſi talis ſit ſervitus, quæ ad vicinum pertinere nequit. Argument. *l.* 3. §. 3. *& ſeqq. C. de jur. domin. impetr.* Quod tam in ruſticis, quam in urbanis prædiis procedit. *d. l.* 11. §. *fin. junct. l. ſeq.* ℞. ad 2. Verum eſt, uſufructuarium proprietatem pignorare non poſſe, cum hæc ad proprietarium pertineat. *d. l. 6.* ℞. ad 3. Uſufructu vendito, non tranſit id quod perſonale eſt, ſed ſola utilitas & jus percipiendi fructus, quæ penes uſufructuarium fuit, manente ſervitute in perſonâ uſufructuarii radicatâ. Quapropter, ſi emptor moriatur ſuperſtite venditore, æquè durabit uſusfructus apud heredes emptoris. Vid. Gothofr. *in not. ad l.* 11. §. *fin.* & Schotan. *in exam. jurid. ad tit. D. quæ res pign.*

Q. 22. *An qui uſumfructum habet, ædificium extruere poſſit?*

℞. NEg. *l.* 7. §. 1. *in verbis (ſicut nec areæ uſufructu legato, poteſt in area ædificium poni.)* Fund. quia uſufructuarii eſt ſolum, tueri quod accepit, non novum ad inhabitandum ædificare. Atque adeò, nec inchoatum conſummare, nec tectorium imponere poteſt, *l.* 61. *junct. l.* 44. *D. eod.* Nec obſtat

l. ſi areæ. 73. D. eod. ubi caſam cuſtodiæ cauſâ poteſt ædificare. ℟. Specialiter hoc eſt conceſſum uſufructuario, ut ſi ad fructus percipiendos ei opus ſit ædificio, illud extruere poſſit, non verò ſi habitationis cauſa domus ei neceſſaria ſit.

Q. 23. *An Ædibus, quarum uſusfructus eſt relictus, in totum ſublatis, pereat uſusfructus areæ?*

℟. Aff. Quia uſusfruct. eſt jus in corpore, quo ſublato, & ipſum jus tollitur. *Princ. Inſt. de uſufruct. l. 5. repeti. §. pen. & ult. l. quid tamen. 10. §. 1. D. quib. mod. uſusfruct. amitt.* Schneidw. *ad §. pen. Inſt. de uſufruct. n. 10.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. quib. mod. uſusfruct. amitt.* 1. obſtat *l. 29. §. domus. 2. D. de pign. ubi domo pignori datâ exuſtâ perſeverat pignoris perſecutio in areâ.* 2. obſtat *l. 98. §. aream. 8. circa medium. D. de ſolut. ubi area maxima ſive potiſſima pars ædium dicitur.* 3. obſtat, *Quod Fundi, vel ſoli, in quo villa eſt extructa, duret uſusfruct. villâ ſublatâ.* ℟. ad 1. à Pignore ad uſumfruct. non valet conſequentia. Ratio diverſitatis, cum enim per pignus non jus emolumenti (ut in uſufructu) ſed jus in re, quod proprietatis eſt, directò ad ſecuritatem conſtituatur, non eſt mirum, ut difficilius quoque amittatur quam uſusfructus. ℟. ad 2. Area cenſetur pars ædium, dum ſc. conſtant, non verò ſi ſolutæ ſint. ℟. ad 3. Ratio differentiæ eſt, quia villa habet ſe per modum acceſſorii; At hoc ſublato principale non tollitur. *l. 169. D. R. I.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

D. R. I. At Area ſe habet per modum principalis. *d. l.* 98. §. 8.

Q. 24. An verum eſt, quod proprietatis dominus, ne quidem conſentiente fructuario, ſervitutem imponere poſſit l. ſed ſi. 15. §. fin. in fin. D. de uſufr.?

R. EMendatio aut expunctio non eſt admittenda, ſi ulla ratio legis explicandæ poſſit addiberi. Unde dicendum, Ulpiani reſponſum vires habêre, ſi per ſervitutem impoſitam conditionem fructuarii non reddiderit deteriorem. *l.* 16. *d. eod.* in quâ explicatur & reſtringitur, quod nimis generaliter *in d.* §. *fin.* proponitur.

Q. 25. Quo tempore exſpirat uſusfructus Eccleſiæ vel Reipub. relictus?

R. SPatio centum annorum. *l.* 56. *D. de uſufruct.* quod longiſſimum tempus vitæ humanæ nuncupatur. Donell. 10. *comm.* 7. Schneidw. *ad* §. *pen. Inſt. de uſufr. n.* 4. niſi ea univerſitas ante fuerit ſublata. Licet enim ea mori non poſſit, mortua tamen intelligitur, ſi deſinat, eò quod aratrum paſſa ſit. Vid. *l.* 21. *d. quib. mod. uſusfruct. vel uſus amitt.* At ſi per tempus ſit deſerta, jus priſtinum retinetur, vel recuperatur. Obſtat, *Quod annuum legatum civitati vel Templo relictum, in perpetuum debeatur. l.* 6. *annuam. d. de annuis legat. junct.*

l. 20. *in fin. d. eod. at hoc comparatur legato uſuſfructus. l.* 8. *in princ. d. eod.* ℟. annuum legatum comparatur quidem legato uſusfruct. ſed non ſimpliciter in omnibus, ſed ſecundum quædam tantum. *d. l.* 8. Et ratio, ob quam aliter ſe res habet in uſufructu, quam in annuo legato, datur; ne proprietas alioquin ſemper inutilis foret. Nec obſtat, *Quod annuum legatum univerſitati relictum non ſit perpetuum. l. legatum.* 4. *in fin. d. de admin. rer. ad civitat. pertinent.* quia *in d. l.* ibi ad uſum inhoneſtum relictum erat.

Q. 26. An, ſi capite deminutus ex indulgentia generali poſtea regrediatur, recuperet uſumfructum per capitis deminutionem amiſſum?

℟. MInimè. *l.* 2. 4. 5. 7. 8. 9. *C. de ſentent. paſſ. & reſtitut.* Jaſon. *in l.* 15. *n.* 89. *d. de uſuc.* Dec. *conſil.* 621. obſtat §. 1. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. in fin.* ℟. Id procedit in pænalibus, & in iis, quæ ſolum concernunt reſtitutum, & aliis acquiſita non ſunt. Non enim beneficium concedendum eſt cum injuriâ alterius. Nec enim inde injuriarum occaſio naſci debet, unde jura naſcuntur. *l.* 6. *C. unde vi.*

Q. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 27. *An propter abuſum extinguatur uſusfructus?*

℞. CUm juſtus uſus ex officio uſufructuarii ei generaliter injuncto dependeat, & ob id actio de cautione, ſive ex eâ *l. 1. princ. & §. 1. D. uſufruct. quemad. cav.* introducta ſit, negantibus adſtipulandum eſt: niſi fortaſſe damnum gtave, quo ſubſtantia rei tollitur, ab uſufructuario inferatur. *arg. auth. in rem. C. de SS. Eccleſ.* Obſtat *§. pen. Inſt. de uſufruct. ubi finiri dicitur uſusfructus, non utendo per modum & tempus. ergò propter abuſum.* ℞. neg. conſequentia. Aliud enim eſt, abuti re; aliud, non uti ad modum à teſtatore præſcriptum, qui loco conditionis eſt. *l. 1. 2. C. de his qu. ſub. mod.*

Q. 28. *An uſusfructus amittatur, ab uſufructuario ejus ceſſione extraneo factâ?*

℞. MInimè. *§. 3. Inſt. de uſufruct.* verbis (*nihil agitur*) *l. 12. §. 2. l. 63. D. eod.* Ratio, cum enim jus, quod habet, ipſius perſonæ cohæreat, & cum ea extinguatur, nil impedit, quo minus commoditatem cuivis cedere poſſit, remanente jure in perſonâ uſufructuarii ſalvo, Contius 1. *diſp.* 12. Joann. del Caſtillo. *de uſufructu. cap. 69. n.* 12. Schneidw. *ad d. §. 3. n.* 8. 1. obſtat, *Quod ſi uſusfruct. extraneo cedatur, omninò aliquid actum ſit. l. ſi uſusfructus:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

fructus. 4. *D. de novat.* 2. obſtat *l. 66. D. de Iur. dot.* in verbis (*& ſi extraneo cedatur, i. e. ei, qui proprietatem non habet, nihil ad eum tranſire, ſed ad dominum proprietatis reverſurum uſumfruct.*) 3. obſtat, *Quod indignus ſit beneficio, qui ad alium illud transferre voluit.* ℞. ad 1. Quod quis cedendo extraneo de facto quidem aliquid agat, at de ordine Juris, nihil. Deinde, *in d. l.* 4. ceſſio facta eſt conſenſu utriuſque partis, & maximè debitoris. ℞. ad 2. Senſus eſt, uſumfr. ad dominum proprietatis reverſurum, non ſtatim, ſed tunc, cum ſc. ſuo tempore finitus fuerit. ℞. ad 3. Quod per ceſſionem jus ſuum perſonale non tranſtulerit uſufructuarius, cum hoc caſu ipſemet adhuc uti frui rectè dicatur. *d. l.* 12. §. 2.

Q. 29. *An ſicut uſus eſt ſine fructu, ita quoque uſusfructus ſine uſu eſſe poſſit?*

℞. NEg. Impoſſibile enim eſt, ut quis non utatur, cum frui poſſit. Huc pertinet *l.* 21. *D. de Reg. Iur.* Obſtat, *Quod pugna videatur inter l. per ſervum.* 14. §. 1. *uſusfructus. & §. ult. D. de uſu & habit.* ℞. Vel uſufructuarius ſimpliciter conſideratur: vel comparatè, ratione ſc. alterius. Priori caſu, nego. *d.* §. 1. Poſteriori, Affirmo. *d.* §. *ult.* ut ſi fortaſſe in uno plenus uſusfruct. in altero ſolus uſus ex fructu deductus conſtitutus ſit. Cujac. 8. *obſ.* 9. Connan. 4. *comm.* 5.

Q. 30. *An uſuarius ædes alteri poſſit locare?*

℞. NEg. §. 1. *Inſt. de uſu & habit.* Ratio, cum enim alia aliorum ſit neceſſitas, uſus alteri conceſſus, eſt novus, & planè alius in perſonâ extranei. At ſolius utentis neceſſitas in uſu ſpectatur: qui proinde individuus dicitur: quemadmodum neceſſitas & indigentia perſonæ eſt individua. *l. uſus pars.* 19. *D. eod.* at ſecus ſe res habet in uſufructu, quia is alteri conceſſus, idem eſt, qui fuit penes concedentem. Unde & dividuus eſt. *d. l.* 19. Obſtat §. *pen. Inſt. eod. ubi habitatio poteſt locari. Ergò & uſusf. l.* 10. *D. eod.* ℞. neg. conſeq. quia id ſpeciali jure amplius licet in habitatione. *per d. l.* in verbis *(effectu idem* penè *eſt legatum uſus & habitationis.)* Fund. quia relictâ alicui habitatione, & rei, & neceſſitatis perſonæ habita eſt ratio. Unde in facto conſiſtit, ut non interſit, per ſe quis, an per alium habitet. Accedit, quod & ea quæ ſunt facti, rectè per alium præſtentur. Obſtat, *Atqui uſuarius inquilinum recipere poteſt. l.* 4. *D. eod. ergò uſus non eſt ſervitus perſonalis.* ℞. neg. conſeq. Antecedens procedit, ſc. ſi ipſe uſuarius inhabitet. *d. l.* Deinde, uſus eatenus eſt ſervitus perſonalis, quatenus uſuarius re honeſtè uti poteſt, etiam cum aliis. Unde mulier, cui uſus ædium legatus eſt, hoſpitem, qui honeſtè cum eâ habitat, recipere non prohibetur. *l.* 7. *D. eod*

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM NONA,

Ad Tit.6.7.8.9. Lib.2.Inſtitut.

Q. 1. *An uſucapio ex æquitate naturali ſit toleranda?*

℟. AFfirm. 1. Quia nil tam conveniens eſt naturali æquitati (quæ eſt lex à naturâ mentibus humanis de juſto ac injuſto inſculpta) quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam habêri. *§. per traditionem. 40. Inſt. de rer. diviſ.* At qui patitur rem ſuam uſucapi, alienare voluiſſe præſumitur. *l. 28. D. de verb. ſignif.* 2. Quia æquum eſt, ne, qui *bonâ fide, ex juſtâ cauſâ, per tempus à lege definitum, diu & continuò, rem ad uſucapionem aptam* poſſedit, deturbetur de poſſeſſione: cum bona fides tantundem poſſidenti præſtet, quantum ipſum dominium, quoties lex impedimento non eſt. *l. 136. D. de Reg. Iur.* adde *l. 25. §. 1. D. de uſur.* 3. Quia æquum eſt, ne negligentes pari jure cum induſtriis ac diligentibus cenſeantur. *l. 24. in fin. D. quæ in fraud. credit.* 4. Quia Reipub. bono (ut ſc. litibus finis imponatur, & ne rerum dominia in incerto ſint)

ſint) eſt introducta. *l.* 1. *D. de uſucap.* Cum ex incertitudine rerum, agriculturæ (ſine quâ Reſpub. conſiſtere nequit) neglectus oriretur. Non ergò malè Cicero in orat. pro Cæcin. uſucapionem, *Finem ſollicitudinis ac periculi litium, appellavit.* Cum itaque ad excitandam diligentiam, & puniendam ſocordiam, in odium negligentis rem ſuam, bono publico ſit introducta, atque Iuris autoritate nitatur uſucapio. Injuſtè laqueum conſcientiæ quidam Theologi injicere properant, qui, contrà judicium rationis, hunc civilem acquirendi dominii modum nimis inciviliter damnant, & parum prudenter inter nævos Juris civilis referunt. Præſertim, cum & uſucapionem apud Judæos uſitatam fuiſſe conſtet *ex Iud. cap.* 11. *verſ.* 26. *& ibi Petr. Martyr. Iunius, Piſcator.* latius æquitatem ejus probat Petr. Gregor. *Syntagm. lib.* 39. *cap.* 6. Duaren. *c.* 1. *de uſucap.* Donell. *lib.* 5. *comment. c.* 30. 1. obſtat *l. nam hoc naturâ.* 14. *D. de condict. indebit.* 2. obſtat *l.* 31. *§.* 1. *D. depoſit. ubi, in adminiſtratione juſtitiæ ſemper rationem habendam eſſe illius, qui juſtiorem repetendi cauſam habet, Ic. Tryphoninus docet.* 3. obſtat *l.* 44. *§.* 1. *D. de oblig. & act. ex quâ apparet, tempus non eſſe juſtum modum acquirendi dominii, vel contrahendæ obligationis.* 4. obſtát *l.* 11. *D. de Reg. Iur.* 5. obſtat *Novell.* 9. *in præfat. ubi impia allegatio, atque impium iniquorum hominum præſidium vocatur.* 6. obſtat, *Quod tibi, fieri non vis, alteri ne feceris.* ℟. ad 1. Damnum ſentire haud videtur, qui ſuâ culpâ damnum ſentit. *l.* 203. *D. de Reg. Iur. c. damnum.* 86. *de Reg. Iur. in* 6. Accedit, quod

quod privata iſta jactura (ſi quà dicenda ſit) ex ſupina ignorantiâ & degeneri taciturnitate conflata, bono publico æquiſſimè penſetur. ℞.ad 2. Id procedit, cum Fur, Latro, vel qui alias in malâ fide verſatur, cum domino, non verò cum bonæ fidei poſſeſſore confertur. Vid. *l.136. D.de Reg. Iur.* ℞. ad 3. Baſin ac fundamentum uſucapionis ſolum tempus non abſolvit, ſed & alia, ut eſt bona Fides, Juſtus titulus, & ſimilia requiruntur. ℞. ad 4. Qui rei ſuæ repetitionem negligit, alienare videtur. *l. 28. D. de verb. ſign.* huc refer *l. 121. D. de Reg. Iur.* Deinde, ſi quid iniquitatis ineſſe videtur uſucapioni, id boni publici abſtergit reſpectus. ℞. ad 5. Ibi abſolutè & in ſe non ita appellatur, ſed certo duntaxat reſpectu: ſc. cum quis, præter temporis lapſum, nil pro fundamento habet. ℞. ad 6. Illud retorqueri poſſe ab uſucapiente in dominum. 1. Quia is ſuæ negligentiæ imputare debet, quod damnum patiatur. 2. Quia ut dominus ſine juſtâ cauſâ re ſuâ privari non debet, ita nec poſſeſſor, qui culpari non poteſt, re uſucapta.

Q. 2. Quot ſunt requiſita legitimæ uſucapionis?

℞. QUinque. 1. *Ut res ſit apta. §.noviſſimè. 10. Inſt. de uſucap.* Quales non ſunt 1. *res vitioſæ. §. 1. 2. Inſt. eod.* niſi vitium ſit purgatum. *§. 8. d. tit.* 2. *Res commercio noſtro exemptæ:* ut ſacræ, religioſæ, liber homo. *d. §. 1.* 3. *Res à lege, vel in teſtamentis alienari prohibitæ:* uti fundus dotalis, res

res immobiles minorum, abſentium Reipub. cauſâ. *l.* 16. *D. de fund. dot. l.* 48. *D. de acq. rer. dom. l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. l.* 2. *C. de uſuc. pro empt.* 4. *Res Fiſci, Populi Romani, Eccleſiæ.* §. 9. *Inſt. d. tit. l.* 9. *D. eod. l. antepen. C. de Sacroſ. Eccleſ.* 2. *Poſſeßio continua, non interrupta.* At hæc continuatur tam ab univerſali, quam ſingulari ſucceſſore. §. *diutina.* 12. *Inſt. eod.* 3. *Iuſtus titulus.* qui eſt cauſa legitima, habilis ad transferendum dominium: ut hereditas, emptio, donatio. *princ.* & §. 10. *Inſt. eod.* 4. *Bona Fides.* Hæc jure civili requiritur ab initio tantum. *l.* 48. *D. de acq. rer. dom. l. unic.* §. *hoc tantummodò. C. de uſuc. transf.* Sed Jure Canon. ſemper, uſque dum uſucapio impleta ſit. *c. poſſeſſor. de Reg. Iur. in* 6. 5. *Tempus legitimum. d. princ.* 1. obſtat, *Quod error circà cauſam legitimam non noceat. l.* 11. *D. pro empt.* 2. obſtat, *Quod nec heredis, nec ipſius poſſeſſoris ſuperveniens mala fides interrumpat cæptam uſucapionem.* §. *pen. Inſt. d. tit. d. l.*48. §. 1. 3. obſtat *l.* 17. *D. ex quib. cauſ. maj. ubi abſens reſtituitur adverſus emptorem, qui rem à poſſeſſore hereditatis emptam uſucepit.* 4. obſtat, *Quod ſi ſervus vel filiusf. inſciente domino vel patre, rem peculiarem, cujus poſſeßio penes dominum vel patrem fuit, vendidiſſet, emptor eam uſucapere poſſit. l.* 34. *D. de uſucap.* ꝶ. ad 1. Id procedit, ſc. ſi iſte error juſtam dubitandi rationem habeat; alias uſucapio impeditur. *d.* §. 10. ꝶ. ad 2. Quod Jure civili initium poſſidendi ſpectetur, quod à bona fide cæpiſſe, ſufficit. *l. clam.* 6. *D. de acq. poſſ.* nec attenditur bona fides

ſides heredis, niſi à ſuâ perſonâ incipiat. Is enim cum in univerſum jus defuncti, atque in eju virtutes ſuccedat, rectè etiam utitur acceſſion temporis, quo defunctus poſſedit. *l.* 85. §. 1 *D. Reg. Iur.* At inter venditorem & emptoren haud aliter tempora conjunguntur, quam ſ uterque bonâ fide poſſederit. *l.* 13. §. 4. *junct.* §. *ult. D. de acq. vel amitt. poſſ.* Juſta enim venditoris poſſeſſio non prodeſt emptori malæ fidei *l.* 2. §. *ſi eam.* 17. *D. pro empt.* Uti & mala fides auctoris ipſi non obeſt, modò ipſe ſit bonæ fidei, & uſucapionem à ſuâ perſonâ velit incipere. *l.* 5. *D. de diverſ. & temp. præſcript.* nec obſtat *l. pen. D. pro ſuo.* Quia in partu ancillæ furtivæ hoc ſingulare eſt. Cum enim obſtante lege 12. tab. & lege Attinia, ancilla furtiva non poſſit uſucapi, vix eſt, ut partus ejus uſucapi poſſit. ℞. ad 3. Ibi ſpeciali beneficio reſtitutionis res aufertur emptori, qui per uſucapionem rei dominium acquiſiverat. Etiam Regi adverſus Regem, & Populo libero adverſus populum liberum, temporis ſuffragio, jus acquiri poteſt, ut revelli nequeat. Unde Jephthes Regi Ammonitarum ſibi vindicanti terras 300. annorum poſſeſſionem objecit. *Iudic.* 11. *verſ.* 24. *junct.* 28. Et Lacones, apud Iſocratem, ob poſſeſſionem multo tempore firmatam, eos, qui Meſſenam repetebant, jure repulerunt. ℞. ad 4. *Inſcientem* veteres etiam dixerunt, pro eo qui *ſcit*. ſicut *invocantem*, *inaudientem*, *inſtipulantem*, pro eo qui *vocat*, *audit*, *ſtipulatur*. Alii legunt, *non inſciente*. Vid. Cujac. *in d. l.* 34. & 15. *obſ.* 18.

Q. 3. *An qui ex cauſâ lucrativâ ſucceſſor eſt ſingularis, ei noceat mala fides auctoris?*

R. DE univerſali ſucceſſore id juris eſſe diximus quæſt. præd. ut uſucapio (quoad continuanda tempora) è ide ſolis defuncti æſtimanda ſit, eaque, cum nitium ſolum ſpectet, rem potius, quam per-onam afficiat. Vid. *l.* 11. *C. de acquir. poſſeſſ.* Quod ad ſingularem verò ſucceſſorem attinet: Bona fides auctoris ei prodeſt. *§. pen. Inſt. de uſucap. l.* 2. *§.* 20. *D. pro empt.* At ſi non ſuâ duntaxat, ſed & auctoris ſui poſſeſſione uti velit, illius vitium ipſi obſtabit. *l. unic. C. de uſucap. transform. l. pen. C. de præſcript. long. temp.* 1. obſtat, *Quod nemo de alterius, ſed de ſuâ quiſque fide teneatur; ergò tempora in ſucceßione ſingulari (etiam cum auctor eſt bonæ fidei) conjungi non debent.* 2. obſtat *l.* 4. *§.* 29. *ſi quis D. de except. dol. mal.* 3. obſtat *l. pen. C. de acq. poſſeſſ.* R. ad 1. neg. conſeq. Antecedens enim procedit in factis, juramentis, & ſimilibus: At perdit officium ſuum in iis, quæ rem ipſam afficiunt. R. ad 2. Controverſia ibi mota deciſa eſt. *in d. l. pen. C. de præſcript. long. temp.* R. ad 3. Ibi de herede agitur.

Q. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. An res ſacræ poſſint uſucapi?

R. DIſtinguo. Vel immediatè ſunt t… les: ut (e. g.) ſunt, *Templa, donari… vaſa, veſtimenta ſacra, libri, &c.* V… non: quales ſunt res, quæ in patrimonio Eccleſ… habentur. Priori caſu, res Sacræ nullo tempo… acquiruntur. *l. 3. C. de præſcript. 30. annor. §…* *Inſt. de uſucap.* Fund. Quia cum nullius in b… nis ſint. *§. 7. Inſt. de rer. diviſ.* poſſideri hau… quaquam poſſunt. At ſine poſſeſſione nequ… quam abſolvi poteſt uſucapio. *l. 25. D. de uſ… cap.* Poſteriori caſu, præſcribuntur. *Novell.…* ſic actiones Eccleſiæ Romanæ competente… vel centum. *l. 23. C. de Sacroſ. Eccleſ.* vel qu… draginta annorum lapſu, extinguuntur. *Nove…* 111. *Novel. 136. cap. 6.*

Q. 5. An res publici juris ullo lap… temporis acquirantur?

R. MInimè. Ratio, quia non ſunt … commercio. *d. §. 1. l. qui unive… ſas. 30. §. 1. D. de acquir. poſſe…* adde *l. 34. §. 1. D. de contrah. empt.* 1. obſtat… *fin. Inſt. de uſucap. tot. tit. C. de quadrienn. pr… ſcript.* 2. obſtat *l. 7. D. de diverſ. tempor. pr… ſcript.* R. ad 1. Ibi de bonis vacantibus & c… ducis agitur. Vid. *l. 10. l. 13. D. de dive… temp. præſcript. d. §. res Fiſci. 9.* R. ad 2. n… ibi flumen, aut locus publicus, temporis l… pſu privato, ſed jus piſcandi duntaxat priva… acqu…

acquiſitum fuit. Ex priori ratione, nec Res Fiſci poteſt uſucapi. *§. 9. Inſt. de uſucap.* ſi enim Fiſcus vel Princeps publica tributa, vel rem ſuam perſequatur, nullâ temporis præſcriptione, ne ſeculari quidem, ſummovetur. Sic olim Themiſtocles Athenis, & Cato Cenſorius Romæ, fundos à præſcriptione privatorum vindicarunt, dicentes; *nec Mortales contrà Deum, nec privatos contrà Remp. præſcribere poſſe. Plutarch. in Themiſtocle & Catone Cenſor.* Etiam civitati (quæ recognoſcit ſuperiorem) vindicanti rem univerſitatis, quæ ſc. eſt in uſu publico, nulla poteſt opponi præſcriptio. Secus verò eſt, ſi petat rem, quæ & proprietate & uſu civitatis eſt: quam vindicanti (antiquatâ præſcriptione centenaria, quam indulſit civitatibus *l. 23. C. de SS. Eccleſ.*) objici poteſt præſcriptio longiſſimi temporis. Vid. *l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.*

Q. 6. *An ex contractu ſimulato ulla uſucapiendi conditio naſcatur?*

℟. Contractus ſimulatus biſariam accipitur. 1. Vel cum aliquis fingitur, dum revera nullus ſubeſt. 2. Vel cum eodem actu alius fingitur, dum alius verè geritur. Priori modo, Nego. Talis enim colorem, aut umbram conventionis tantū habet, ſubſtantiam verò nullam, neque ex eo ulla naſcitur obligatio, ſed inſtar fumi evaneſcit. *l. 1. C. plus valer. quod agit.* Poſteriori modo, affirmo. Tunc enim procedit uſucapio. *l. ult. D. pro donat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 7. *An error impediat uſucapionem?*

R. DIſting. Vel quis errat in facto, ve in Jure. Priori modo, nego. Ratio quia talis ſcientiam non habet re alienæ. *l.* 4. *D. de Iur. & fact. ignor.* Poſterio vero modo, Affirmo. (*e. g. ſi quis ſciens contrà ju mercatur: vel ſi ipſe uſufructuarius partum ancil læ uſufructuariæ (cum in fructu non ſit. §.* 37. *Inſt de rer. diviſ.) velit uſucapere: à tertio enim, a quem bonâ fide partus eſt tranſlatus, rectè per uſu capionem ei acquiritur.*) Et Fundam. hoc caſu eſt quia bonam fidem non habere, ſed in dolo verſari præſumitur, ex quo opinio (*ſibi per leges non licere uſucapere*) jus, cauſam, & titulum poſſeſſionis ſuæ infirmavit. Unde, cum plura re quirantur ad uſucapionem, quam *bona fides* notandum; ſimul ſubſiſtere poſſe (*eſſe quem bonæ fidei poſſeſſorem, & tamen non poſſe uſucapere.*) Obſtat §. 5. *Inſt. de uſucap. ubi error juris non nocet.* R. Error juris, ex parte ſc. venditoris nocere emptori, qui in ſolo facto erravit, non debet. An verò idem dicendum de poſſeſſore dubitante; Vid. DD. Franſc. Sarmient. *ſelectar interpret. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 6. Covarruv. *in c poſſeſſor malæ fidei. part.* 2. §. 7. *num.* 3. Fachin *lib.* 1. *controverſ. cap.* 65. mihi placet hæc diſtinctio; vel is, quo cum lis ſuper proprietate conteſtata eſt, de Jure ſuo dubitare incipit: vel alicui levis duntaxat & ſimplex de poſſeſſione dubitatio obvenit. Hoc caſu, procedet uſucapio. Illo ne-

quaquam. Licet enim hæc vacillatio non moretur uſucapionem, impleta tamen non reddit ſecurum poſſeſſorem. *l. nec bona. C. de acq. poſſeſſ.*

Q. 8. *An hodie Fiſcus rem alienam vendens ſtatim emptorem reddat ſecurum?*

℞. Aff. *§. fin. Inſt. de uſucap.* Obſtat, *Quod beneficia in alterius injuriam non ſint concedenda. l. 4. C. de emancipat. liber.* ℞. Fiſcus hoc caſu privilegio non fruitur cum detrimento alterius; nec enim dominus ſtatim rei ſuæ dominio privatur. Sed ei agenti ad æſtimationem rei, uſque ad quadriennium, ex conſtitutione Zenonianâ Fiſcus tenetur, eumque in omnibus indemnem ſervare debet. *l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præſcript. d. §. fin.* Vid. *Neoſtad. deciſ. cur. Holl.* 15. Hoc ergò ſolum privilegium Fiſcus habet, cum alioquin actiones niſi longo vel longiſſimo tempore non præſcribantur: *l. ſicut. C. de præſcript. 30. annor.* ut ipſe quatuor annorum lapſu contrà privatos præſcribat.

Q. 9. *An præſcriptio quoque locum habeat in criminalibus?*

℞. Aff. Quia criminis accuſatio eſt odioſa. Omnia ferè crimina, non tantum ea, quæ ad damnum pecuniarium pertinent, ſed & atrociora *(qualia ſunt, homicidii, incendii, &c.)* viginti annorum exceptione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

excluduntur. Per *l. querela.* 12. *C. ad l. Cornel. de falſ.* nec ſunt, quæ non vicennii lapſu tolluntur. *d. l. l.* 2. *§.* 1. *l.* 3. *D. de requirend. vel abſent. damnand. C. cum venerabilis. X. de except.* Papon. *lib.* 24. *tit.* 11. *arreſt.* 1. Imbert. *Inſt. Forenſ. lib.* 3. *c.* 9. Boër. *deciſ.* 26. Ant. Teſſaur. *deciſ.* 209. Sand. *deciſ. Friſic. lib.* 5. *tit.* 9. *defin.* 2. Obſtat, *Atqui tempus non poteſt efficere, non eſſe delictum, quod verè perpetratum eſt: Onerat enim illud magis animam delinquentis, quo diutius eam detinet delicto obligatam.* ℞. 1. Accuſationem eſſe odioſam, ac proinde temporis decurſu aboleri. 2. Eum, qui tanto tempore à crimine abſtinuit, videri potius impulſu & naturæ infirmitate, ignorantiave, quæ delictum minuunt, peccaſſe, quam dolo & peccandi conſuetudine. Perez. *ad tit. C. de accuſat. n.* 19. Hanc præſcriptionem currere à die perpetrati delicti, idque etiam in occultis delictis vim habêre, tradunt DD. à Farinacio *lib.* 1. *prax. criminal. quæſt.* 10. *n.* 12. *& ſeq. allegati.* Dixi (*ferè*) quoniam aliqua breviori, quam viginti annorum ſpacio præſcribuntur, ut ſunt crimina adulterii, peculatus, & quod deſcendit ex ſc. Silaniano, quæ quinquennio tolluntur. *An verò homicida ordinariæ mortis pœnæ ſubducendus ſit, quia ejus vetus eſt maleficium, ut ſi (ex. gr.) ante annos decem cædem patravit?* Non mihi id videtur. Nec obſtat *l. ſi diutino tempore.* 25. *D. de Pœn. ſi diutino tempore (inquit Modeſtinus) aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna ejus ſublevanda erit: ſic enim conſtitutum eſt: non eo modo puniendos eos, qui longo tempore in reatu agunt, quam eos qui in recenti ſententiam recipiunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

piunt. ℞. Verbum *(reatus) in d. l.* non ſumitur pro *crimine:* unde in reatu fuiſſe non dicitur hic, qui olim crimen admiſit. Reatus enim & crimen apertè diſtinguuntur. *in l. ult. D. ad l. Iul. Maieſt. l. 7. §. ex bonis. D. de bon. damnat.* ſed *pro ſtatu & conditione Rei*, i. e. pro eo, qui jam diu reus fuit & colonus carceris factus eſt. Ob quam verò ei, qui jam diu reus fuit, pæna mitigetur, ratio eſt; cum enim convictos aut velox pæna ſubducere debeat, aut liberandos cuſtodia diuturna non macerare. *l. 5. C. de cuſtod. reor.* hoc non obſervato, triſtis ille ac diuturnus reorum ſtatus, quem contra leges perpeſſi ſunt, illis cedet in partem pænæ. Ita reſpondent Budæus *annot. ad d. l. 25.* Coraſ. 2. *miſc.* 20. Covarruv. *lib. 2. reſolut. cap. 9. n. 2.* Sand. *deciſ. Friſic. lib. 5. tit. 9. defin. 1.* Diſſent. Gomez. 3. *reſolut. 1. n. 7.* Clar. *§. fin. q. 60. n. 2.* Farinac. *q. 10. n. 84.*

Q. 10. *An uſucapione, directum, plenum, & abſolutum acquiratur rerum dominium?*

℞. Aff. 1. Quia occupatione, ſpecificatione, traditione, donatione, & reliquis modis directum dominium acquiritur. *§. fin. Inſt. de uſu & habit.* 2. Per *l. 10. §. 2. D. de acq. rer. dom. l. 3. in princ. D. & princ. Inſt. de uſucap. l. 20. C. de pact.* in quibus indiſtinctè *dominii* mentio fit; ergò *directum* eſt illud, quod uſucapione acquiritur. *arg. l. 8. D. de public. in rem. act.* Uti & alias verba potiorem ſignificationem recipiunt. *l. 3. D. de tutel.* Do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

nelli 5. *comm.* 19. *&* 20. Duaren. 1. *diſput.* 17. Vaſq. *Illuſtr. controv.* 54. 1. obſtat *l. ſi quis.* 10. *D. de ſervit. vindic.* 2. obſtat *l.* 13. *§.* 1. *D. de Iurejur.* ℟. ad 1. & 2. *Utilis actio* in dd. locis non opponitur *directæ*, ſed illa eſt, quæ eſt rei utilis, conveniens, accommodata. Nec puto poſſeſſorem, qui completâ uſucapione rem alienam eſſe cognovit, in foro conſcientiæ teneri domino pretium reſtituere. 1. Quia non peccat, qui autoritati magiſtratus, ſive legibus, bonâ mente, ob publicam ſalutem, à ſuprema poteſtate latis obtemperat. *Rom.* 13. 2. Quia qui legis vigore & poteſtate poſſidet, juſtè poſſidêre cenſetur. *l. juſtè.* 11. *D. de acq. poſſeſſ. vid. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adulter.* 3. Quia & litigantibus Judicis ſententia lex eſt, eoſque obſtringit. *l. ſervo.* 65. *§. cum prætor. D. ad SCtm. Trebell.* Tiraquell. *in tractat. de præſcript. §.* 1. *Gloſſ.* 2. *circa fin.* Covarruv. *in C. poſſeſſor malæ fidei. in* 3. *part. §.* 2. Gomez. *ad l.* 3. *Tauri*, *n.* 125. Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 64. Obſtat *l. exiſtimo.* 98. *in fin. princ. D. de verb. oblig. ubi id quod rectè conſtitutum erat reſolvitur, cum in eum caſum incidit, à quo incipere non potuit.* ℟. Id verum eſt, ſc. ſi actus nondum ſit perfectus & conſummatus. Alias impedimentum ſuperveniens non nocet. Vid. *l.* 140. *§.* 2. *D. eodem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An donatio ſit modus acquirendi dominii juris civilis?*

℞. Aff. *Princ. & §. ult. in princ. Inſt. de donation.* Sed id procedit, cum ea reali traditione celebratur: ſin verò, abſque præſtatione, ex merâ liberalitate ſolummodò quid promiſſum eſt, tunc tantum eſt conventio, quæ Digeſtorum jure vim pacti nudi habebat; at ſpeciali conſtitutione jure codicis poſteà confirmata. *§. 2. Inſt. d. tit. l. 35. in princ. C. eod. Novell. 162. c. 1.* 1. obſtat, *Quod donatio ſit contractus. l. ult. in princ. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. ergò Iuriſg.* 2. obſtat, *Quod donatio traditione abſolvatur; atqui traditio eſt naturalis acquirendi modus. §. per traditionem. Inſt. de rer. diviſ.* ℞. ad 1. Propriè non eſt contractus; ex merâ enim liberalitate, abſque prævio tractatu contingit: unde contractui opponitur. *l. 18. l. 22. D. de donat. l. 14. §. is qui. D. de Furt.* At contractus nomen latiſſimè ſumptum omnem obligationis cauſam ſub ſe continet. *l. 20. D. de Iudic.* ℞. ad 2. Traditio per ſe, non verò cum donationem perficit, eſt dicenda naturalis acquiſitio, ſed idem cum donatione actus cenſetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An donatio omnium bonorum, præſentium ac Futurorum, valeat?*

℞. AFfirm. *l.* 35. §. 4. *ſed & ſi quis. C. de donat. l.* 8. *C. de revoc. donat.* Hotomann. *diſput. de donat. c.* 8. Gail. 2. *obſ.* 11. *num.* 12. Coraſ. 6. *miſc.* 17. Vaud. 1. *quæſt.* 31. Ratio, 1. Quia quod non eſt prohibitum, id tacitè videtur conceſſum. Arg. *l.* 27. *C. de Teſtam.* 2. Quia nulli de rebus ſuis diſponendi facultas eſt neganda. *l. in re mandata.* 21. *C. mand.* 1. obſtat, *Quod tali donatione quis ſibi legem dicat, ne teſtamentum facere poßit. Atqui hoc jura prohibent. l.* 52. *§. idem. D. pro ſoc. l.* 15. *C. de Pact.* 2. obſtat, *l. ſi libertus. §.* 1. *in fin. D. de Iur. patron.* 3. obſtat, *Quod ſic donationis titulus redderetur univerſalis.* ℞. ad 1. Neg. non enim per hanc donationem directò teſtamenti factio activa tollitur, ſed ex conſequentia tantum. Æque enim quis jure teſtari poteſt, licet ei nil ſit unde teſtetur. Libertas enim teſtamentum ordinandi tunc demum adimitur, cum ſtipulatione, aut conventione quis obligatus eſt ad portionem certam teſtamento relinquendam. ℞. ad 2. Donatio *in d. l.* quia facta erat in fraudem legis, revocatur. ℞. ad 3. Neg. materia enim à cauſa & titulo diſtat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 13. *An donatio procedat, ſi donatarius non acceptaverit?*

℟. MInimè. Omnis enim donatio, quà ſc. in *eſſe* producitur, habet formam contractus: At contractus ſine conſenſu non perficitur. *l.* 1. §. 3. *D. de pact.* At hoc caſu etiam tacitus conſenſus ſufficit. Arg. *l.* 18. *D. mand.* valebit itaque donatio, ſi ea alicui præſenti *& annuenti* facta ſit. Sin verò præſens non acceptaverit, ſed tacuerit, donatio erit inefficax. Obſtat, *Qui tacet conſentire videtur.* ℟. non ſimpliciter, ſed tunc, cum de præjudicio tacentis agitur. *Ut ſi (e. g.) præſente aliquo, cujus intererat, quid mandetur, & quis quid fecit tanquam ex mandato præſentis. d. l.* 18. Ex prædictis infertur, ſi pater conſenſerit filioſ. ut mortis cauſa donaret, quod indiſtinctè donatio à patre revocari nequeat. Ratio, quia nemini jus quæſitum auferri debet, ac ſibi imputet pater, quod conſenſerit. Vid. *l.* 5. *C. de oblig. & act. Accurſ. in l.* 3. *C. de donat. mort. cauſ.* Berlich. *part.* 3. *concluſ. practicab.* 1. *n.* 25. Diſſent. Dyn. & Cyn. *in d. l.* 3. Bartol. *in l.* 2. §. 1. *n.* 5. *D. de donat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 14. *An mulier, quæ contrahere non poteſt citrà conſenſum mariti, cauſâ mortis donare poſſit abſque illius conſenſu?*

℞. AFfirm. Quia illa donatio habet naturam & effectum ultimæ voluntatis. *§. 1. Inſt. de donat. l. ult. C. de donat. mort. cauſ.* Obſtat, *Atqui mortis cauſa donatio fit per modum contractus. l.* 38. *D. de mort. cauſ. donat.* ℞. Id eſt verum, ſc. ratione formæ extrinſecæ per quam celebratur. At ratione eſſentiæ intrinſecæ & effectus, habet ſe per modum legati. Fit enim coram quinque teſtibus, & revocari poteſt, ut legatum: cum contractus non poſſit niſi certis cauſis revocari.

Q. 15. *An donatio reciproca (ut alter alterius prædefuncti bona poßit conſequi) ſubſiſtat?*

℞. DE Jure civili, ſc. directò, Nego. eo enim quævis pacta de ſucceſſionibus, utpote bonis moribus contraria, rejiciuntur. *l.* 15. *l.* 19. *C. de pact.* At de conſuetudine multis locis hujuſmodi donatio recepta eſt. Vid. Boër. *deciſ.*355. Gail.2.*obſ.*126. *& ſeqq.* Mynſing. 2.*obſ.*33. Obſtat, *Atqui talis conſuetudo contrà bonos mores eſſe videtur, ergò valère non poteſt. l. fin. C. d. tit. l.*11. *C. de Tranſact.* ℞. nil hîc directò contrà bonos mores fit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 16. *An donator teneatur de evictione?*

℞. MInimè. *l. 2. C. de evict.* Fund. ne quis alioquin pænam ſuæ liberalitatis patiatur, ſi ultrà Jus donatum quid ab eo exigi poſſit. Accedit, quod nemini officium ſuum debeat eſſe damnoſum. *l. ſed ſi quis. D. Teſtam. quem. aper.* 1. obſtat, *Quod donatio ad ſimilitudinem emptionis & venditionis ſit redacta. §. 2. Inſt. de donat.* 2. obſtat, *Quod is qui ad dandum eſt obſtrictus, cogatur rem facere accipientis.* ℞. ad 1. Illa ſimilitudo eò tendit: ut in utroque traditio neceſſaria ſit, at non eò, ut jus evictionis in utroque locum habere debeat. ℞. ad 2. Licet donator ad dandum teneatur, id tamen accipiendum, ſc. quatenus dare poteſt: at dare non poteſt res alienas, niſi ſciens; ut & ſi dolo malo rem alienam donaverit, de dolo tenetur. *l. ad res donatas. D. de ædil. edict.*

Q. 17. *Si donatio mortis cauſâ ſit facta eâ conditione*, ne poſſit revocari, *an ſit donatio cenſenda inter vivos facta?*

℞. MInimè: *per l. 13. l. 35. §. 4. D. de mort. cauſ. donat.* 1. obſtat, *Quod revocatio ſive poteſtas revocandi ſit de eſſentiâ mortis cauſa donationis. l. ult. C. eod.* 2. obſtat *l. 22. D. de leg. 3.* 3. obſtat *l. 27. D.*

de donat. ℟. ad 1. Revocatio non eſt eſſentiale quid, ſed proprium donationis: At propria per pacta immutari poſſunt. *l.27.D.de Reg.Iur.* ℟. ad 2. Mortis cauſa donatio verè non eſt legatum, ſed *in eſſe ſuo* conſtituta effectum demum legati habet, niſi ille propter adjectam conventionem impediretur. ℟. ad 3. Donatio mortis cauſa biſariam concipitur. 1. Cum illa expreſſâ mentione mortis tantum facta ſit. 2. Cum formaliter mortis cauſa celebrata ſit, id eſt, illa animi intentione, ut non ſit inter vivos. Priori modo, in dubio erit donatio inter vivos. Poſteriori verò, manet mortis cauſâ donatio, licet illius notiſſimos terminos exceſſerit. Coraſ. Giphan. *in d. l. 27. D. de donat.* Diſſent. Bocer. *de donat. part.* 2. Fachin. *5. controv.* 33.

Q. 18. *An ex ſolâ reconvaleſcentiâ mortis cauſâ donatio ſolvatur?*

℟. Aff. Arg. §. 1. *Inſt. de donat. junct. l. 35. §. 3. & 4. D. de donat. mort. cauſ.* nec opus eſt declaratione donantis de revocando. Fund. quia quod ſub conditione geritur, id non habet effectum ante ejus exiſtentiam. Obſtat *l.* 13. §. 1. *D. eod.* ℟. ibi donatio non concepta erat per formam conditionis, ſed ſub mentione periculi; quo caſu declaratio eſt neceſſaria. Vid. Weſenb. in Schneidw. *ad tit. Inſt. de donat. n.* 31.

Q. 19. *An l. ſi unquam. 8. C. revoc. donat. etiam pertineat ad quemvis extraneum?*

℟. Aff. Quia ratio legis, quæ in conjecturâ pietatis conſiſtit, etiam in quovis alio, quam patrono, obtinet. Cum enim naturalis ratio, tanquam lex quædam tacita, liberis bona parentum addicat. *l. 7. D. de bon. damn.* nemo contrà naturam quid facere voluiſſe præſumitur. *l. 102. D. de condic. & dem. l. cum acutiſsimi. 30. C. de Fideicomm.* unde & tanta videtur eſſe affectio parentum, ut ſi de liberis cogitaſſent, procul dubio non donaſſent. Quapropter cuivis donationi hæc ineſt conditio, *niſi liberi ſupervenerint.* Tiraquell. *ad d. l. 8.* Bocerus *de donat. c. 3. n. 25.* Cujac. 20. *obſ. 5.* Fachin. 3. *controv. 85.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de revocand. donat.* & ſecundum hanc ſententiam judicatum eſt à Senatu Pariſienſi. Papon. *lib. 11. Syntag. tit. 1. de donat. §. 20.* adde Chriſtin. 1. *volum. deciſ. 340. & 4. volum. deciſ. 192. cum alleg.* Diſſent. Connan. *lib. 5. comm. 10.* Donell. *ad d. l. 8.* adde Cyn. Fulgoſ. *in l. 1. C. de inoff.. donat.* Vinn. *ad §. 2. Inſt. de donat. n. 7.* 1. obſtat, *Quod in d. l. 8. agatur de patrono & liberto; in quibus eſt ratio ſpecialis. Cum enim is ab illo libertatem, inæſtimabile beneficium, accepit, probroſum etiam liberto videri debet, liberos Patroni debitâ patris ſucceſsione privare.* 2. obſtat, *Quod donatio ritè perfecta revocari nequeat. l. 5. 6. C. de revoc. donat.* 3. obſtat

l. fin. C. eod. ex quâ non revocatur donatio, niſi ob ingratitudinem. ℞. ad 1. Committitur fallacia non cauſæ pro cauſâ. Vera enim ratio legis non conſiſtit in Jure patronatus, ſed ſupervenientiâ liberorum. Patroni enim, tantum exempli cauſa, ibi mentio facta eſt: ut & alias aliàs leges cod. ad certam facti ſpeciem accommodantur. ℞. ad 2. *in d. l. 5.* dicitur, quod ſolius Reſcripti auctoritate non ſit permittenda revocatio. Et *in l. 6.* non de ſupervenientiâ, ſed de abſentiâ & præſentiâ liberorum, qui tempore donationis fuêrunt, agitur. ℞. ad 3. Id verum eſt generaliter in donatione plenè perfectâ; at talis non eſt ea, de quâ diſputamus. Nec puto revocationem extinctam iri, licet liberi, qui ſupervenêrunt, mortui ſint. per *d. l.* 8. Exiſtente enim ſemel conditione, in totum omne quod ante actum erat evaneſcit. Arg. *l. 77. in Princ. D. ad SCtm. Trebell.* Nec movent quæ vulgo objiciuntur, 1. *Quod ceſſante cauſa ceſſet effectus.* 2. Arg. *l. 12. D. de injuſt. rupt.* 3. Arg. *l. 3. in fin. C. de ſecund. nupt.* ℞. ad 1. Id procedit in illis, in quibus effectus plenè nondum eſt conſummatus: at in donationis revocatione effectus omnimodò conſummatus eſt. ℞. ad 2. A ſeparatis nihil validè infertur. Teſtamentum enim agnatione ruptum confirmatur Jure Prætorio, cum in eo ſit, quod confirmari poteſt. At donatio ſemel extincta non reviviſcit, cum in eâ nihil ſit, quod confirmari debeat, uti & nunquam ſe Prætor in donatione interpoſuit. ℞. ad 3. Separatorum ſeparata eſt ratio. Non enim fœminis convolantibus ad ſecunda vota adimitur

alie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

alienatio ſub hâc conditione (*ſi liberos habere cœperint*) ſed ſub eâ (*quamdiu liberos habuerint.*) At donatio in ſe talem habet conditionem. Tiraquell. *in d. l.* 8. in verbis (*ſuſceperit liberos*) *n.* 203. Donell. *ad d. l.* 8. *n.* 9. Diſſent. Clar. *lib.* 4. *ſent.* §. *donat. quæſt.* 23. *n.* 9. Gomez. 2. *var. reſolut. c.* 4. *n.* 12.

Q. 20. *An maritus conſtante matrimonio ſit dominus dotis?*

℞. CIviliter, Affirmo. *Naturaliter*, nego. Sic enim mulier rerum dotalium domina permanet. Eſt enim dos proprium ipſius mulieris patrimonium. *l.* 3. §. *ergò etiam. D. de minor.* At maritus re verâ non eſt, ſed legis duntaxat authoritate, per fictionem quandam (eò quod ipſi multa conceſſa ſint, quæ non niſi domino conceduntur) dominus habêtur. Ita (cum vindicatio ſoli domino detur. *l. in rem.* 23. *D. de rei vindic.*) maritus rem dotalem vindicare. *l. dote ancillam. C. eod.* ſervos manumittere. *l.* 3. *C. de Iur. dot.* & rebus dotalibus, ut ſuis, uti frui poteſt. *l. pro oneribus.* 20. *C. eod.* Accedit, quod & actiones ratione dotis competentes activè & paſſivè ad illum pertineant. Adeoque Jure Romano omnia acquiſita ſpectant ad ſolum maritum. Vid. *l.* 55. *D. de donat. int. vir. & uxor.* Arg. *l.* 10. *D. R. I.* nulla enim, ſc. hoc jure, quæſtus, aut bonorum communicatio erat inter conjugatos, niſi ſpecialiter ita conveniſſet. Tantum enim erat individua vitæ conſuetudo, ac juris quędam communio. *l.* 1. *D. de*

rit.

rit. nupt. at moribus, non tantum omnis vitæ conſortium, ſed & bonorum, aut ſaltem quæſtus quædam communio in matrimonio viget. Nec obſtat *l.* 29. *§.* 1. *D. pro. ſoc.* Quia hæc ſocietas conjugalis non ad bona, ſed ad fidem & corpora pertinet. Accedit, quod maritus omne onus ſuſtineat, atque uxorem ſecundum ſuam dignitatem, quia cum marito rem familiarem promovêre mutuò intendit, ſuſtentare teneatur. Licet ergò communi & naturali jure, & habito reſpectu ad diſſolutionem matrimonii, mulier ſit domina dotis, cum tunc demum ad illam dos cum effectu revertatur, niſi ante ad inopiam vergeret maritus. *l. ubi* 29. *C. eod.* Tamen quamdiu conſtat conjugiũ, ſilet ejus dominium, & eſt inefficax, pertinetque ad ſolum maritum. Obſtat, *Atqui duo eandem rem in ſolidum poßidere non poſſunt. l.* 3. *§.* 5. *D. de acq. vel amitt. poſſ.* ℞. Duo, ſc. uno & eodem reſpectu, ejuſdem rei domini eſſe non poſſunt, at rectè diverſo. Vid. Connan. 8. *comm.* 9. Coraſ. 5. *miſcell.* 14. Duaren. *de dote cap.* 1.

Q. 21. *An Lex Iulia de fundo dotali etiam pertineat ad res mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt?*

℞. MInimè. Cum enim ſpeciali favore mulieris, ex publica utilitate, contrà rationem juris communis, marito (ut domino dotis) fundi dotalis ſit interdicta alienatio, jus hoc ſingulare non extendendum videtur. Diſſ. Gloſſ. Barthol. & *DD. in authent.*

thent. ſive. C. ad Senatuſc. Vellej. Nec obſtat *l. 22. C. de admin. tut.* ℞. Cum enim ibi de re immobili minoris tractetur, ejuſque alienatio ſit prohibita, rectè à contrario ſequitur, rem mobilem alienari poſſe.

Q. 22. An alienatio fundi dotalis à marito facta uxoris juramento ſtabiliri & firmari poſſit?

℞. NEgo. ſc. de Jure Civili. Cum enim iſta alienatio contra prohibitionem legis facta ſit, juramento confirmari nequit. *per l. non dubium. 5. C. de ll.* At de jure Canonico (cui in hâc re ſtatur) ſervandum eſt juramentum, quod non involvit detrimentum animæ jurantis. *c. cum contingat. X. de Iurejur.* Unde cum hic principaliter agatur de favore mulieris, ipſam & juri pro ſe introducto juratò renunciare poſſe eſt dicendum. Quoad alienationem fundi dotalis, notandum; eam fieri non poſſe, ſi conventione ſpeciali, vel ipſa res reddenda ſit, aut mulieri, ut rem vel æſtimationem recipiat, data ſit electio. Sin verò res æſtimata in dotem data ſit, æſtimatione ſc. tali, quæ pro emptione valet. Arg. *l. ſi inter. 21. C. de Iur. dot.* Vel ſimpliciter eam maritus acceperit, aut ei electio competat, ut rem, vel æſtimationem reſtituat: rectè alienatio fieri poterit. *l. 10. §. 6. l. 11. l. 14. D. de Iur. dot.* ſc. ſi maritus ſolvendo ſit, eique ſint aliæ res, ex quibus mulieri conſuli poteſt. Auth. *ſive à me. C. ad SCtm. Vell. l. in rebus. 30. C. de Iur. dot.*

Jaſon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Jaſon. *in §. actionum. 28. n. 84. Inſt. de action.* Schneidw. *ad princ. Inſt. quib. alien. lic. vel non. n.* 9. 10. 11. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de Fund. dotal.*

Q. 23. An Lex Commiſſaria in pignore ſit reprobata?

℟. AFfirm. *l.* 1. *& fin. C. de pact. pign.* Unde non valet pactum, (ſi debitor rem aliquam creditori oppignoravit, eâ conditione, ut, ſi non ſolverit tempore conſtituto, eâ ſit creditoris, vel ei vendita, vel in ſolutum data pro ſuo credito.) Fund. cum enim in pignus rem multò pluris valentem regulariter creditor accipiat, eâ retentâ deciperetur debitor, ac creditor locupletior fieret cum illius jacturâ, *contrà l.* 14. *D. de condict. indeb.* 1. obſtat *l.* 1. *C. de pact. pign.* 2. obſtat *l.* 16. *§. fin. D. de pign.* ℟. ad 1. debitor ſi intra certum tempus non ſolvat, ibi non cedit pignus creditori, ut ſc. ſit ei quæſitum, ſed ut diſtrahere illud poſſit jure communi. ℟. ad 2. Ibi pactum eſt adjectum, ut pignus creditori ſit venditum, vel datum in ſolutum juſto pretio. Quod pretium æſtimandum relinquitur arbitrio boni viri, electis ad eam rem æſtimatoribus, & exacto ab iis juramento. Atque hæc electio fit à partibus, niſi diſſentiant, quo caſu Prætor ſe interponet. Unde colligere eſt, in legibus objectis non eſſe *legem Commiſſoriam.* Nec enim dominus ibi rem ſuam amiſit. Schneidw. *ad §. 1. Inſtit. quib. alien. lic. vel non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

non num. 6. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de pact. pignor.*

Q. 24. *An res à Principe donata, adventitio, vel quaſi caſtrenſi peculio ſit adjudicanda?*

℟. ADventitio. Quæ enim abſque intuitu alicujus dignitatis, vel publici ſalarii ad filiosf. extrinſecus perveniunt, adventitia dicuntur. *l. cum oportet. 6. C. de bon. qu. liber. junct. l. ult. C. de inoff. teſtam.* At quaſi caſtrenſe peculium eſt, quod alicui obvenit occaſione quaſi caſtrorum, unde & præſupponit laborem & meritum quaſi caſtrenſe. Accedit, quod de donatis à Principe compilatores legum non egerint, niſi ſub eo titulo, in quo propriè de peculio adventitio tractatur. Ut *in l. pen. C. de bon. quæ lib.* 1. obſtat *d. l. pen. in verbis (ſed ad ſimilitudinem caſtrenſis peculii omnem facultatem in eas filii vel filiæf. habeant.)* 3. obſtat *l. unic. C. de caſtrenſ. omn. Palatinor. pecul. in verbis (omnes Palatinos, rem ſi quam, dum in palatio noſtro morantur, vel parſimonia propria quæſierint, vel donis noſtris fuerint conſecuti, ut caſtrenſe peculium habêre præcipimus.)* ℟. ad 1. Illa ſimilitudo non impedit, quò minus donata à Principe adventitia ſint; ſed ut de illis filius plenam habeat proprietatem ad ſimilitudinem caſtrenſium, licet non quaſi caſtrenſia, ſed adventitia ſint. Ita & in illis adventitiis, de quibus agit D. Hadria-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

drianus *in l. Imperator. 50. D. ad Trebell.* Filius militibus æquiparatur. ℞. ad 2. Ibi agitur de filiis Palatinis deſudantibus in Palatio Principis : quorum militia quædam caſtrorum eſt. Hinc *in d. l. unic.* (*Quid enim tam ex caſtris eſt, quam quod nobis conſciis, ac propè ſub conſpectibus noſtris acquiritur? ſed nec alieni ſunt à pulvere & labore caſtrorum, &c.* Hinc & Tertullian. *in lib. de Corona milit. cap. 12. Eſt & alia* (inquit) *militia regiarum familiarum.*

EXER-

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM DECIMA,

Ad Tit. 10. 11. 12. 13. 14. Lib. 2. Inſtitut.

Q. 1. An teſtandi inſtitutum rectæ rationi & publicæ utilitati ſit conſentaneum?

℟. AFfirmo. 1. ne, denegata teſtandi facultate tempore defungendæ mortalitatis, ex certâ & immotâ lege dominium accipienti fortaſſe illud exitio ſit, quod alioquin ex providâ diſpoſitione defuncti ei ſaluti foret. At juvandus, non opprimendus heres. 2. Quia id ſuadet dominii jus, ut moriturus de rebus ſuis ordinet: quia alioquin uſufructuarius magis, quam dominus fuiſſe videretur. 3. Quia ſervitutis quædam imago, atque libertatis imminutio eſt, ex legis arbitrio heredem neceſſarium atque inevitabilem habêre: ut ex Latinorum Iunianorum, ac Deditiorum fortunâ eſt manifeſtum. *§. ult. Inſtit. de libertin.* 4. Quia viventibus & recte valentibus licet de rebus decernere, ergò & morituris licebit. Fund. quia illorum decreta ſola vis dominii tuetur, cum

cum morientium preces non ſolum dominium defendat, ſed & miſericordiæ ratio ergà eos, & humanitatis cogitatio ergà omnes, commendet. Votis itaque mortuorum ultimis favendum, ut pro immortalitate (quam nemo in terris verè conſequitur) hâc quaſi immortalitatis umbrâ delectarentur. Vid. *l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* 5. Quia utilitas juxtà ſuadet ac honeſtas, ut in illo vitæ momento dignis & benè de nobis meritis condignam referamus gratiam, quo, niſi grati ſimus, ingratos nos mori eſt neceſſe. 6. Quia ſi cura futuri nobis interdicatur, induſtriam langueſcere, ſocordiam intendi, eſt neceſſe. Nemo enim laboribus frangi, vigiliis conſumi, aut pro bonis tanquam vitâ dimicare volet, illâ diſponendi facultate ſublatâ. 1. obſtat, *Quod ſublatis teſtamentis obviam iri poßit fraudulentæ & inſidioſæ orborum captationi.* 2. obſtat, *ſi quælibet de rebus ſuis judicia legibus exæquanda ſunt, ergò & heres eſſe poterit, quem maleſano voto teſtator conceperit.* 3. obſtat, *Quod teſtamenta ſint perennis litium fons; & prodiga Forenſis improbitatis nutrix; ergo rationi & publicæ utilitati adverſantur.* 4. obſtat, *Quod ratio naturalis eum heredem dictet, quem ſanguinis proximitas ad Gentis pecuniam vocavit; ergò iniquum, ut extranei ſcripti heredes legitimos excludant.* 5. obſtat, *Atqui illa de teſtamentis prudentia, difficilis, ardua, perplexa, obſcura, & valdè ſalebroſa eſt; ergò ut inutilis & noxia damnanda atque execranda eſt.* ℞. ad 1. Cum de honeſto & utili inſtituta diſputatio eſt, ſeparanda hominum vitia ab iis quæ rerum ſunt. Deinde commoda cum incommodis ita confe-

renda ſunt, ut, penſatis utriſque, pateat, utrum res utilitate, an exitii metu damnanda ſit. Unde dicendum, quod captata, ſuppreſſa, ſuppoſita, reſciſſa, &c. teſtamenta hominum crimina ſint, quos ubi inſatiabilis honoris & pecuniæ cupiditas incendit, nil tam ſanctum ac ſolemne erit, quod non comminui, atque violari ſolet. Deinde, incommoda teſtamentorum (ſi quæ ſint) collatis commodis, eâ ubertate penſantur, ut ratio iſtorum habêri non poſſit. ℟. ad 2. Non quælibet judicia pro legibus ſervanda ſunt. Suus enim eſt ſanguini honos. Liberos quippe exhæredare, parentes præterire, aut conſanguineos turpibus perſonis poſtponere, pro lubitu non licet. Ad reliquos verò cognatos quod attinet; ut bene meritis extranei præferantur, non jus, ſed conſcientiæ ſtimulus prohibet, ut verò malè meriti amicis ac benè meritis potiores ſint, nulla ratio efficit. ℟. ad 3. Hi corrupti ſæculi mores & hominum crimina rebus haudquaquam imputanda ſunt. Homines culpandi, qui rebus bonis in occaſionem ſceleris uſi ſunt. Nec etiam abuſus tollere uſum debet; alioquin aquâ & igne, ſole & cælo, omnibuſque rebus divinis & humanis carendum foret, eò quod improbi mortales hiſce abuti poſſint. ℟. ad 4. neg. conſeq. Quid enim indignius & iniquius, quam non poſſe dominum, cui nulli ſunt liberi, propinqui ingrati, præteritis ingratis, digniſſimum quærere, cui familiam tradat? Arg. §. 40. *Inſt. de rer. diviſ.* præſertim ſi res non à majoribus relicta, ſed ſudore & labore defuncti quæſita eſt. ℟. ad 5. Neg. conſeq. cum enim difficilia ſint,

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

quæ pulchra : non omne difficile, inutile; non omne arduum, noxium erit. Ea itaque argumentatio non ſapientes exagitet, ſed lippos ac tonſores, eoſque, quibus cum Fæce & vulgo mens eſt, incendat.

Q. 2. *An Teſtamentorum origo jurig. ſit adſcribenda?*

℟. AFfirmo. 1. *Per l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* 2. Quia ratio naturalis, quâ Iuſg. nititur, inhumanum eſſe dictat, morituris diſponendi de rebus ſuis facultatem, quam viventes habent, denegari. Arg. *tit. Inſt. de leg. Fuſ. Canin. toll.* quo arbitrio qui caruerunt propemodum ſine ſolatio mori ſibi viſi ſunt: cum inter humana non ultimum ſit mortis ſolatium, illa poſt mortem voluntas. Quintilian. *declam.* 308. 3. Quia omnes ferè Gentes totius orbis Chriſtiani hanc ſupremam futuri curam commendarunt; Græci enim, Itali, Germani, Hiſpani, Galli, aliique ſemper pro teſtamentorũ auctoritate certavêre. Antequam enim Roma eſſet, orbis conſenſu teſtamenta probabantur. Atque teſtibus quibuſdam, antequam Mercurius Ægyptiis, Cadmus Græcis litteras oſtendiſſet, jam teſtamenta & heredes vivâ voce nuncupabantur. *Huc pertinet illud Teſtamentum Noachi, quo tribus filiis orbem terrarum diſtribuit. Iacobus à patre moriente jus primogenituræ & benedictionem conſecutus eſt. Gen. cap.* 27. *Cyrus apud Xenoph. lib.* 3. *de pædiâ Cyri, ante mortem convocatis filiis, coram amicis filio ſeniori Cambyſi Im-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Imperium & Regnum, alteri verò Medos & Armenios reliquit, & pia mandata filiis dedit. adde *& ad Galat. 3. verſ. 15.* 1. obſtat *§. ult. Inſt. de uſu & habit. §. fin. per quas perſon. cuiq. acquir. §. 3. ſed cum paulatim. Inſt. de Teſtam. ordin. ubi jus teſtamentorum refertur partim ad jus civile, partim ad jus Prætorium, partim ad conſtitutiones Principum. adde l. 120. D. de verb. ſignif.* 2. obſtat, *Quod olim Germani, atque aliqui Galli teſtamentis uſi non ſint; ergò non eſt Iuriſg.* 3. obſtat, *Quod & hodie aliqui Belgii noſtri populi à teſtamentis ſint alieni.* 4. obſtat, *Forma det eſſe rei: l. 9. §. 3. D. ad exhibend. ergò eſt inventum Romanorum: Quia ab eo eo formam habet.* ℟. ad 1. Quoad originem, teſtamenta ſunt Iuriſg. ut enim moriturus de rebus ſuis diſponere poſſit, eſt ex Iureg. Quoad Formam verò & modum teſtandi, eſt Iuris Civilis. Ut enim haud aliter liceat, quam hoc vel illo modo, id eſt ex Iure Civili. Unde e. g. deportatus teſtamentum condere nequit. *l. 8. §. 1. D. qui teſtam. fac. poſſ.* nec ex eo capere. *l. 1. C. de hered. Inſtit.* Licet ea quæ Iuriſg. ſunt habeant. *l. 17. §. 1. D. de pæn.* ℟. ad 2. Neg. conſeq. non deſinit res juriſg. eſſe, licet tanti orbis tantilla portio eâ olim uſa non ſit, aut ne nunc quidem utatur. Ut enim olim (ſecundum DD.) inventis à Cerere frugibus, inventi ſunt mortales, qui glandibus veſci malebant, vel quod Deorum munera ignorarent, vel quod uſu eorum non caperentur; ita inventis teſtamentis, quid mirum, ſi Germani, ſc. tunc, cum armis magis & fide, quam humanitate & cultu ante reliquos mortales erant, teſta-

teſtamentis, quorum uſum aut ignorabant, aut non probabant, uſi ſint? at poſt cum humilitatem & pacis artes cum armorum ſtudio conjunxerunt, excuſſâ majorum Barbarie, plerique omnes ſuprema de rebus ſuis judicia probavêre. Accedit, quod & literæ tum incognitæ, & bonorum non tanta copia fuerit. Ac neminem præterea præſumpſerant adeò ingratum futurum, ut opus eſſet, eum ab hereditate per teſtamentum excludere: Unde iis bona concedere voluerunt, quibus Deus & Natura. Vid. & *Num.* 27. *verſ.* 8. & *Num. cap. ult.* ℟. ad 3. Nil id obſtat, quò minus teſtamenta juriſg. eſſe dicantur. Cum enim teſtantibus faveat potior gentium nationumque pars, earum conſpiratio ad juriſg. conſtitutionem ſatis pollens potenſque eſt. Accedit, quod communis humani generis conſenſus magis, quam paucorum, quibus ſui animi ſenſus placet, ſequendus ſit. ℟. ad 4. Neg. conſeq. Antecedens intelligitur de Forma eſſentiali. At ſolennitates adhibendæ forma tantum accidentalis ſunt. Omiſſis enim ſolennibus, æque teſtamentum exiſtere poteſt. *Ut in teſtamento Parentis inter liberos, ad pias cauſas, &c.* Licet ergò Forma dat *eſſe* teſtamento, ut ſc. ſolemne ſit & dicatur, non tamen dubium eſt, quin abſque eâ teſtamentum, ſive ultima voluntas exiſtere poſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. An Teſtamenti factio, ſive facultas teſtandi, ſit juris publici?

℟. Affirmo. *l. 3. D. qui teſtam. fac. poſſ.* non enim privati cujuſque arbitrio (ut contractus & conventiones) ſed legis poteſtate regitur. Unde nec pater filiofam. *l. 6. D. eod.* nec patronus liberto teſtandi poteſtatem conferre poteſt. *l. 47. §. 2. D. de bon. libert.* 1. obſtat, *Atqui teſtamenta de hereditatibus à privatis conduntur, & ad commodum fiunt privatorum; ergò teſtamenti factio eſt juris privati.* 2. obſtat, *Si jus publicum propriè eſt illud, quod utilitate tale eſt. §. ult. Inſt. de Iuſt. & Iur. ſequitur, teſtamenti factionem eſſe juris privati.* 3. obſtat, *Atqui videtur eſt Iuriſg. quæſt. præced.* ℟. ad 1. Nego conſeq. Licet enim teſtamentum, ratione ſubjecti, objecti, & finis, ſit juris privati, facultas tamen illud faciendi juri publico debêtur. ℟. ad 2. Nego conſeq. Quia ab objecto illa juris publici deſcriptio deſumpta eſt: at teſtamenta dicuntur juris publici, non objecto tenus, ſed alio modo, qui ad eſſentiam præcipuè non ſpectat. ℟. ad 3. non teſtamenti factio, ſed nuda & ſimplex ſupremæ voluntatis teſtatio eſt Juriſg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. *An Contractus in teſtamento celebrari poſſit?*

℞. MInimè. 1. *Per l.* 21. *§. fin. D. qui teſtam. fac. poſſ. §.* 3. *Inſt. de teſtam. ord. l. cum antiquitas.* 28. *C. de teſtam.* 2. Quia ille actus planè extraneus eſt à teſtamenti ordinatione. *l.* 20. *D. de verb. ſign.* 3. Quia à contractibus ſemel initis recedere non licet. *l.* 5. *C. de oblig. & act.* cum teſtamenta ad mortem uſque revocari poſſint. *l.* 4. *D. de adim. leg.* 4. Quia teſtamentum ab uno teſtatore ſecundum leges fit, atque ex illius ſolius voluntate valet quicquid eo cautum eſt. *l.* 1. *D. qui teſt. fac. poſſ.* At contractus non niſi inter plures celebratur. Bronch. 3. *cent. aſſ.* 22. Vinn. *ad* §. 3. *n.* 7. *l.* 31. *D. de oblig. & act.* Diſſent. Covarruv. *in rubr. de teſtam. n.* 17. Boër. *deciſ.* 353. Vid. Everh. *conſil.* 12. 1. obſtat *l. non eſt mirum.* 26. *D. de pign. act. in verbis* (*teſtamento quoque pignus conſtitui poſſe, Imperator noſter cum patre ſæpiſſimè reſcripſit.*) 2. obſtat *l.* 7. *D. de aſſign. liber.* ℞. ad 1. Non ibi contractus de pignore celebratur, dum teſtamentum conditur, ſed à teſtatore duntaxat pignus creditori in ſecuritatem crediti offertur. ℞. ad 2. Contractus in teſtamento, aut teſtamentum per contractum non fit, ſed voluntas de contractu in eo rectè declaratur. Sic etiam non vitiatur teſtamentum propter contractum ad illum pertinentem, dum illud fit, verè celebratum. *Uti* (*ex. gr.*) *ſi teſtator heredes inſtitue-*

rit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

rit, atque inter eos diviſerit hereditatem, illique præſentes diviſionem acceptaverint.

Q. 5. An & hodie ex ratione requirantur in teſtamentis ſeptem teſtes?

℟. AFfirmo. *§. ſed cum paulatim.* 3. *Inſt. de Teſtam. ord. l. ſi unus.* 12. *C. de teſtam.* Et cum peculiarem quandam virtutem & energiam ſeptenario numero veteres ineſſe crediderint, hinc & eum adhibuêrunt. Dauth. *de teſtam. n.* 420. M. Aurel. Galvan. *de uſufruct. diſſert. var. cap.* 10. *n.* 10. Accedit, cum ſeptenarius numerus Sacer & perfectus habeatur, quod ille perfectę hominis ultimæ diſpoſitioni (ut rei Sacræ & Juſtæ) bene convenire viſus ſit legiſlatoribus Hujus quoque numeri uſus non ſolum in actibus humanis apparet, variiſque nominibus eſt condecoratus, (ex. gr. aliquando dictus *numerus virginitatis*: & dicatus Palladi: Aliquando *numerus purificationis*: aliquando *numerus libertatis.*) Sed & frequentiſſimè in ſacro codice occurrit. Vid. *Apocalypſin Ioann.* 1. obſtat, *Quod lege divinâ omnis probatio veritatis in ore duorum vel trium teſtium conſiſtat.* 2. obſtat *cap.* 10. *X. de teſtam. ubi duo teſtes cum parocho ſufficiunt.* 3. obſtat *l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* 4. obſtat *Novell. Leon.* 41. ℟. ad 1. Id verum eſt, cum de ſimplici veritate probandâ tractatur; at id non impedit, quo minus ordinis cauſâ, ut dolo occurratur, majorem ſolennitatem præſcribere poſſit magiſtratus. Accedit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

cum ſuprema poteſtas ſit ordinatio Dei, ejuſque vice fungatur in terris, ſtatuendum eſt, legem ob juſtam cauſam ab eâ latam mediatè à Deo eſſe profectam. Unde dicendum, cum teſtandi actus ſit graviſſimus, atque infinitis fraudibus expoſitus, hinc, ut perfectiſſima veritas haberetur, ampliorem numerum teſtium legem expoſtulaſſe. *l. fin. C. de fideicomm.* ℟. ad 2. quod Ius Canon. ubi expreſſè diſſentit à Iure Civili, non probet. Deinde id ita à Papâ introductum videtur, ut iſta teſtandi facilitate etiam facilior via ad privatorum fortunas Parochis & Sacrificulis aperta foret. ℟. ad 3. Id verum eſt, [ſi ſc. teſtator eum modum quem Lex præſcripſit obſervaverit. *l. 55. D. de leg. 1.* Licet enim alicujus teſtamentum ſuo modo Lex eſſe dicatur. *l. 120. D. de verb. ſign.* propriè tamen Lex non eſt: cum ſit hominis privati, qui non poteſt ſuperioris, ac publicæ legis diſpoſitionem evitare: Hinc eleganter (*Potentius eſſe, quod in Albo legitur, quam quod in teſtamento*) dicitur. ℟. ad 4. Novellæ Leonis non probant, ſi pugnant cum jure recepto. Cum enim ipſe abſolutum non habuerit imperium; nec unquam, ne quidem ipſius ætate, eæ abſolutè fuerint receptæ, pro jure perperam allegantur. Unde ſolum ad comprobandum poſſunt allegari, vel in hoc, ut inde æquitatis regula proponatur in iis, in quibus deficit Lex. Vid. *Novell. Leon.* 39. Vid. Sand. *deciſ. Friſic. lib. 4. tit. 1. defin.* 3. Schotan. *in exam. jurid. ad tit. C. de Iur. vet. enucl.* Groenew. *ad Novell. Leon.* At noſtris & aliorum moribus, teſtamenta coram duobus Scabinis & Secretario, aut Notario & duobus teſtibus condita,

dita, rata habentur. Coren. *obſ.* 30. *poſt. n.* 5. Grot. *Manuduct. lib.* 2. *part.* 17. *n.* 15. Licet neque teſtatoris, neque teſtium ſubſcriptionibus aut ſignaculis munita ſint. Coren. *obſ.* 10. *Part.* 2. *conſult.* 12. *& ſeqq.* Ex quo apparet, uſu, qui & alias ægrè patitur nimis longè ſe abduci à ſimplicitate juris naturæ, juris canonici diſpoſitionem etiam hâc in re eſſe probatam.

Q. 6. An & ſeptem teſtes Jure Civili requirantur in teſtamento tempore peſtis condito?

℟. AFfirmo. Nil enim eo jure de ſolennibus eſt remiſſum, excepto eo, quod ſimul eos convenire non neceſſe ſit. *l.* 8. *C. de teſtam.* At ex æquitate, ut ſi tanta peſtis ſit, ut tot teſtes haberi nequeant, ſubveniendum teſtamento, ut duo vel tres ſufficiant. Arg. *l.* 7. *D. de reſtitut. in integr.* Tempore enim neceſſitatis à regulis Iuris communis receditur. *l.* 1. *D. de damn. infect.* 1. obſtat *d. l.* 8. 2. obſtat *l. fin. C. de teſtam. ubi propter inopiam teſtium nulla ſolennitas remiſſa eſt, quam ut quinque loco ſeptem teſtes adhibeantur.* 3. obſtat, *Sibi imputet teſtator, quod non ante fecerit teſtamentum.* ℟. ad 1. *in d. l.* generaliter de contagione agitur, at non de tali, ob quam quis non poteſt habêre ſufficientem teſtium numerum. ℟. ad 2. Ibi agitur de inopia teſtium univerſali, ſc. quæ non ex peſte, ſed ex loco eſt: In alium enim locum ſe conferre poteſt, qui ruri teſtamentum conficere vult. ℟. ad 3. Id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

abſurdum eſt. Cum idem objici poſſit ei, qui in hoſtili ſolo teſtatur, cui, propter neceſſitatem in quam incidit, ſine omni ſolennitate teſtari licet. *l. ult. D. de teſtam. milit.*

Q. 7. *Annon concidat teſtamentum, teſtibus quibuſdam ante apertas tabulas vitâ defunctis?*

℟. NEquaquam. Quod enim ſemel utiliter conſtitutum eſt, durat, licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuit. *l. 85. §. 1. D. de Reg. Iur. l. 73. de Reg. Iur. in 6.* Huc pertinet *§. 7. Inſt. de teſtam. ord. §. 1. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* 1. obſtat, *Quod teſtes ſignacula ſua recognoſcere debeant. l. 5. & ſeqq. D. teſtam. quem. aper.* 2. obſtat, *Quod per teſtes mortuos non poßit probari teſtamentum.* ℟. ad 1. Id procedit in teſtibus, quos produci poſſibile eſt: Sin minus, coram viris honeſtis teſtamentum aperiri poteſt. *l. 2. C. eod.* ℟. ad 2. Id falſum eſt. Teſtamentum enim vel ſcriptum eſt, vel nuncupativum: Illud per manus teſtium & ſigna; hoc per duos vel tres, qui iſti actui interfuerunt, ſatis probari poteſt. Nec enim ad probationem teſtamenti confecti idem numerus teſtium requiritur, qui ad ſolennitatem conficiendi neceſſarius eſt. Quod juris eſt eo caſu, teſtibus ſc. è vita exceſſis, idem ſtatuendum, ſi aliqui ex iis muti, ſurdi, cæci, aut furioſi facti fuerint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 8. An teſtamentum minus ſolenne, cum ſc. certò conſtat de voluntate defuncti, in foro conſcientiæ ſit obligatorium?

℞. AFfirmo. 1. Quia in foro conſcientiæ ſola veritas ſpectatur ſecundùm ſimplicitatem juris naturalis. *c.* 1. *diſt.* 1. cum ad obſtringendam conſcientiam ſufficiat obligatio naturalis tantum. 2. Quia lex conſcientiæ; quæ naturæ eſt, legibus civilibus non mutatur. Ergò ſi illa in corde loquatur, & dictet voluntatem defuncti, eſt ſervanda, & contra conſcientiam agit, qui eam non ſervat. 3. Quia ſola voluntas teſtatoris naturaliter teſtamentum facit, ergò omiſſione ſolennitatum, quæ tantum externa quædam ſunt, illa haudquaquam eſt violanda ab eo, qui ab inteſtato heres eſt. Cum ad excludendam fraudem ſolennitas adhibenda ſit, ſequitur, hanc ceſſare, ſi propter certitudinem voluntatis defuncti illi non poſſit dari locus. Vid. *l. fin. C. d. Fideicommiſſ. §. fin. Inſt. de hered. Fideicomm.* Vid. Molinam *de Iuſtit. & Iur. tract.* 2. *diſput.* 81. Leſſ. 2. *de Iuſt. & Iur. c.* 19. *dub.* 3. Covarruv. *in c. cum eſſes. X. de Teſtam. ſibi contrarius* 2. *reſol.* 4. Fachin. 4. *contr.* 5. Vinn. *ad §.* 3. *Inſt. de Teſtam. ord. n.* 8. 1. obſtat, *Quod teſtator, qui non ſatisfecit legi, videatur non voluiſſe ſic teſtari.* 2. obſtat, *Quod lege permittente fit, peccatum non involvit.* 3. obſtat, *Atqui lex de ſolennitatibus juſta eſt, atque ad communem Reip. utilitatem con-*

fecta, ne quid falſitatis committatur. ℞. ad 1.2.3. Illa objici poſſe in ſolo caſu dubio, non verò certo, de quo hîc agitur. Tunc enim voluntas defuncti, licet jure deſtituatur, (modo ſc. pia ſit & honeſta) bono heredi pro jure eſt ſervanda.

Q. 9. Cum paternum Teſtamentum ſine ſolennitate conditum valeat inter liberos, an idem privilegium locum habeat, ſi diſtributio à parente facta ſit inæqualiter?

℞. AFfirmo. *l. fin. C. famil. erciſc.* ſi heredum nomina & partes non per ſigna, ſed per integras literas deſignentur. *Novell.* 107. *c.* 1. Licet enim parentibus de bonis pro arbitrio diſponere, modò liberis legitima relinquatur ſalva. *l. parentum. C. de inoff. teſtam.* Nec obſtat, *æqualitatem inter liberos eſſe ſervandam. l. inter filios.* 11. *C. famil. erciſc. l. ut liberis. C. de collat.* Quia id in dubio lex imperat: at cum expreſſa voluntas patris teſtantis eſt in contrarium, tunc illa regula perdit officium ſuum. Uni enim liberorum pater plus, quam alteri relinquere non prohibetur, dummodò neminem debitâ legitimâ defraudaverit, uti jam dictum eſt. Prædicta quoque in patre cæco, qui ſc. *per nuncupationem* teſtatus eſt, locum obtinent: cum & leges generaliter loquantur, & cæcus haud minus, quam alius, parens ſit. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 17. Mynſing. *in §. Cæcus. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac.*

fac. teſtam. Si verò parens, qui ſcripto ſine ulla ſolennitate inter liberos diſpoſuit, etiam extraneis quid reliquerit, quoad extraneos omiſſa ſolennia teſtamentum reddunt nullum, *d. l. fin. C. famil. erciſc.* niſi præter ſcripturam (quæ alioquin ſola inter liberos ſufficit) & vivâ voce uſus ſit. *d. Novell.* 107. *c.* 1. Sin verò liberis immixta ſit cauſa pia; & quoad hanc de jure civili diſpoſitio evaneſcit. *l.* 21. *§.* 1. *C. de teſtam.* ibi enim tantum de liberis agitur. At de jure canonico, quod in hâc re, ne conſcientiæ vis inferatur, ſequimur, vires habet. *cap. relatè. X. de teſtam.* Obſtat *Canon. ult. cauſ.* 17. *q. ult.* ℞. Non ibi de ſolennitatis omiſſione, ſed de exheredatione liberorum, res eſt. Quo caſu pia cauſa non attenditur, cum de damno liberorum quæritur. Quod verò dictum eſt, teſtamentum paternum inter liberos, omiſſis ſolennibus, valêre; id non procedit, ex parte ſc. patris, inter liberos naturales. Licet enim leges generaliter loquantur, illa tamen generalis clauſula ſemper ſe refert ad illa, quæ legitimè fiunt. At lex naturales in patre non agnoſcit. *l. filium. D. de his qui ſunt ſui vel alien. Iur.* Ex parte verò matris, naturales æque ac legitimi ſuccedunt.

Q. 10. *An mulier in teſtamento teſtis eſſe poſſit?*

℞. MInimè. *§. 6. Inſt. de teſtam. ordin. l.* 20. *§. 6. mulier. D. qui teſtam. fac.* Cujus ratio non in Judicii infirmitate, ſed Iuris Civilis diſpoſitione conſiſtit.

Iure enim Civili, vel in comitiis, vel in procinctu, vel per æs & libram teſtamenta fiebant. At mulier neque comitiorum commercium habebat, neque militiæ capax erat; neque in emancipationibus tanquam ſolennibus adhibebatur. 1. obſtat, *Atqui fœmina ipſa teſtamentum condere poteſt, ergò teſtis eſſe non impeditur.* 2. obſtat, *Quod fœmina in omnibus criminalibus & civilibus negotiis jure teſtis eſſe poßit.* ℟. ad 1. neg. conſeq. Ratio enim diverſitatis eſt, quia cum ipſa condit teſtamentum, tunc proprium negotium ſolenniter peragit: at cum in teſtem adhibetur, tunc ſolennitatem in actu alieno ſupplet, quod jura prohibent. ℟. ad 2. Quod in controverſiis civilibus & criminalibus tantum de probatione, non autem de ſolennitate quæratur, uti in teſtamentis. Verum hæc licet ita ſe habeant, quin tamen teſtamenta parentum inter liberos à muliere teſte confirmari poſſint, nullus dubito. Fund. Quia non niſi in teſtamento ſolenni teſtis eſſe prohibetur, nec ulla ſolennia in hoc teſtamento requiruntur. Iaſon. *in l.* 21. §. *ex imperfecto* 1. *C. de teſtam.* Gail. 2. *obſ.* 112. *n.* 6. Schneidw. *ad* §. 1. *Inſt. de codicill. n.* 38. Obſtat, *Quod neutro jure mulier in ultimâ voluntate teſtis eſſe queat. d.* §. 6. *junct. cap. Forus. de verb. ſign.* ℟. In ſolo teſtamento ſolenni teſtis eſſe prohibetur, non autem in eâ ſpecie ultimæ voluntatis, in quâ de veritatis probatione tantum diſceptatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An Legatarii & Fideicommiſſarii tam in teſtamento* Nuncupativo, *quam* ſcripto *teſtes eſſe poſſint?*

℟. AFfirmo. Ratio enim quâ utitur Imperator *in §. 11. Inſt. de teſtam. ord.* (*quia non ſunt Iuris ſucceſſores*) utrobique procedit. Accedit, quod *in l. 22. C. de teſtam.* indiſtinctè de omni teſtamento tractetur. Vigl. *in d. §. 11.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. qui teſtam. fac. poſſ. Sect. ſolennitat. teſtam.* 1. obſtat *d. §. 11. ad teſtamentum in ſcriptis pertinêre. Fund. quia Imperator initio tituli de teſtam. ord. tradit formam teſtamenti in ſcriptis conficiendi, eamque perſequitur uſque ad §. ult. ergò quicquid ante ſcripſit, ad ea, quæ per nuncupationem fiunt, non pertinet.* 2. obſtat *d. §. ult. in verbis* (*ſed hæc quidem de teſtamentis, quæ ſcriptis conficiuntur, ſufficiunt: ſi quis autem ſine ſcriptis, &c.* 3. obſtat, *Quod nemo poßit eſſe teſtis in propriâ cauſa. l. 10. D. de teſtib.* ℟. ad 1. Licet ibi agatur de ſcripto, ea tamen, quæ ibi relata ſunt, quoque obtinent in nuncupativo. Deinde, falſum eſt, nihil eorum, quæ ante *d. §. ult.* ſcripſit Imperator, ad teſtamenta quæ per nuncupationem fiunt, pertinêre. Quæ enim de ſeptem teſtibus adhibendis, de eorum rogatione & qualitate, de unico contextu, de herede à teſtimonio repellendo, ante ſcripſerat, in teſtamento nuncupativo quoque habent locum, licet eorum *in d. §. ult.* non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſit facta mentio. R. ad 2. Ibi innuit Imperator, ea, quæ ante ſunt tradita, partim utrique teſtamento, ſcripto & nuncupativo eſſe communia. §. 3. 6. 10. partim teſtamenti ſcripti eſſe propria. §. 4. 5. 12. 13. At teſtamenti nuncupativi hoc unum ſpeciale eſſe, ut heredes palam, ita ut exaudiri à teſtibus poſſit, nuncupentur. *d. §. ult.* R. ad 3. Id verum eſt, ſc. directo; per conſequentiam verò, ſecus eſt. At legatarius directò non pro ſe, ſed pro herede teſtatur. Non enim legata, ſed inſtitutionem heredis probat: Quâ probatâ pro herede, non poterit is illud teſtimonium reprobare, quo pro ſe uſus eſt. At illa cauſa propria dicitur, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine, verè ſc. & directò pertinet. *l. 1. §. 11. D. quand. appell. DD. in l. omnibus & ſeq. C. de teſtib.* Quæ verò per conſequentiam fiunt, non attenduntur. *l. 1. D. de auth. tut.*

Q. 12. *An teſtamentum in ſcriptis non legitimè factum, ut nuncupativum valeat, ſi ejus habet ſolennia?*

R. AFfirmo. Ratio, quia cum teſtator decedere inteſtatus noluit, præſumitur eligere voluiſſe eam ſpeciem teſtamenti, quæ valeret. Arg. *l. 3. D. de teſt. mil.* Eſtque eadem utriuſque teſtamenti vis & efficacia, nec niſi ritu externo ſcriptum à nuncupativo diſtinguitur. Obſtat, *Atqui actus ultrà intentionem agentis nil operatur. at intentio fuit, ut teſtamentum eſſet ſcriptum, non nuncupativum: at ſcriptum*

eſſe

eſſe non potuit, propter defectum ſc. ſolennitatum. l. ſi unus. C. de teſtam. nec etiam nuncupativum, quia teſtator id noluit. *l. 9. D. de hered. Inſtit. l. fin. C. de codicill.* ℞. d. Regula procedit, cum agitur de actibus diverſæ ſpeciei, qui diverſos habent effectus, *ut (ex. gr.) teſtamentum & codicillus.* At teſtamentum ſcriptum & nuncupativum non ſunt diverſæ ſpecies ultimarum voluntatum, quæ diverſos habent effectus. At non puto voluntatem pro nuncupativâ accipiendam, ſed inutilem eſſe, ſi omiſſa nuncupatione heredis teſtator ſe retulerit coram ſeptem teſtibus ad ſcripturam, vel codicillos, quibus continetur nomen heredis. Ratio, quia nuncupatio expreſſa heredis ad nuncupativi formam pertinet. *l. 21. D. qui teſtam. fac. poſſ. l. 29. verſic. quod ſi non. junct. l. 31. §. 2. C. de teſtam.* Unde nec per relationem ad ſcripturam nuncupatio ſuppleri poteſt. Obſtat *l. aſſe toto. 77. D. de hered. inſtit. l. 10. in princ. D. de condic. inſtitut.* ℞. d. ll. de teſtamento ſcripto loquuntur. Vid. Covarruv. *ad cap. 13. n. 6. X. de teſtib.* Vincent. de Franc. *deciſ.* 112. Diſſ. Jul. Clar. *§. teſtamentum. q. 4.*

Q. 13. An militis teſtamentum ſcriptum ſine ullis teſtibus ſubſiſtat?

℞. AFfirmo, modo ſc. eam ſcripturam militis eſſe certò conſtet. 1. Quia ſola nuda illius voluntas pro teſtamento eſt. *l. 1. D. l. 15. C. princ. Inſt. de milit. teſtam.* at nuda dici ea nequit, quæ rogationem

teſtium

teſtium deſiderat. 2. *Per Novell. Leon.* 40. *in princ. ubi diſertè ſcribit Leo, teſtamenta eorum qui in acie moriuntur ſine ullis teſtibus valere.* Vigl. *in* §. 1. *planè*. Bacchov. *ibid. Inſt. de milit. teſtam.* Atque hoc non tantum procedit in eo, qui in acie & conflictu belli occumbit, ſed & qui in tentorio degit. 1. obſtat *d.* §. 1. *in verbis* (*convocatis hominibus.*) 2. obſtat, *Quod Iuſg.* (*cujus ſolennitas in militis teſtamento requiritur*) *duos ſaltem teſtes deſideret.* 3. obſtat, *Quod & hîc legitimâ probatione opus ſit. l. Lucius.* 40. *D. eod.* 4. obſtat, *Quod vix aliter probari poßit, quam per duorum teſtimonium. l. ubi* 12. *D. de teſtib. l. Divus.* 24. *D. de milit. teſtam.* 5. obſtat, *Quod locutio hæc* (ſine teſtibus teſtari) *involvat contradictionem.* ℞. ad 1. Quod *in d.* §. non forma teſtandi, ſed duntaxat facti quædam ſpecies proponatur. ℞. ad 2. Iuſgent. teſtium interventum non expoſcit; uti & teſtes à Iure civili demum introducti ſunt. §. *ſed cum paulatim.* 3. *Inſt. de teſtam. ord.* at noſtro caſu, ſufficit quævis ultimæ voluntatis declaratio. Deinde, *in d.* §. 1. agitur de militis teſtamento *Nuncupativo.* ℞. ad 3. Quod ea probatio, quæ ſit per ſcripturam militis, ſit legitima: ſicut & Gentes ad quid probandum ſcripturam admiſerunt. Vid. *d. l. Lucius.* ℞. ad 4. id non locum habet in ſcripto, ſed in nuncupativo teſtamento. Quo caſu, legitima probatio non eſt dicenda, niſi quæ ſit per duos teſtes. ℞. ad 5. Id procederet, *ſi teſtamentum à Teſtibus* appellaretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 14. *An milites limitanei & præſidiarii, quique in hybernis degunt, habeant privilegium teſtandi jure militari?*

℞. Minimè. Ob imperitiam enim & pericula iis duntaxat iſtud privilegium conceditur, qui in caſtris degunt, vel in expeditione. *§. 1. junct. §. 3. Inſtit. de milit. teſtam.* 1. obſtat *l. fin. D. eod. ubi illis datur idem privilegium qui ſunt in hoſtico, i. e. hoſtili ſolo.* 2. obſtat, *Quod & limitanei, &c. legum ſint imperiti.* ℞. ad 1. Quod & illi verſentur in ſummo periculo. ℞. ad 2. non ſola juris imperitia, ſed periculorũ frequentia, & neceſſitas expeditionis cauſam privilegio dedêrunt. Et cum ei privilegio nulla conſtitutione ſit derogatum, ſequitur, & noſtri temporis milites eodem jure teſtari poſſe. Vigent enim in illis eædem rationes, idemque publici belli finis, *populſatio ſc. hoſtis, vel rerum ab hoſte ablatarum recuperatio.* Accedit, quod & illi non tantum pro libertate, pro Laribus ſepulchriſque avitis (ut olim Romani) dimicent, ſed & pro Religione ſanguinem animamque profundant. Diſſent. Bald. *in l. penult. D. de teſtament. milit.* Aretin. *in princ. Inſt. eod.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 15. *An & cauſarum Patronis, cæteriſque militibus togatis idem jus teſtandi competat?*

Ry. NEquaquam. Simplicitas enim ſive juris ignorantia, & neceſſitas expeditionis, (uti dictum eſt) cauſam privilegio militari dedêrunt. Huc enim pertinet *Princ. Inſtit. de milit. teſtam. junct. l. fin. in princ. C. de Iur. deliber. ubi Arma magis quam Iura ſcire milites dicuntur.* Hinc illud *Ovid. 1. Faſtor.*

Scilicet arma magis quam ſidera (Romule) noras,
Curaque finitimos vincere major erat.

Accedit, quod ea, quæ contra jus commune, ex ſpeciali privilegio, militiæ indulta ſunt, ne quidem ex identitate rationis extenſionem ad alios caſus, quantumvis ſimillimos, ferre poſſint. Arg. *l. 14. D. de legib.* At milites togatos nec juris ignorantia excuſat. *l. 2. §. Servius. 43. D. de Orig. Iur. verſic. turpe eſt Patricio, & Nobili, & cauſas oranti, jus, in quo verſatur, ignorare.* nec ipſos expeditionis neceſſitas manet. Donell. 6. *comm.* 28. Schneidw. *in princ. tit. de milit. teſtam. n.* 12. Weſembec. *ibid. n. 6.* 1. obſtat, *Quod & milites dicantur. l. Advocati.* 14. *C. de advoc. diverſ. judicior.* 2. obſtat, *Cum Advocati Doctoreſque juris militibus armatis æquiparentur. d. l. Advocati. ſequitur, & idem jus de illis dici oportêre.* Ry. ad 1. Id fit impropriè: licet enim nil tam ſimile bello ſit, quam lis & judicium; in

in aliis tamen militia advocatorum, quam militum armatorum conſiſtit. Vid. *d. l.* 14. Ut enim propriè quis miles dicatur, quatuor conjunctim requiruntur. 1. Ut baltheo cingatur. Unde & paſſim in jure *cincti* milites dicuntur. 2. Ut in album relatus ſit. 3. Ut jurejurando adactus ſpoponderit, omnia ſe ſtrenuè facturum. 4. Ut ipſius brachiis ſtigma, ut eò facilius agnoſci poſſit, inuſtum ſit. *l. ſtigmata. C. de Fabricenſ.* Quo fortè maximus Chriſti miles reſpexit *Paulus ad Galat. c. ult. verſ.* 17. dum gloriatur, *ſe ſtigmata Chriſti in corpore ſuo portare.* ℞. ad 2. Æquiparantur tantum quoad merita; unde & iiſdem privilegiis, quibus milites, ratione ſc. meritorum & prærogativæ, fruuntur. At non æquiparantur, reſpectu ſc. ignorantiæ & ſimplicitatis. *d. l.* 2. §. 43. *D. de orig. Iur.* Unde & in militaribus actibus miles Doctori; & è contra in actibus facultatis Doctor militi præfertur. *l.* 1. *C. de offic. vicarior.* Accedit, quod quidem *in d. l.* 14. militare Doctores juris dicuntur; at cum hoc fiat citrà expeditionis neceſſitatem, privilegium in illis non habet locum.

Q. 16. *An filiusf. condere poſſit teſtamentum?*

℞. Minimè. *l. qui in poteſtate. 6. D. qui teſtam. fac. poſſ. l. pen. C. de teſtam. princ. tit. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* Et ex verbis, aut ſententiâ legis Decemviralis tres eliciuntur rationes, propter quas filiifam. olim teſtari prohibebantur.

1. Quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

1. Quia lex nominatim de ſolo Patref. loquitur. *l.* 120. *D. V. S. Paterf. Uti legaßit ſuæ rei, ita jus eſto.* Cicero *lib.* 2. *de Invent. & ad Heren. lib.* 1. *Paterf. uti ſuper familiâ pecuniave legaßit, Ita jus eſto.* Hic enim ſolus cum propriè familiæ dominus eſſet, ac Princeps *l.* 195. *§.* 1. *& l. ſeq. D. de verb. ſignif.* ejuſque adminiſtrationem habêret. *l. in ſuis.* 11. *D. de lib. & poſthum.* actus inter domeſticos maximi momenti (quibus haud immerito teſtamenti actus, in quo agebatur de totâ re familiari in publico conſpectu Populi Romani tributis comitiis convocati, annumeratur) à ſolo patref. poterant expediri. 2. Quia filiusf. non habebat familiam, de qua teſtaretur, ſed ipſe in Patris familiâ poſitus erat. 3. Quia & lege 12. tabb. expreſſè cautum erat, ut teſtator de re, pecuniâ, familiâ ſuâ, teſtaretur. At filiusf. nil proprium habebat. Hinc Ulpianus *tit.* 20. *Filiusf. teſtamentum facere non poteſt; quoniam nihil ſuum habet.* 1. obſtat *l.* 9 *D. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* 2. obſtat *l. ex facto* 43. *in princ. D. de vulg. & pupill. ubi iniquum beneficium Principis appellatur, quo teſtamenti factio homini ſanæ mentis aufertur.* 3. obſtat, *Quod filiusf. contrahere poßit. l.* 39. *D. de oblig. & act. ergò & teſtamentum condere. Sumpto argumento à contractibus ad ultimas voluntates. l.* 46. *D. de legat.* 1. ℟. ad 1. Cauſæ publicæ *in d. l.* 6. ſunt publica munera, in quibus favore Reipub. filiusf. pro patref. reputatur. At hoc ſenſu, teſtamentum publici juris non eſt *l.* 3. *D. qui teſtam. fac. poſſ.* ℟. ad 2. Id verum eſt in eo, cui lex publica jus teſtandi conceſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ceſſit. ℟. ad 3. neg. conſeq. Deinde argumentum à contractibus ad ultimas voluntates valet, niſi ſc. lex, aut ratio ſit impedimento. At lex publica contrahendi, non autem teſtandi facultatem filiof. permiſit, excepto peculio caſtrenſi, vel quaſi. *d. princ. tit. Inſt.* quorum reſpectu filiif. patresf. dicuntur. Unde & *Iuvenalis Satyr.* 16.

Solis præterea teſtandi militibus Ius
Vivo patre datur, &c.

Et quodammodò cum excellentiâ & dignitate patriæ poteſtatis pugnare videtur, ut filiusfam. vivo patre de univerſis rebus ſuis teſtamentum conderet. Et prædicta procedunt, licet pater ipſi permiſerit. *d. l. 6. d. princ.* cum enim ex jure publico teſtandi facultas deſcendat, privata patris permiſſione mutari non poteſt. Nec obſtat *l. 7. §. 4. D. de donat. mort. cauſ. ubi filiusf. ex conſenſu patris mortis cauſa donare poteſt.* Quia à ſeparatis nihil validè infertur: mortis enim cauſa donatio, quà ſc. fit, non legati, ſed contractus ſpeciem habet, unde & filiof. tanquam contractus eſt conceſſa: at legati vicem non habet, niſi quà de effectu, & externo modo adhibendi teſtes diſputatur. Huc refer *l. 37. D. de donat. mort. cauſ.* Minus movet *l. pen. C. de pact.* ex quâ infertur; *unicuique Iuri pro ſe introducto renunciare licet. Ergò & Patri; cum propter eum ejuſque poteſtatem filiisfam. teſtandi facultas ſit denegata.* Verum cum *d. l. pen.* tantum in iis, quæ ſunt privati juris, & quæ cujuſque ſuum reſpiciunt patrimonium, vigeat, propoſito caſui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſui applicari nequit, eò quod teſtamenti factio publicam cauſam habeat, ejuſque origo juri publico debeatur. Unde cum teſtamenti factio non ex genere *Prohibitorum*, ſed *Permiſſorum* ſit, laudanda hîc regula, *quod non eſt permiſſum, illud eſt prohibitum.* At lex (uti dictum eſt) non tantum non permiſit, ſed & prohibuit, ne filiusfam. ex conſenſu Patris de bonis teſtaretur. Quod & verum eſt, licet clauſula codicillaris, vel ſalutaris (*ut ſi non poßit valêre jure teſtamenti, valeat omni meliori modo*) teſtamento ſubjecta ſit: nec enim valebit ut mortis cauſa donatio, niſi illa in ſpecie intervenerint, quæ lex præſcripſit, i. e. niſi acceptatio facta fuerit. *l.* 38. *D. de donat. mort. cauſ.* alioquin voluntas propter defectum ob conditionem perſonæ evaneſcet. Idem & verum eſſe puto de Jure Civili, licet in piam cauſam ex conſenſu patris ſit teſtatus: ſecus verò de Iure Canonico. *cap. licet. de ſepultur. in* 6. Vid. Covarruv. *de teſtam. part.* 3. *n.* 23. Ant. Fab. *ad tit. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. defin.* 40.

Q. 17. An filiusf. de illis adventitiis, quorum uſusfructus ad patrem non pertinet, teſtari poſſit?

℞. NEg. 1. Quia filiusfam. à teſtamenti factione regulariter arcetur. Vid. *quæſt. præced.* 2. Quia de peculio adventitio indiſtinctè filiusſam. teſtari prohibetur. *Princ. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. junct. l. nemo.* 11. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* at

at uſusfruct. peculii, licet patri non ſit quæſitus, æquè tamen manet adventitium; non enim rei formam accidentia mutant. 2. Quia teſtamentum non ſolum eſt diſpoſitio de bonis, ſed de jure familiæ: quod filius non habet, cum ipſe ſit in familiâ patris. *l.* 195. *§. familiæ, D. de verbor. ſignif.* Diſſent. Vaud. 1. *Variar. quæſt.* 1. Wurmſer. 1. *pr.* 3. *obſ.* 16. Gothofr. *ad l.* 3. *§.* 1. *C. qui teſt. fac. poſſ.* 1. obſtat *l.* 50. *D. ad Sctm. Trebell. ubi filiof. militi (qui teſtari poteſt. §. 2. Inſt. de milit. teſtam.) in hiſce bonis aßimilatur.* 2. obſtat, *Eadem hoc caſu ratio eſt, quæ obtinet in peculio caſtrenſi vel quaſi. ſc. quod in hiſce nil juris patri competat; at idcircò filiusf. olim teſtari non potuit, eò quod nil ipſi eſſet de quo teſtari poſſet.* Ulpian. *in Fragment.* 3. obſtat *l. ult. §.* 5. *C. de bon. qu. liber.* 4. obſtat *Novell.* 117. *c.* 2. *§.* 1. *ubi quo volunt modo de peculio adventio filiif. diſponere poſſunt.* 5. obſtat *Novell.* 115. *c.* 4. *&* 5. *ubi de liberorum teſtamentis tractatur.* 6. obſtat, *Atqui quod inter vivos conceditur, id multò magis concedendum eſt in ultimâ voluntate.* Arg. *tit. Inſt. de leg. Fuſ. Canin. tollend.* ℟. ad 1. Comparatio ibi propoſita non ſpectat ad caſum noſtrum, ſed ad ſubjectam materiam de quâ ibi agitur. ℟. ad 2. Ibi committitur fallacia non cauſæ pro cauſa. Vera enim & adæquata cauſa non in eo conſiſtit, quod filiusf. non habeat bona, ſed quod lex ipſi ſit impedimento. ℟. ad 3. Tempore *d. l.* 8. *§.* 5. patri adimi non potuiſſe uſumf. indeque ſumi argum. à contrario ſenſu, quod, cum ei lex aut ratio adverſatur, non procedit. Accedit *d. l.* interpretationem *l.* 11. *C. qui teſtam. fac. poſſ. accepiſſe.*

℟. ad

℟. ad 4. Quovis modo diſponere poſſunt, quatenus ſc. lex permittit: at permiſit lex tantum inter vivos. Agitur enim & *in d. loc.* de domeſticâ bonorum adminiſtratione. ℟. ad 5. Ibi agitur de liberis emancipatis, atque enarrantur cauſæ, propter quas parentes à liberis, quibus ſc. teſtamenti factio eſt, poſſunt exheredari. ℟. ad 6. Non valet iſta argumentatio, ubi non eadem utriuſque eſt ratio. Lex enim 12. tabular. tantum patrif. teſtandi facultatem dedit: At in contractibus verò & alienationibus rerum inter patrem & filiumf. non diſtinxit. *Legis diſpoſitio, non verò privati alicujus voluntas, conſideranda eſt.*

Q. 18. An damnati ad ultimum ſupplicium hodiè rectè teſtentur?

℟. Minimè. *l.* 8. §. 1. *& fin. D. qui teſtam. fac. poſſ. l.* 29. *D. de pæn.* 1. obſtat, *Quod nunc ceſſet ratio legis, eò quod damnatorum bona hodiè Fiſco non addicantur. auth. bona. damnatorum. C. de bon. proſcript. junct. d. l.* 8. §. *fin.* ℟. remiſſio iſta publicationis cum gratiam & favorem proximorum magis, quam damnatorum, concernat, ſequitur, jus antiquum haudquaquam abolitum eſſe. Vaſq. *illuſtr. quæſt. c.* 96. *n.* 2. Covarruv. *de teſtam. part.* 2. *num.* 42. Graſſ. *in* §. *teſtamentum. q.* 26. *& ſeq.* Gail. 1. *de pac. pub. cap.* 19. *n.* 8. At ſi poſt accuſationem in reatu quis moriatur, teſtamentum quod ante ſententiam fecit, valet. *l.* 9. *D. qui teſtam. fac. poſſ.* Licet & perduellionis reus ſit: hic quidem ſtatim

ſtatim poſt contractum crimen res ſuas alienare prohibetur. *l.20.D.de accuſat. l. quiſquis.5.§.4. C. ad leg. Iul. Majeſt.* at dominium rerum ſuarum amiſiſſe, niſi ab eo tempore quo per ſententiam reus eſt declaratus, Nego. *l. 15. D. qui & à quib. manum. l. 20. in princ. D. de accuſat.l.46.§.6. D. de Iur. Fiſc. §.5. in fin.Inſt. de hered.quæ ab inteſt.* Non enim ſtatim qui accuſatur, ſed qui convincitur, criminoſus eſt. *l. fin. C. ad leg.Iul. Majeſtat.* Gigas *in tract. de crim. læſ.maj. rubr. de pæn.q.25.* Fab. *lib.6. cod. tit.5. defin.21.* Carpzov. *part.1. crim.q.41.n.100.* 1. obſtat *l.31.§. fin.D.de donat. d.l.20. D. de accuſat. in fin.* 2. obſtat *l. ult. D.ad leg. Iul. Maj.* 3. obſtat *d.l.5. in fin. princ.verbis (omnibus bonis fiſco addictis.)* ℞.ad 1. Ademptam eſſe facultatem alienandi, concedo. At inde dominium amiſſum, nego. Vid. *tit Inſt.quib. alien. lic. vel non lic.* ℞. ad 2. Fiſco vindicatur hereditas, ſc. ſecutâ condemnatione. *d. l. in verbis (niſi à ſucceſſoribus purgetur.)* ℞. ad 3. id intelligendum de eo caſu, quo ſententia declaratoria ſecuta eſt. Diſſent. Decian. *lib.7. crim. c.40.* Cujac. 6. *obſ.23. in fin.* Leſſ. *de juſt. & jur. q.6. art.6.*

Q. 19. An habenda ratio temporis Teſtamenti, an verò mortis Teſtatoris, cum de ſtatu, qualitate & conditione ejus diſputatur?

℞. CUm Labeone *Ic. in l.2.D. qui teſtam. fac. poſſ.* Ejus temporis, quo teſtamentum fit, integritatem mentis, non corporis ſanitatem in Teſtatore exigendam eſſe.

eſſe. Supervenientia enim vitia, ut furor, prodigalitas, &c. antè ritè conditum teſtamentum non infirmant, licet teſtamenti factionem remo-rentur. *l.* 6. §. 1. *D. eod.* §. 1. *Inſt. quib. non eſ permiſſ. fac. teſtam.* Obſtat *l.* 1. §. *exigit Prætor* 8. *D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. in quâ requiritur, ut is cujus bonorum poſſeſſio datur, utroque tempore jus teſtamenti faciendi habuerit, & cum facit teſtamentum, & cum moritur.* ℞. Cum quæritur, an teſtator, cui teſtamenti factio eſt, ſana mentis fuerit, ſufficit tempore teſtamenti (ut dictum eſt) ei mentis integritatem adfuiſſe. A Edicto Prætoris de bonorum poſſeſſione ſecundum teſtamenti tabulas danda requiritur, u teſtator utroque tempore ſui juris, liber & civi fuerit. Mutato enim ſtatu, ſeu capite minuto, ve deportato, vel in metallum dato teſtatore, irri tum redditur teſtamentum. Vid. Bachov. *not ad Treutl. vol.* 2. *diſput.* 10. *theſ.* 7. Wiſſenb *part.* 1. *exercitat. ad l. Pandectar. diſput.* 54 *theſ.* 21.

Q. 20. *An & hodiè poſthumus poſſit exheredari?*

℞. AFfirm. Cum enim olim potuerit § 1 2. *Inſt. de exhe. ed. liber.* idque Ius nuſ quam ſit ſublatum, illud adhuc ſtar debet. *l.* 27. *C. de teſtam.* Connan. 9. *comm.* 10 Donell. 6. *comment.* 13. Schotan. *in exam. Iu rid. ad tit. de exheredat. liberor.* Diſſent. Cujac *ad l.* 4. *D. de lib. & poſthum.* Vult. *ad* §. 1. *n.* 16 *Inſt. de exhered. lib.* & Schneidw. *ad d.* §. *n.* 2

Ob

Obſtat, *Atqui ille ingratus dici non poteſt, eò quod in ipſo nulla deprehendi poßit culpa. l. 55. in fin. D. de fideicomm. libertat. At exheredatio non procedit, niſi ex cauſâ ingratitudinis juſtâ, expreſſâ, ac verâ. Novell.* 115. *c.* 3. ℟. Ut aſſertio percipiatur, ſententia eſt; ob exheredationem poſthumi teſtamentum non eſſe ipſo jure nullum. Eſt enim vel verè poſthumus, vel quaſi. Illo caſu, ob injuſtam, vel non expreſſam, vel falſam exheredationem, actio datur ad evacuandam ſolam inſtitutionem per veterem modum querelæ inofficioſi. *d. cap.* 3. At præteriti ipſo jure rumpunt teſtamentum. §. 1. *Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* niſi addita ſit clauſula codicillaris, ſive fideicommiſſaria. *l.* 16. *D. de jur. codicill.* ex cujus vi quædam ab inteſtato deferri poſſint. *l.* 29. §. 1. *D. qui teſtam. fac. poſſ.* Hoc verò caſu, ſi tempore conditi teſtamenti doli capax ſit, ei exheredato nullum remedium competet. Alias præteritus vel exheredatus agere debet querela inofficioſi. §. 2. *in fin. Inſt. de querel. inoffic. Satis enim crudele eſſe videtur. (ait Imperator) eum qui non ſentit, ingratum exiſtimari. l. ſi quis.* 33. *in fin. C. de inoff. teſtam.* quapropter innocentia conſilii infantem ab ingratitudinis cauſâ defendit. *d. l.* 33. Quoad objectionem; ſufficit, in eum aliquandò cauſam ingratitudinis cadere poſſe, ſi ſc. ſit quaſi poſthumus. 2. Quod ob nullam, vel falſam, vel non adjectam cauſam, conſtitutio *in d. Novell.* locum habeat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 21. *An Liberi in conditione* (ſi ſine Liberis) *poſiti, ſint in diſpoſitione? i.e. an cenſeantur inſtituti & ex teſtamento vocati?*

℞. MInimè. 1. Per *l.* 8. D. *ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. quæ conditionem quid diſponere negat.* 2. Per *l. ſi quis ita.* 82. D. *de hered. inſtituend.* 3. Per *l.* 1. *C. de pact.* ubi Philinus ſexantem alienatum revocare non potuit: At potuiſſet, ſi reſtitutioni obnoxius fuerat. *l. ult.* §. *pen. & auth. res. C. commun. de legat.* Gail. 2. *obſ.* 136. Boër. *deciſ.* 147. Duaren. *de condic. Inſtit. c.* 5. Donell. *in d. l.* 1. Diſſent. Coraſ. 2. *miſc.* 19. Fachin. 4. *controv.* 51. 1. obſtat *l. Lucius Titius.* 85. D. *de hered. Inſtit. in verbis (prudens conſilium teſtantis animadvertitur, non enim (ſc. per prædictam clauſulam) fratrem ſolum heredem prætulit ſubſtitutis; ſed & ejus liberos.* 2. obſtat *d. l. ubi teſtator prætuliſſe dicitur liberos ſubſtituto.* 3. obſtat *d. l. ubi teſtator noluit ſubſtitutos eſſe heredes propter liberos fratres.* ℞. Senſus *d. l.* eſt, defunctum noluiſſe ſubſtitutis eſſe locum, ſi liberi fratri nati eſſent: Unde & prudenti conſilio, ex conſequentiâ ſc. ſucceſſionis, non verò ex teſtamento per directam Inſtitutionem liberos fratris ejuſque ſucceſſores ſubſtitutis prætuliſſe dicitur. Accedit, cum fratris liberos neque per inſtitutionem, neque per fideicommiſſum defunctus *in d. l.* prætulerit, dici non poſſunt ab ipſo in teſtamento eſſe prælati: non enim per inſtitu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tionem; quia ea verbis fieri debet. *l. jubemus.* 29. *C. de teſtam.* non per fideicommiſſum; quia id evaneſcit, mortuo ſcripto herede ante aditam hereditatem, niſi repudiaverit in fraudem fideicommiſſarii. *l.* 27. §. 6. *D. l.*4. *C. ad Senatuſc. Trebell.* Atqui frater *in d. l.* antequam adiret, deceſſit.

Q. 22. *An incerta perſona heres inſtitui poſſit?*

℟. MInimè. Fund. 1. Quia certum eſſe debet teſtantis conſilium. Ulpian. *in Fragm. tit. qui hered. inſtit. poſſ.* 2. Quia plerumque ob merita & animi affectionem quam teſtator erga ipſos habet heredes inſtituuntur. *l.* 9. *D. pro ſoc.* hinc neque legata, neque fideicommiſſa incertæ perſonæ relinquuntur. §. *incertis.* 25. *Inſt. de legat.* 3. Quia dementiæ ſpecies eſt, ea, quæ ſudore parta ſunt, incertæ perſonæ relinquere. At mentis integritas præ cæteris in teſtamentis neceſſaria eſt. *l.* 2. *D. qui teſtam. fac. poſſ.* 1. obſtat §. *fin. Inſt. de hered. inſtituend.* 2. obſtat *l. Ita liber.* 8. *D. de ſtatulib. junct. l. qui pecuniam.* 22. *D. eod.* ℟. ad 1. Ibi non de perſonâ incertâ, ſed quæ, cum certa inter conſanguineos extaret, teſtatori tantum ignota, ſive de facie viſa non eſt. Licet enim plerunque noti & neceſſitudine conjuncti inſtituantur, id tamen ad juris neceſſitatem haudquaquam pertinet. ℟. ad 2. Ibi heres planè incertus non eſt, ſed tantum incerta conditionis implendæ cauſa adjecta fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 23. An valeat Inſtitutio in nuncupativo Teſtamento, ſi Teſtator alterius inſtinctu à Notario interrogatus reſponderit, ſe velle Titium eſſe heredem?

℟. Licet id DD. communiter negent, ſi tamen conſtet, teſtatorem ſanæ mentis fuiſſe, ac ad interrogationem exactiſſimè reſpondiſſe, nil impedit, quo minus affirmantibus adſtipuler. Vid. *Gloſſ. in l.* 29. *C. de teſtam.* Angel. *in princ. tit. Inſt. de teſtam. ordin.* Jul. Clar. *in* §. *teſtamentum q.* 37. *n.* 2 1. obſtat, *Atqui pro formâ requiritur, ut heredis nomen à teſtatore voce exprimatur. l. jubemus. C de teſtam.* 2. obſtat, *Atqui hoc modo falſitas facilè committi poteſt.* 3. obſtat, *Quod finis, propter quem teſtamenti factio præcipuè eſt inventa (ut ſc de nobis benè meritos in vitâ in ejus exceſſu hono remus) vix poßit obtinêri.* 4. obſtat, *Quod nutu quia res eſt incerta & periculoſa, voluntas inter poni nequeat. d. l.* 29. *Hinc mutus, licet audir & annuere poßit, ſi tamen ſcribere nequeat, here dem inſtituere non poteſt. l.* 10. *C. qui teſtam. fac poſſ.* ℟. ad 1. Expreſſio ea ſufficit, quâ lex con tenta eſt: At per æquipollens iſti formæ ſatiſ fieri poſſe notum eſt. Vid. *l. nemo dubitat.* 58. *D de hered. Inſtit.* ℟. ad 2. & 3. Per ea quæ requiri mus neceſſariò huic ſcrupulo plenè occurritur ℟. ad 4. Quod teſtator noſtro caſu non ſolum annuerit, ſed publicè voluntatem ſuam declara

verit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

verit. Adde, quolibet modo heredum Inſtitutiones eſſe adjuvandas, modò planæ ſint & manifeſtæ defunctorum voluntates. *l.* 19. *D. de lib. & poſthum. l.* 12. *D. de Reg. Iur.*

Q. 24. *An inſtitutio heredis per verbum* (lego, *aut* relinquo) *fieri poſſit?*

℞. CUm ſcrupuloſa verborum ſolennitas ſublata ſit. *l. quoniam.* 15. *C. de teſtam.* Affirmo, ſc. ſi verbum hoc additum hereditati, vel bonorum univerſitati reperiatur. Ut (ex. gr.) *lego omnia bona mea Sempronio.* Vel, *relinquo hereditatem Titio.* At ſingulari alicui rei adjectum importat legatum. Vid Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. volum.* 4. *tit.* 3. *n.* 8. Berlich. *part.* 3. *concluſ. practicab.* 15. *n.* 52. Schneidw. *ad* §. 3. *Inſt. de legat. n.* 3. Neoſtad. *de pact. antenupt. deciſ.* 22.

Q. 25. *An Teſtator* jus accreſcendi *prohibêre poßit inter heredes?*

℞. NUllo modo. Fundam. 1. *in l.* 7. *D. de Regul. Iur.* 2. *in l. nemo.* 55. *D. de leg.* 1. *junct. l. ſi quis.* 36. *& l. ſi ita.* 74. *D. de heredib. inſtit.* Diſſent. Bartol. *in l. quotiens.* 9. §. *ſi duo.* 13. *D. eod.* Gomez. 1. *reſolut.* 10. 1. obſtat *l.* 15. *in fin. D. de inoffic. teſtam.* in verbis (*nec abſurdum videtur, pro parte inteſtatum videri.*) 2. obſtat, *Quod voluntas defuncti pro lege ſit ſervanda. l.* 1. *C. de Sacroſ. Ec-*

cleſ. 3. obſtat *d. l.* 9. §. 13. in verbis (*ſi modò voluntas patrisfamilias non refragatur.*) ℟. ad 1. Ibi quis non deceſſit, [illegible] ex poſt facto pro parte factus eſt inteſtatus. Alias abſurdum id omninò in pagano eſt. *d. l.* 7. ℟. ad 2. Id verum eſt, ſc. ſi ea legibus ſit conformis. ℟. ad 3. non agitur *in d. l.* de jure accreſcendi prohibito, ſed de expreſſâ voluntate defuncti circà partes hereditatis: atque ſenſus eſt, *ſcriptos ex inæqualibus partibus fundi, æqualiter ſcriptos eſſe heredes, niſi teſtator voluerit eos ſuccedere ſecundum partes fundi expreſſas.* At mores quod attinet, exploſa Romani juris ſubtilitate, jus accreſcendi illis receptum non eſt: ſed generali conſuetudine unicuique partim teſtatò, partim inteſtatò decedere licet; maximè, ſi (ut plerumque fieri ſolet) clauſula codicillaris ſubjecta ſit, cum eâ teſtamentum ſuſtinetur jure fideicommiſſi. Vid. Zypæ. *Notit. Iur. Belg. de Teſtam. in princ.* Grot. *lib.* 2. *manuduct. part.* 18. *n.* 38. Goris *de differ. jur.* §. 11. *n.* 6. Chriſtin. *vol.* 1. *diciſ.* 305 *n.* 18. & *volum.* 4. *deciſ.* 10. *n.* 3. Sande *deciſ. Friſic. lib.* 2. *tit.* 2. *defin.* 2. *in fin.*

Q. 26. *An filius ſub poteſtativâ conditione inſtitutus amittat legitimam, ſi conditioni non obtemperaverit?*

℟. CUm Legitima nullâ ratione adimi vel gravari poſſit. *l.* 32. *C. de inoffic. teſtam.* Nego, 1. obſtat, *Atqui filius ſub tali conditione inſtitui poteſt. l.* 4. *D. de hered. Inſt.* ergò *ſi non paret, perdit legitimam.*

2. ob-

2. obſtat, *Quod filius non obtemperando voluntati patris defuncti ſibi adimat legitimam.* ℞. ad 1. Neg. conſeq. Ratio, quia legitima (uti conſtat) res eſt privilegiata. ℞. ad 2. Neg. conſeq. Cum enim origo privationis ſit ex voluntate patris; non filius, ſed pater filium per conditionem impoſitam legitimâ privat. Vid. Covarruv. *ad* 4. *Decretal. part.* 2. *C.* 3. *§.* 3. *n.* 17. Gail. 2. *obſ.* 120. *in fin.*

Q. 27. An Nepos qui eſt in poteſtate, ſub quavis conditione poſſit heres inſtitui?

℞. AFfirmo. *l.* 4. *ſuus quoque heres. D. de hered. Inſtit. l.* 6. *C. de Inſtit. & ſubſtit.* At ſi conditio ſit *poteſtativa* (*ex. gr. ſi in Capitolium aſcenderit*) eique non paruerit nepos, ei, præter ad legitimam, nulla competit actio. Sin verò *Caſualis* (*ex. gr. ſi navis ex Aſia venerit*) vel *mixta* (*ex. gr. ſi Titius uxorem duxerit*) ea non exiſtente, nullum erit teſtamentum, ſi ſc. nepos antequam teſtamentum conderetur natus ſit. *l.* 30. *D. de lib. & poſthum.* vel rumpetur, ſi poſt conditum teſtamentum natus ſit, vel primum locum heredum habêre incipiat. Obſtat *l.* 84. *D. de verb. ſignif.* ℞. Id verum eſt regulariter: at fallit in illis quæ ſpeciali jure recepta ſunt. Aliquandò enim & alias liberis primi gradus plus tributum legimus, quam ſecundi, vel ulterioris. Vid. *l.* 6. *C. ad Senatuſc. Trebell.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 28. *An Inſtitutio facta ſub conditione impoſſibili valeat?*

℞. EA quæ impoſſibilis eſt, natura ſc. vel jure, non vitiat inſtitutionem, ſed favore ultimarum voluntatum pro non ſcriptâ habêtur. §. *impoßibilis*. 10. *Inſt. de hered. inſt. l.* 1. *junct. l.* 15. *D. de condit. Inſtit.* Quæ verò propriè difficilis magis eſt, quam impoſſibilis, ut eſt conditio impoſſibilis de facto (*ex. gr. ſi montem aureum dederis*) & quæ impoſſibilis eſt impoſſibilitate perplexitatis verborum, inſtitutionem vitiant. difficultas enim præſtationis non impedit obligationem. *l. continuus*. §. *illud. D. de verbor. obligat.* 1. obſtat, *Atqui conditio impoßibilis non rejicitur ex contractu.* §. *ſi impoßibilis*. 11. §. *quod turpi*. 24. *Inſt. de inutil. ſtipul.* 2. obſtat *d. l.* 15. 3. obſtat *l.* 16. *D. de condit. Inſt.* 4. obſtat §. *ult. Inſt. de legat.* 5. obſtat *l.* 4. §. 1. *D. de ſtatulib.* 6. obſtat *l. impoſſibilium* 185. *D. Reg. Iur.* ℞. ad 1. A diſparatis nulla conſequentia. At diſpar hîc eſt ratio: cum enim contractus fiat inter duos pluresve, impoſſibilis conditionis adjectio certâ voluntate cenſetur irrepſiſſe, unde ſibi imputet qui impoſſibilem conditionem adjici paſſus eſt. At in teſtamentis, quia unus teſtatur, mendo quodam & errore irrepſiſſe intelligitur: nec eſt, quod heredi, qui unà cum teſtatore non geſſit negotium, imputari queat. *l.* 19. *D. Reg. Iur.* ℞. ad 2. Ibi tractatur de filioſam. at is ſub nulla, niſi ſolâ poteſtativâ conditione

poteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

poteſt inſtitui. *l. 4. D. de hered. Inſt.* ℟. ad 3: Ibi conditio non eſt impoſſibilis naturâ vel jure, ſed perplexitate verborum. ℟. ad 4. Ibi non agitur de ſimplici conditione, ſub quâ quis heres inſtitutus erat, ſed de conditione heredis coërcendi cauſâ adjectâ, niſi alteri quid præſtaret. ℟. ad 5. Ibi conditio difficilis eſt. ℟. ad 6. Id verum eſt in obligatione ex contractu, non verò in conditione à defuncto impoſitâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM UNDECIMA,

Ad Tit. 15. 16. 17. Lib. 2. Inſtit.

Q. 1. *An ſubſtitutionis origo ſit Iuriſg. an verò Civilis?*

R. IUriſg. Cum enim ſubſtitutio nihil aliud ſit, quam ſecundo vel ulteriori gradu facta heredis inſtitutio. *l. 1. D. de vulg. & pupill. ſubſt.* Conſequens eſt, & illam à Jureg. deſcendiſſe, utpote à quo jure inſtitutionem heredis ortam eſſe ex exercit. 10. quæſt. 2. apparet. Accedit, non tantum Romanis, ſed & aliis Gentibus ſubſtituere licuiſſe. Sic & Ariſtoteles (ut Diog. Laërt. in ejus vitâ refert) puellæ, ſi moreretur *innupta*, vel *nupta ſine liberis*, Nicanorem quendam ſubſtituit. Obſtat *Princ. Inſt. de pupill. ſubſt. in fin. ubi moribus introducta narratur pupillaris ſubſtitutio. Ergò eſt Iuris civilis.* R. 1. Subſtitutio, non ratione originis, ſed formæ, à Jure Civili eſt. Senſus itaque *d. princ.* eſt, moribus populi Romani formam aliam ſubſtituendi, quam apud Gentes in uſu fuerat, receptam eſſe. 2. Negatur & conſeq. quia & *mo-*

res interdum Juſgent. denotant. Vid. *l. Sororis.* 39. §. *ſi quis. D. de rit. nupt. l.* 19. *D. de captiv. & poſtlim. reverſ.*

Q. 2. *An ſubſtitutio potior ſit jure accreſcendi?*

℟. AFfirmo. Ratio, quia ſubſtitutio expreſſâ nititur voluntate teſtatoris; at jus accreſcendi tacitè ex lege, ac in ſubſidium (ne quis ſc. pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decederet) eſt introducta. Unde heres inſtitutus, qui cohæredem habet, & etiam ſubſtitutum, (*ſi heres non fuerit*) ſubſtitutus cohæredi præferetur. *l.* 2. §. *ſi duo.* 8. *D. de bon. poſſ. ſecund. tabul. teſtam.* At hæc procedunt, niſi teſtatorem juri accreſcendi locum dediſſe appareat. *l. quidam.* 30. *D. de vulgar. & pupill. ſubſt.* Vid. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt.* 4. *tit.* 12. Duaren. *ad tit. D. de vulg. & pupill. ſubſt. cap.* 10. Gomez. 1. *reſolut. cap.* 3. *n.* 26. Obſtat, *At primo loco ſcriptus ſubſtituto præferendus videtur.* ℟. Id verum eſt, ſc. cum teſtator non rejecit jus accreſcendi; at illud rejeciſſe intelligitur, ſi quem Inſtituto ſubſtituit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. *An filiof. repudiante hereditatem, pater in cujus poteſtate eſt ſubſtituto præferatur?*

℟. MInimè. *Per l. 3. D. de acquir. hered. l. in conditionibus.* 19. *D. de condit. & demonſtr.* Quia inſtituto non adeunte hereditatem, extat conditio ſub quâ ſubſtitutus à defuncto vocatur. At voluntas ac diſpoſitio hominis præ cæteris ſervanda eſt. *l. fin. C. de pact. convent.* Jaſon. *in l. cum filio. n.* 87. *D. de leg.* 1. Connan. 10. *comm.* 7. *n.* 4. Syntagm. Tholoſan. *lib.* 42. *c.* 15. 1. obſtat *§. ult. Inſt. de vulg.* 2. obſtat *l. ult. in fin. C. de Impub. & aliis ſubſtitut. ubi pater & filius una eademque perſona penè habentur.* 3. obſtat, *Atqui nolente filio ipſemet pater ſuo periculo hereditatem adire poteſt. l. ult. §.* 1. *C. de bon. quæ liber.* ℟. ad 1. Ibi tractatur de eo qui hereditatem adiit. Quo caſu, nihil refert, an inſtitutus eam ſibi acquirat, an alteri. ℟. ad 2. Id fallit, quoties lex vel voluntas defuncti refragatur. ℟. ad 3. Id quoque non procedit, ſi teſtator filiof. ſubſtitutum dederit. Tunc enim ejus voluntas regit ac gubernat teſtamentum. *l. ex facto.* 35. *§.* 3. *in princ. D. de hered. Inſtit. l.* 19. *D. de condic. & demonſtr.* Diſſent. Duaren. *ad tit. D. de vulg. c.* 10. Fab. *dec.* 33. *error. pragm.* 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. An ſubſtitutio vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem?

℟. Affirm. Idque ex conſtitutione Marci & Veri. *l. 4. in princ. D. de vulg. & pupill.* Uti & verſâ vice pupillaris expreſſa continet tacitam vulgarem, *d. l. 4.* niſi aliunde de contraria mente defuncti conſtet. *§. ſin. autem. 3. Inſt. de pupill. ſubſtit.* niſi fortaſſe miles filio ſuo impuberi in alterutrum caſum ſubſtituerit. *l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Tunc enim caſus expreſſus ad non omiſſum non producitur. Et notandum, pupillarem intellectam ſub vulgari non exſpirare aditâ hereditate. *d. l. 4. princ. §. 1. & 2.* Clauſula enim hæc (*ſi heres non erit*) ex juſtâ præſumptione patris teſtatoris ſic explicatur (*ſi heres non erit, vel ſi heres erit & impubes deceſſerit*) de tacitâ pupillari ſubſtitutione agit Mantica *de conjectur. ult. volunt. 13. & 14.* An verò ſubſtitutio vulgaris, quæ in pupillari expreſſa ſubintelligitur, per pubertatem evaneſcat? ex. gr. *A. Pater hoc modo ſubſtituit (ſi filius meus B. moriatur impubes, ſubſtituo ei filiam meam C.) quæritur, ſi B. vivo teſtatore pubes factus moriatur ante patrem A. filia C. admittenda ſit?* Cum enim iſta vulgaris non ex ſolâ voluntate teſtatoris dependeat, ſed vim & efficaciam ex legis diſpoſitione habeat. *d. l. 4.* affirmantibus calculum adjicere haud moror. Obſtat, *Atqui caſus non expreſſus pro omiſſo eſt. l. 10. D. de lib. & poſthum. at ubi voluntas deficit patris, ibi caſus non eſt expreſſus; ergò &c.*

℟. Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

℟. Major duntaxat in iis obtinet, quæ dependent ex ſolâ voluntate teſtatoris. At lex noſtro caſu (uti dictum eſt) etiam dominatur.

Q. 5. An inſtituti ex diſparibus partibus, & deinde ſibi invicem ſubſtituti, conſequantur portiones hereditarias, an viriles?

℟. DIſtinguo; vel ſub nomine appellativo (*heredum*) facta eſt ſubſtitutio. Vel nomina propria heredum in ſubſtitutione ſunt expreſſa. Priori caſu, habebunt partes hereditarias. §. 2. *Inſt. de vulgar.* partes enim adſcriptæ in inſtitutione in ſubſtitutione cenſentur repetitæ. *l. ſi in teſtamento. D. eod. arg. l.* 134. §. 1. *D. de verb. oblig.* Poſteriori autem caſu, portiones viriles, ſive æquales datæ intelliguntur. *l. nonnunquam.* 24. *D. ad Senatuſc. Trebell.* Quod & obtinet, ſi æqualiter ſubſtituti à teſtatore gravati ſunt. *Gloſſ. in l.* 1. *C. de impuber. & aliis ſubſtit.* Schneidw. *ad d.* §. 2. *n.* 2. Nec obſtat §. 6. *Inſt. de hered. Inſt. ex quo, cum partes non ſunt expreſſæ, debentur æquales.* Quia id fallit, ſi ex aliquo fundamento pro inæqualitate partium firma præſumptio aut conjectura elici poſſit.

Q. 6.

Q. 6. An, ut pupillaris ſubſtitutio ſubſiſtat, requiratur, ut utroque tempore, ſubſtitutionis ſc. & mortis, pupillus in poteſtate parentis ſit?

℟. AFfirmo 1. *Per princ. Inſt. de pupillar. ſubſtitut.* in verbis (*quos in poteſtate quis habet.*) 2. *Per §. in extraneis. 4. Inſt. de hered. qual. & differ.* 3. *Per l. coheredi 41. §. cum filiæ. D. de vulgar. & pupill.* Donell. 6. *comm.* 25. Covarruv. *in c. Raynutius. c. 5. n. 6. X. de teſtam.* Vigl. *ad princ. Inſt. de pupill. ſubſtitut. n.* 8. 1. obſtat *l. 2. in princ. in fin. in verbis* (*ſi modò adoptaverit, vel adrogaverit.*) 2. obſtat *l. ſi cognatis. 19. D. de reb. dub.* ℟. ad 1. Dicta verba ſic accipienda ſunt, ſi adoptaverit, vel adrogaverit (ſc. antequam ſubſtitueret.) ℟. ad 2. Inde ſumtum argumentum eſſe à ſeparatis. Non enim cognatio ad legata ita eſt neceſſaria, ut patria poteſtas ad pupillarem ſubſtitutionem. Ex aſſertione concludo, ſubſtitutionem, ſi clauſulam continet pupillarem, factam à patre emancipatis, aut à matre liberis, haudquam flecti in fideicommiſſum. *l. 7. 14. D. de vulg.* Nec obſtat *l. Scævola. 76. D. ad Senatuſc. Trebell.* quia ibi ſubſtitutio facta erat in codicillis: quo caſu, ex præſumptâ voluntate defuncti verba directa flectuntur in obliqua. Vid. *l. 13. §. 1. D. de Iur. codicill.*

Q. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 7. *An in teſtamento minus ſolenni inter liberos condito fieri poſſit ſubſtitutio pupillaris?*

℟. NOn eſt dubitandum, modò non extranei, ſed liberi ſubſtituti ſint. *l. 26. C. famil. erciſc. l. hâc conſultiſsimâ. 21. §. ex imperfecto. auth. quod ſine. C. de teſtam.* Accedit, cum legata & fideicommiſſa (ut quæ oneroſa ſunt) à liberis in teſtamento minus ſolenni relinqui poſſint. *d. l. 26.* ſequitur, & ipſis ſubſtitui poſſe pupillariter; cum hoc liberos (uti diximus) non gravet. Obſtat, *Atqui filii teſtamentum eſt, quo ſubſtitutio datur: At is inter fratres abſque ſolennitatibus teſtari nequit.* ℟. Teſtamentum iſtud filii non principale eſt, ſed acceſſorium & ſequela tantum teſtamenti paterni. *§. 2. 5. Inſt. de pupill. ſubſt.*

Q. 8. *An pater rectè ſubſtituat filio impuberi exheredato?*

℟. AFfirmo. *§. non ſolum. 4. Inſt. de pupill. ſubſtitut.* 1. Quia non ab inſtitutione, ſed à patriâ poteſtate dependet facultas ſubſtituendi pupillariter. 2. Quia hæc ſubſtitutio non continet gravamen, ſed proviſionem futuri heredis. At intereſt filii ex affectu & judicio paterno heredem habêre. 3. Quia exheredatio non tollit ſuitatem. Vult. *in princ. Inſt. de pupill. ſubſt. n. 9.* Donell. *lib. 6. comm. c. 24.*

1. ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

1. obſtat, *Atqui omnis ſubſtitutio præſupponis inſtitutionem.* 2. obſtat *l. ab eo. 9. C. de Fideicomm.* 3. obſtat, *Atqui exheredatus nulla habet bona.* ℞. ad 1. Rectè; ſed illa ſubſtitutio conſideratur reſpectu inſtitutionis paterni teſtamenti. Sunt enim quaſi duo teſtamenta, unum patris, alterum filii. Accedit, quod *Suitas* illum pro herede habeat. Deinde, ſubſtitutio hæc ex ſpeciali privilegio valet. ℞. ad 2. Ibi tractatur de onere quo quis gravatur; at licere non debet patri, qui filio hereditatem, quæ ipſius futura erat, ademit, aliquid ab eo legando vel fideicommittendo detrahere, quod alteri adjiceretur. *l. legatum. in princ. D. de legat.* 1. At pater qui filio exheredato aliquem ſubſtituit, filio quid adjicit, ac providet. ℞. ad 3. Licet non à patre, id tamen non impedit, quo minus aliunde bona habeat. *An verò filio præterito pupillariter ſubſtitui poßit?* Non videtur. Quia præteritio nullum reddit teſtamentum. *l. 30. D. de lib. & poſthum. hered. Inſt.* & ſubſtitutio non valet, ſi non conſiſtit teſtamentum patris. *l. 2. §. 4. D. de vulg. & pupill. §. 5. Inſt. eod.* At exheredatio illud confirmat.

Q. 9. An ſubſiſtat ſubſtitutio, ſi poſthumo datus ſit ſubſtitutus pupillariter, iſque poſteà non naſcatur?

℞. Minimè. Cum enim *non entis nullæ ſint qualitates*, ſtatuendum, heredem habere non poſſe eum, qui non exiſtit.

exiſtit. 1. obſtat, *Atqui non eſt heres.* 2. obſtat, *Quod poſthumus, quoties de ejus commodo agitur, pro jam nato ſit.* §. 4. *Inſt. de tutel.* R/. ad 1. Nec etiam unquam heres eſſe potuit. Ut verò quis heres ſit, & ſubſtitutum habere poſſit, neceſſariò naſci debuit, licet vel ſtatim in manibus obſtetricis deceſſerit. *l.* 13. *C. de poſthum. hered. Inſtit.* R/. ad 2. Id verum eſt, ſc. ſi poſteà natus ſit.

Q. 10. *An exiſtentia ſui heredis confirmet tabulas pupillares?*

R/. AFfirmo. Cum enim ſuus ipſo jure exiſtat heres. §. *ſui.* 3. *Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* dici non poteſt, ſine herede decedere, qui ſuum heredem habet. *Arg. l.* 41. *& ſeq. D. de acquir. hered. l.* 28. *D. de reb. auth. jud. poſſ.* Obſtat, *Quod non aditâ hereditate patris evaneſcat ſubſtitutio pupillaris. l.* 10. §. 4. *D. de vulg. & pupillar. ſubſt.* R/. Id procedit in extraneis; in his enim ſolis aditio locum habet. In ſuis verò, cum ipſo jure heredes ſint, aditio non requiritur. *l.* 14. *D. de ſuis & legit.* Donell. 7. *comment.* 4. Hotomann. 9. *obſervat.* 10. Diſſent. Vigl. *ad* §. 1. *n.* 21. *Inſt. de pupillar.* Anton. Fab. 2. *conjectur.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An ſubſtitutio pupillaris directò facta ultrà pubertatis annos flectatur in Fideicommiſſum?*

℟. NEquaquam. *§. fin. Inſt. de pupill. ſubſt. l. 7. 14. D. eod.* Accedit, quod id tantum militibus ſpeciali jure ſit conceſſum. *l. centurio. 15. D. l. 8. C. eod.* ergò Paganis cenſetur ademtum. Et quoad milites, obſervandum; ſi eorum liberi moriantur ante pubertatem, ſubſtitutus omnia bona capiet, quæ liberi relinquunt. At ſi puberes, tunc ea tantum quæ Teſtatores reliquêrunt unà cum fructibus in hereditate inventis conſequetur. *l. 15.* Vid. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. cap.* 10. Vigl. *in alleg. §. fin.* Fachin. 4. *controv.* 43. Arum. *exercit.* 8. *theſ.* 12. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de pupill. ſubſtit.*

Q. 12. *An ſubſtitutio pupillaris expreſſa excludat matrem?*

℟. ID licet multi defendant, magis tamen eſt, ut matri dicamus legitimam eſſe ſalvam. Hæc enim cum gravari nequit, adimi multò minus poterit. Fund. ne alioquin beneficia patri tributa redundent in ſummam injuriam matris, contrà *l. 4. C. de emancip. liber.* Vid. Jaſon. Dec. *&* *DD. in l. precibus. 8. C. de impub. & aliis ſubſt.* Covarruv. *ad cap. Raynutius. §. 5. n. 6.* Gomez. 1. *reſol. 4. n. 7.*

n. 7. Obſtat *l.* 8. *§.* 5. *D. de inoff. teſtam.* ℞. legitima matri ſalva eſt non per querelam inofficioſi, de quâ *d. §.* 5. ſed per extraordinarium officium judicis, quod ex æquitate illi ſubvenit. *l.* 7. *D. de reſtit. in integr.*

Q. 13. *An & filio prodigo rectè ſubſtituatur exemplariter?*

℞. AFfirmo, 1. Quia hoc caſu eadem in prodigis quæ in furioſis eſt ratio. *l.* 12. *§.* 2. *in fin. D. de tut. & cur. dat.* 2. Quia & prodigus prohibetur teſtamentum condere. 1. obſtat *l.* 9. *C. de impub. & aliis ſubſtit. ibi tantum agitur de mente captis.* 2. obſtat, *Quod jura ſingularia de perſonis ad perſonas non ſint extendenda. l.* 14. *D. de legib. l.* 1. *in fin. D. de conſtit. Princ.* ℞. ad 1. Sufficit eos, juris interpretatione, in iis quæ animi deſtinatione peragenda ſunt, pro furioſis haberi. *l.* 6. *D. de verb. oblig. l.* 40. *D. de R. I.* ℞. ad 2. niſi ſc. ſint favorabilia.

Q. 14. *An ſolâ revocatione prius teſtamentum tollatur?*

℞. MInimè. §. 2. 7. *Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Licet enim ambulatoria ſit voluntas hominis uſque ad ultimum vitæ ſpiritum. *l.* 4. *D. de adimen. legat.* ne tamen temerè teſtibus ſubornandis, qui de revocatione teſtarentur, detur occaſio, hinc, ne teſtamenta legitimè condita temerè reſcindantur, pro-

proviſum eſt, ne prius haud aliter, quam per poſterius perfectum revocetur. At perfectum dici non poteſt, ſi in eo heres inſtitutus non ſit. Adeoque licet & teſtator coram ſeptem teſtibus dixerit, (*ſe nolle teſtamentum prius valêre*) æquè non revocatum cenſebitur, niſi concurrat etiam curſus decennii. *l. Sancimus.* 27. *C. de teſtam. ubi Iaſon. Alexand. & alii.* Decius *conſil.* 582. Covarruv. *de teſtam.* 15. *part.* 2. 1. obſtat *l.* 2. *D. de injuſt. rupt. irr.* 2. obſtat *l.* 9. *D. de hered. inſtit. ubi ſi quis alium heredem ſcripſerit, quam voluit, neque heres erit, qui ſcriptus eſt, quoniam voluntate deficitur; neque is quem voluit, quoniam ſcriptus non eſt.* 3. obſtat *l.* 1. §. 8. *D. ſi teſtam. tabul. null. ext.* ℟. ad 1. *in d. l.* in poſteriori teſtamento heres inſtitutus erat. ℟. ad 2. ut ſine voluntate teſtatoris nemo heres inſtituitur; ita ſemel inſtitutus, manet heres, niſi legitimè inſtitutio revocata probetur. ℟. ad 3. ibi cum voluntate conjunctum erat aliquod factum: non enim nuda revocatio ibi notatur, ſed cancellatio, vel inciſio tabellarum, vel ſigillorum detractio, vel nominis heredis inductio, vel declaratio teſtatoris volentis heredes ab inteſtato ſuos eſſe ſucceſſores.

Q. 15. *An inſtituti ex re certâ ſint loco heredum, an legatariorum?*

℟. DIſting. Vel unus ſolus ex re certâ inſtitutus eſt. Et is eſt loco heredis; Unde & ſubductâ mentione rei ex aſſe heres eſt. *l.* 1. §. 4. *D. de hered. inſtit.* §. 3

Inſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Inſt. quib. mod. teſtam. infirm. Vel plures ſoli ex re certâ ſunt heredes nominati; & idem dicendum. Unde partes in illa re datas ſinguli ferunt præcipuas, atque ex æquis portionibus, (niſi voluntas teſtatoris ſit contraria) ſunt heredes. *l. 9. §. 13. D. eod.* Fund. 1. quia rei certæ nullus heres eſſe poteſt. 2. Quia nemo pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poteſt. *l. 7. D. de Reg. Iur.* At hæc vera ſunt, niſi illis à teſtatore ſit injunctũ, ut re illâ exceptâ reliqua reſtituant heredibus ab inteſtato. Hoc enim caſu cenſentur fideicommiſſo gravati. *l. 29. D. ad Senatuſc. Trebell.* Quapropter detracta quarta (in quam illa res certa imputatur) niſi ea ſit expreſſim prohibita, hereditas reſtituenda eſt. *d. l. 29.* Vel uno aut pluribus ex re certâ inſtitutis, alii, vel ſimpliciter, vel ex portionibus hereditariis inſtituti ſunt. Et tunc illi legatariorum, hi heredum verè habentur. *l. 13. C. de hered. inſtituend.* Vid. Schneidw. *ad §. 3. n. 1. 2. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Schotan. *in exam. jurid. ad tit. D. de hered. inſtit.* M. Aur. Galvan. *de uſufr. diſſert. Var. cap. 13. n. 2. & ſeqq.*

Q. 16. Si filiusf. præteritus teſtamentum non dixerit nullum, An æque nullum ſit quoad alios?

℟. NEg. Licet enim (inquit Papinianus) ſubtilitas juris refragari videtur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur. *l. filio præterito. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Ratio, quia præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

præteritio, non niſi ad injuriam præteriti pertinet. Huc ſpectat *authent. ex cauſâ. C. de liber. præter.* 1. obſtat *l.* 30. *D. de liber & poſthum. filio (ait Gajus) qui in poteſtate eſt præterito, inutile eſt teſtamentum. adde Princ. Inſt. de exhered. liberor.* 2. obſtat *l.* 12. *C. de teſtam.* ℞. ad 1. Æquitas contrà ſubtilitatem juris ſuffragatur. ℞. ad 2. Ibi de omiſſione ſolennitatis, quæ ad jus totius teſtamenti, ac pariter ad univerſos pertinet, tractatur. At præteritio ſolius præteriti injuriam concernit. Unde & argumentum, ut à diſparatis deſumptum, tanquam minus concludens reprobatur.

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM DUODECIMA,

Ad Tit. 18. & 19. Lib. 2. Inſtitut.

Q. 1. *An & hodiè* querela inofficioſi *locum habeat?*

R. Querela inofficioſi jure noviſſimo non quoad ſubſtantiam, ſed quoad modum & formam extrinſecam penitus eſt ſublata per *Novell.* 115. *c.* 3. & 4. in quâ nova ratio evacuandi teſtamenta præſcribitur. Nec enim hodie opus eſt eo colore dementiæ patris, qui olim uſurpabatur, uti: ſed ob prætermiſſam exheredationem, vel ſi cauſa nulla, vel falſa adjecta, vel vera non probata ſit, ſimpliciter agitur, ut teſtamentum evacuetur quoad heredis inſtitutionem. Bartol. *in l.* 2. *D. de inoffic. teſtam.* Donell. *in authent. ex cauſâ. C. de lib. præter.* Schneidw. *ad princ. Inſtit. de inoffic. teſtam. n.* 17. At hic obſervandum, diverſam eſſe querelam à petitione hereditatis, illamque hujus præparatoriam habêri. Nec malè quis querelam cauſam petitionis hereditatis dixerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Fruſtrâ enim hæc actio à filio intentatur, niſi in querela obtinuerit. Eò enim propriè querela tendit, ut teſtamentum declaretur inofficioſum: at per hoc remedium hereditas non ſtatim cedit filio, ſed ſpeciatim addenda eſt petitio hereditatis, veluti actio ad eam rem comparata.

Q. 2. An hodiè teſtamentum ſit ipſo jure nullum, ſi nulla, aut falſa, aut vera (ſed non probata) cauſa exheredationis adjecta ſit?

℟. MInimè. Cum enim olim reſciſſione opus fuerit, atque id nuſquam abſolutè ſit ſublatum, idem & hodie ſervandum eſſe ratio monet. *arg. l. 27. C. de teſtam.* Deinde in *Novell. 115. c. 3. in fin. & 4.* non ſimpliciter pronunciatur teſtamentum nullum, ſed reſcindendum eſſe docetur. Accedit, cum malignum judicium circà proprium ſanguinem non ſit tolerandum: ſicuti pater contrà officium & pietatem non cenſetur teſtatus, poſtquam filius meruit exheredari; ita ê contrà non præſumitur filius ingratus, niſi cauſa *legitima* teſtamento *nominatim* inſerta, *& ab herede probata ſit. d. Novell. 115. c. 3. in princ.* 1. obſtat, *Atque iis omiſſis quæ pertinent ad formam, actus redditur nullus. l. 12. C. de teſtam.* 2. obſtat *l. 5. C. de legib. quod lege prohibente fit eſt ipſo jure nullum.* 3. obſtat *Cum d. Novell. in commodum iniquè exheredatorum eſt introducta, in eorum injuriam non eſt retorquenda. l. 6. C. de legib.* ℟. ad 1. Id proce-

dit in iis, in quibus ſimpliciter forma rei præſcripta eſt: At non in iis in quibus propter omiſſionem formæ pæna addita eſt. At noſtro caſu, pæna non nullitatis, ſed reſciſſionis quoad inſtitutionem, adjecta legitur. *d. Novell.* ℞. ad 2. Id verum eſt in iis quæ ſimpliciter à lege prohibentur, & delicti ſpeciem habent. ℞. ad 3. Injuriam non patiuntur exheredati, dum ſecundum præſcriptum legis ad reciſſionem agant.

Q. 3. An notatus infamiâ facti inſtitutus ab eo qui fratrem præteriit, à præterito per querelam inofficioſi ab hereditate repellatur?

℞. NOn eſt dubitandum, quin ſic. Per *l. 27. C. de inoffic. teſtam. in verbis (ſi ſcripti heredes infamiæ, vel turpitudinis, vel levis notæ maculâ adſpergantur.)* Accedit, cum naturali ratione fratris hereditas ad fratrem ſpectet, ea abſque cauſâ ei auferenda non eſt. *Novell. 22. c. 47. Quid ergò ſi ſpurius ſit inſtitutus?* Is cum nec juris, nec facti laboret infamiâ, (utpote cui nulla macula ex facto proprio adhæret) fruſtrà intentabitur querela. Obſtat *l. 3. §. 2. D. de decurion. junct. l. 7. C. de natur. liber. ubi competitores legitimè nati ſpuriis præferuntur.* ℞. non ob aliquam illorum infamiam, (ut quidam delirantes ex *l. 2. C. de dignitat.* contendunt) ſed ob decus ac honorem publicum conſtitutum eſt, ut in pari cauſâ aliis tantum in dignitabus

bus publicis poſtponerentur. Alias enim & Decuriones fieri, & ad dignitates illos admitti, nil impedit. *d. l. 3. §. 2. junct. l. 6. D. eod.* Diſſent. Palæot. *de noth. & ſpur. cap. 55. & ſeq.* Mynſ. 4. *obſ. 31.*

Q. 4. *An ſuis præteritis teſtamentum ſit ipſo jure nullum?*

℞. Affirmo. *Princ. Inſt. de exhered. liber. l. 30. D. de lib. & poſthum.* Quapropter pater intelligitur deceſſiſſe inteſtatus, ac dominium hereditatis in liberos continuatum, iiſque, ſi ab alio poſſideatur, ſtatim competit petitio hereditatis. Adde, quod in dubio correctio legis rejiciatur, nec liberi legatis gravandi ſint. 1. obſtat *Novell. 115. c. 3.* in verbis (*non licêre penitus patri vel matri, avo vel aviæ, proavo vel proaviæ ſuum filium vel filiam, vel cæteros liberos præterire, aut exheredes in ſuo facere teſtamento) ergò iis agendum ex d. Novell. ad evacuandam inſtitutionem heredis tantum.* 2. obſtat *auth. præterea. C. de lib. præter.* 3. obſtat, *Quod exceptio ſit probanda.* ℞. ad 1. Quod ibi agatur de liberis præteritis, qui pro exheredatis ſunt. i. e. de emancipatis à patre vel avo; vel de omnibus à matre vel avia præteritis. Quarum præteritio (uti notum eſt) pro exheredatione habêtur. *add. d. c. 3. in fin. verſic. ſi autem hæc. ibi exheredati dicuntur illi, quos in princ. præteritos, vel exheredatos vocavit Imp.* ℞. ad 2. Quod verba generalia non tollant ea quæ ſpecialis privilegii loco introducta ſunt. At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſpecialiter hoc fuit conſtitutum, ut teſtamentum ſit nullum, ſi pater liberos in poteſtate conſtitutos præterierit. ℞. ad 3. Licet non probetur ex *d. cap.* 3. ſufficit eam ex aliis prioribus legibus probari. Huc pertinet *l.* 26. *& ſeqq.* D. *de legib. Emancipatos verò præteritos ex d. Novell. cap.* 3. *agere oportere, non eſt dubium.* Et cum iis duntaxat competat querela, quibus anticum iis duntaxat competat querela,quibus antiquo jure debetur legitima. *Novell.* 18. *c.* 1. *in fin.* ſequitur, liberos naturales tantum, non exiſtente uxore, vel liberis, de inofficioſo queri non poſſe. 1. obſtat §. 2. *Inſt. de inoff. teſtam.* 2. obſtat, *Quod admittantur ab inteſtato. Novell.* 89. *c.* 12. §. 4. ℞. ad 1. Ibi per *naturales* intelliguntur naturales & legitimi ſimul. Accedit, quod Jure inſtitutionum nihil naturalibus tantum deberetur ab inteſtato. ℞. ad 2. Ex voluntate, non autem ex neceſſitate patri aliquando ſuccedunt. At ex jure *d. Novell.* ipſis tantum ab inteſtato duæ unciæ debentur una cum matre concubinâ dividendæ. At matris teſtamentum ſpurius tanquam inofficioſum rectè impugnare poteſt. *l.* 29. D. *de inoff. teſtam.* Huc pertinet illud ubique decantatum elogium (**een moeder en maeckt geen baſtaerdt.**)

Q. 5. An in teſtamento de caſtrenſibus bonis à filiofam. milite condito querela inofficioſi locum habeat?

℟. MInimè. *l. fin. C. de inoff. teſtam.* Cumque Jure ſingulari de peculio caſtrenſi filiif. teſtari poſſint, iſtud privilegium per legem generalem illis non eſt ademtum. Obſtat *Novell.* 115. *c.* 4. *in princ. Non licet liberis (ait Imp.) parentes ſuos præterire, aut quolibet modo à rebus propriis, in quibus habent teſtandi licentiam, eos omninò alienare: niſi cauſas quas enumeravimis, in ſuis teſtamentis ſpecialiter nominaverint. adde §. fin. d. cap.* 4. *verſic. ſi autem.* ℟. *d. c.* non intelligendum eſt de filiof. milite, qui teſtatur ex ſolo privilegio de caſtrenſi peculio. Sed de filio emancipato, i. e. de eo, cui teſtamenti factio activa eſt, & non de caſtrenſibus, ſed communibus bonis teſtamentum condit.

Q. 6. An Legitima ſtatuto tolli poſſit?

℟. NEquaquam. 1. Quia eſt debitum naturale. *l.* 15. *D. l.* 36. *C. de inoffic. teſtam. l.* 7. *D. de bon. damn. auth. hoc amplius. C. de fideicomm.* At quæ ex naturali ratione directò fluunt, tolli abſolutè non poſſunt. *§. pen. Inſt. de Iur. nat. gent. l.* 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

D. de Reg. Iur. 2. Quia pro alimentis eſt. *Novell.* 18. *c.* 3. at hæc liberis negari non poſſunt: *l.* 4. *D. de agnoſc. & alend. liber.* Gail. 2. *obſerv.* 112. Berlich. *part.* 3. *concluſ.* 18. *n.* 20. *& ſeqq.* Fachin. 4. *controv.* 32. 1. obſtat *l.* 5. *in fin. princ. verbis (omnibus bonis) ad leg. Iul. majeſt. ibi legitima liberis reorum læſæ majeſtatis ob factum parentum à lege aufertur.* 2. obſtat, *Quod legitima à Iure civili proceſſit.* ℟. ad 1. Ibi agitur de exorbitanti delicto. Fruſtrâ enim ibi de legitima liberorum diſputatur, cum pater nulla reliquit bona. Diſſent. Schneidw. *ad* §. 3. *Inſt. de pub. jud. n.* 5. ℟. ad 2. Rectè, ſed ſc. ex naturali ratione eam ſuadente, uti ex prædictis apparet. Tantum enim jus civile legitimam (quoad quantitatem) determinavit, ac legitima remedia quibus obtinêri poſſet præſcripſit. Licet ergò tolli haudquaquam penitus poſſit, augeri tamen vel minui poteſt. At notandum, tam favorabilem, adeoque privilegiatam eſſe, ut nihil oneris à teſtatore volente illi imponi poſſit. *l.* 30. 32. *C. de inoffic. teſtam. Novell.* 18. *c.* 3. Nec obſtat, *eam onera recipere, cum ſit portio hereditatis.* Quia id accipiendum de iis quæ ex re ipſâ proveniunt: hæc enim legitimarius ferre debet, licet plus damni ſit quam utilitatis in hereditate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 7. *An Legitima in teſtamento hodiè ſolo inſtitutionis titulo ſit relinquenda?*

℞. AFfirm. *Novell.* 115. *c.* 3. Eſtque ille titulus & honorabilior, quia confert hereditatem: & utilior, propter jus accreſcendi. Accedit, quod à parentibus & liberis omnis præteritionis & exheredationis cauſa ſit auferenda. *d. Novell.* Jaſon. *& DD. in auth. noviſsima. C. de inoff. teſtam.* Connan. 9. *comm.* 10. Graſſus *lib. ſentent. §. teſtamentum. q.* 35. *n.* 3. Diſſent. Vaud. 1. *quæſt.* 5. Coraſ. *in l.* 24. *C. de famil. erciſc.* 1. obſtat *§. fin. Inſt. de inoffic. teſtam. l. 6. C. eod.* 2. obſtat *Novell.* 18. *c.* 1. 3. obſtat *l.* 13. *C. de hered. inſtit. ex quâ* (*cum legitima ſit res certa*) *legitimarius videtur eſſe loco legatarii.* ℞. ad 1. & 2. Nec Inſtitutionum, nec Pandectarum, nec Codicis, nec jure *d. Novell.* 18. *c.* 1. neceſſum fuit, ut titulo inſtitutionis relinqueretur, ſed id per *d. Novell.* 115. ita conſtitutum eſt. ℞. ad 3. Legitima non eſt ſpecies, ſive corpus aliquod certum, ſed portio eſt hereditatis. At de certâ ſpecie *in d. l.* tractatur. Et cum lex parentibus ac fratribus æquè ac liberis legitimam dederit, ex juſta conſequentia & illam eodem modo, ſive titulo inſtitutionis illis deferri oportêre videtur. *arg. l.* 12. *& ſeq. D. de legib.* Vid. Jaſon. *in d. auth. noviſsima. n.* 37. Angel. *in §. fin. n.* 2. *poſt princ. Inſt. de inoffic. teſt.* Et cum legitima titulo inſtitutionis ſit relinquenda, haud errabit, qui eam certam portio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

nem hereditatis dixerit. At 1. obſtat *l.* 8. §. 9. *D. de inoff. teſtam. ubi deducto ære alieno legitima accipitur ; ergo non eſt portio hereditatis. l.* 39. §. 1. *D. de verbor. ſignif.* 2. obſtat *l.* 2. §. 1. *D. famil. ercif.* 3. obſtat *l. 6. C. de inoffic. teſtam. in verbis* (partem bonorum.) ℞. ad 1. Id pertinet ad quantitatem ſive legitimæ ſupputationem. Haud aliter enim illa exactè inſtitui poteſt, niſi deducto ære alieno. ℞. ad 2. Ibi non de *Legitima*, ſed de *quartâ arrogato delatâ* res eſt. Ad hanc verò titulus inſtitutionis neceſſarius non erat. ℞. ad 3. *Pars bonorum* interdum & pro parte hereditatis accipitur. *l.* 3. *D. de bon. poſſeſ.* At hic obſervandum; Eum, cui debetur legitima, illam pro ſuo arbitrio ex certis bonis eligere non poſſe, ſed inſtar alius heredis ſe gerere oportêre.

Q. 8. *An parentum & fratrum* Legitima *novo jure aucta ſit?*

℞. QUoad parentes affirmant; Quoad transverſales, negant DD. communiter. Vid. Bartol. *in auth. noviſſima. C. de inoff. teſtam.* Covarruv. 4. *decret. part.* 2. *c.* 8. §. 4. *n.* 1. Schneidw. *ad* §. 3. *n.* 10. *Inſt. de inoffic. teſtam.* Diſſent. Vaud. 1. *quæſt.* 50. Sed cum in omnibus augumentum procedat, qui de inofficioſo agere poſſunt, *Novell.* 18. *c.* 2. *in fin.* ſequitur, & illud ad fratres pertinêre. *l.* 27. *C. de inoffic. teſtam.* Diſſent. Vaud. *d. q.* 1. obſtat *Inſcriptio d. Novell. ubi filiorum &* *Nepo-*

Nepotum fit mentio. 2. obſtat *Novell.* 92. *c.* 1. *in quâ filiorum tantum.* ℞. ad 1. E rubro contrà nigrum, quo quid expreſſè eſt definitum argumentari non licet. Adde, idcircò id factum, quod in *d. Novell.* de parentibus ac fratribus incidenter, de liberis principaliter agatur. ℞. ad 2. incluſio unius eſt excluſio alterius, niſi id quod in uno loco non includitur, ex alio poſſit ſuppleri.

Q. 9. An filius exheredatus in hâc re inter liberos computandus ſit? i. e. An partem faciat, & in numero filiorum ſit cenſendus, ad augendam vel minuendam portionem legitimæ illorum, qui parentibus ſuccedunt?

℞. HAudquaquam. §. 3. *Inſtitut. de ſucceſſ. libertor.* circâ medium, in verbis (*cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint.*) Vid. Berlich. *part.* 3. *concluſ. practicab. concl.* 12. *n.* 7. *& ſeqq.* Unde portio legitimariorum ex hereditate major exiſtit. Nec obſtat, *Quod in Novell.* 18. *c.* 1. *ſimpliciter agatur de Liberis.* Quia id accipiendum de viventibus, vel iis qui pro mortuis non habentur.

Q. 10. *An expreſſè renuncians hereditati etiam legitimæ renunciaſſe cenſeatur?*

℟. AFfirmo. Renuntiatio enim generalis includit omnes partes. *Arg. l. 7. D. de except. rei Iudic.* At legitima portio eſt hereditatis. 1. obſtat, *Atqui videtur contra naturam, ut filius renunciet legitimæ.* 2. obſtat *l. 35. §. 2. C. de inoffic. teſtam.* 3. obſtat *l. 30. & 32. C. eod. ibi ab omni onere filii liberantur.* 4. obſtat *l. 5. C. de hered. action. ibi creditor qui renunciat hereditati non impeditur petere id quod ſibi debetur.* ℟. ad 1. Nego: quilibet enim Juri pro ſe introducto renunciare poteſt. *l. pen. C. de pact.* At ut pater adimat, id naturæ contrarium eſt. ℟. ad 2. Ibi filius non expreſſè renunciavit toti hereditati; ſed agnoſcendo legatum (in quo non eſt legitima) tacitè duntaxat eatenus approbavit teſtamentum, ut ad legitimam ei nihilominus actio ſalva ſit. ℟. ad 3. Ibi agitur de onere ab ipſo teſtatore impoſito. Secus verò, ſi liberi volentes totam hereditatem repudiaverint. ℟. ad 4. Filius ratione legitimæ non ita eſt creditor, ut quivis alius, qui ex obligatione id Juris ſibi comparavit. Deinde *in d. l.* non agitur de eo creditore qui renunciavit omni ſuo Iuri, quod adverſus hereditatem habebat. Is enim credito ſuo renunciaſſe videtur.

Q. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An pater vi ſtatuti ob delictum filii conveniri poſſit ratione* Legitimæ?

℞. CUm vivis parentibus liberi quodammodò ſint domini rerum paternarum. *§. 2. Inſt. de hered. qual. & diff.* Iiſque legitima adimi non poſſit; atque Reipub. interſit, delicta puniri; ac plerunque non parum imputetur parentum negligentiæ, malæque educationi liberorum; Affirmo. 1. obſtat, *Atqui legitima eſt portio hereditatis: At viventis nulla eſt hereditas. l. 1. D. de hered. vend. nec vivo patre legitima liberis debetur, nec jus hypothecæ in bonis paternis habent.* 2. obſtat, *At nemo puniri debet ob delictum alterius. Ezech. 18. verſ. 20. l. 22. C. de pæn. & Sanctius eſt nocentem dimittere, quam innocentem damnare. l. 5. D. de pæn. ac ubi non eſt culpa, ibi nec pænæ locus eſſe poteſt. c. ſine culpâ. 18. de Reg. Iur. in 6.* 3. obſtat, *Quod tale ſtatutum ſit contra Ius.* ℞. ad 1. Ob publicam utilitatem, ne delicta manêrent impunita, extrâ ordinem multa conſtituta ſunt. Deinde, licet conveniri poſſit pater vivus ratione legitimæ, illa tamen non eſt perſolvenda, niſi poſt ipſius obitum. ℞. ad 2. Cum legitima filii ſit (utpote patris æs alienum) *auth. hoc amplius. C. de fideicomm.* non cenſetur pater pænam luere propter delictum filii, ſed filius ipſe punitur. Deinde, cum in delictis liberorum plurimum tribuatur nimiæ parentum indulgentiæ, etiam quodammodò parentes no-

centes habêre oportet. Quapropter non mirum, ſi & noſtro caſu teneantur. Idque ut parentes in liberis benè educandis & corrigendis ſint diligentiores, id ita conſtitutum vidêtur. ℞. ad 3. Id falſum eſt. Deinde, ſtatutum in temporalibus, non ſolum *præter*, ſed & *contrà* jus commune fieri poteſt: nec non & contrà jus divinum, modò ejus cauſa excludat peccatum. Vid. Schneidw. *ad* §. 10. *Inſt. de action. n.* 21. *&* *ſeqq.* Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 25. Berlich. *part.* 3. *concluſ. practicabil. concluſ.* 13. *n.* 16. *& ſeqq.*

Q. 12. *Quâ actione ad* ſupplementum Legitimæ *ſit agendum*?

℞. NOn *petitione hereditatis*; quia ea non datur contrà verum heredem. Nec quoque *Iudicio familiæ erciſcundæ*; niſi quatenus per conſequentiam diviſionis de quantitate ejus diſputatur. Sed condictione ex lege: ſive actione ſpeciali Jure per *l. omnimodò.* 30. *C. de inoffic. teſtam.* noviter introductâ. Fundam. *in l. unic. D. de condict. ex leg.* Differtque hæc actio à querelâ inofficioſi; quod hæc quinquennio extinguatur, illa verò, cum ſit condictio ex conſtitutione Principis, duret uſque ad triginta annos. *d. l.* 30. *junct. l.* 3. *C. de præſcript.* 30. *annor.* Obſtat, *Atqui ſucceſſit in locum querelæ; ergò & eodem temporis ſpacio finitur.* ℞. 1. Negatur conſequentia. 2. Negatur & antecedens; quia nova eſt actio, quæ competit ad ſupplementum ejus quod legitimæ deeſt. Bald. *in l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſtam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Alexand. 1. *conſil.* 108. Gomez. 1. *reſolut.* 11. Diſſent. Bartol. *in d. l. ſi quis.*

Q. 13. *An* ſuus heres *rectè dicatur is, qui tempore mortis eſt in poteſtate teſtatoris, & in familia proximum gradum obtinet?*

℟. AFfirm. *l.* 12. *in fin. D. qui teſtam. fac. poſſ.* §. 2. *Inſtit. de hered. qualit. & differ.* Diciturque *ſuus heres*, quod ſibimet ipſi quaſi heres ſit. Hunc Græci ἑυτοκληρόνομον vocant; quod pater defunctus in ilii perſonâ redivivus quodammodo videatur. Huc refer illud Naſonis *lib.* 2. *de Pont.*

Vivit enim in nobis facundi lingua parentis,
Et res heredem *repperit illa* ſuum.

1. obſtat §. 26. *Inſt. de legat.* & §. 2. *in fin. Inſt. de hered. quæ ab inteſtat. ubi poſthumus appellatur ſuus. At is nunquam in poteſtate fuit.* 2. obſtat *l.* 6. §. *interdum.* 5. *D. de acq. vel amitt. hered. ubi* jus ſui *datur nepoti cui pater adhuc ſuperſtes eſt.* 3. obſtat, *Filiusf. factus Patricius deſinit eſſe in poteſtate, ſalvo tamen* jure ſuitatis. *Novell.* 81. *c.* 2. ℟. ad 1. Poſthumus fictione juris pro nato habetur *l.* 153. *D. de verb. ſignif.* ℟. ad 2. ubi agitur de filio exheredato, cui nepos inſtitutus præfertur. Ratio, quia exheredatus pro mortuo quodammodò habetur. *l.* 1. §. *ſed etſi patruus.* 5. *D. de conjung. cum emancip. liber.* ℟. ad 3. Ne quod in favorem alicujus eſt introductum in ejus odium retorqueatur, conſtitu-

ſtitutione Imp. Juſtiniani huic filio Jus ſui·tatis conſervatur.

Q. 14. *An filiusf. nolente & invito patre adire poſſit hereditatem?*

℟. UT ſc. patrem invitum obliget hereditati, ſive æri alieno, Nego. *l.* 5 *qui in aliena. l. ſi quis.* 7. *in verbi* (*filio adeunte juſſu patris*) *D. de acquir. ve omitt. hered.* Sed ſi recuſante patre filius adire voluerit hereditatem, omne ſive damnum ſive lucrum in ſuam ſolus filius habebit fortunam neceſſitate per officium judicis duntaxat patri impoſitâ, ut filio vel agenti, vel fugienti conſentiat. Ne alioquin judicium ſine patris voluntate reddatur illuſorium. *l.* 8. *in princ. C. de bon quæ liber. l.* 9. *filiusfam. D. de oblig. & action* Obſtat *d. l.* 5. §. 1. *Ibi ſufficit ratihabitio, erg pro formâ in hereditatis aditione non deſideratu juſſus.* ℟. Juſſum requiri, nec ſufficere rat habitionem, patet ex *l. ſi quis.*25. §. *juſſum.*4. I *eod.* Unde ad *d. l.* 5. §. 1. Ibi agitur de bono rum poſſeſſione, non autem de hereditate. A in illâ ratihabitio, in hâc verò juſſus neceſſariu eſt. Ratio diverſitatis eſt in promptu; Qu aditio hereditatis eſt actus legitimus, qui no admittit aliquam ſuſpenſionem, ſed perpetu fieri poteſt. *l.* 77. *D. de Reg. Iur.* At bonoru poſſeſſio, ſive ejus agnitio, minori tempo eſt circumſcripta: Unde ne ſummum in eâ fili fieret præjudicium, ſi ipſi expectandus eſ juſſus patris, ratihabitione expeditur. *An ver*

è cont

è contrà pater invito & nolente filio repudiare poſſit hereditatem filio delatam? non videtur. *l. renitente.* 11. *C. de Iur. delib.* Nec obſtat *l.* 4. *D. de Reg. Iur.* Quia, cum filiusfam. quid fecit ex obſequio, non filius, ſed pater ipſe id feciſſe videtur. Deinde fallit regula, quoties lex filiofam. *velle* conceſſit.

Q. 15. *An tutor repudiare poſſit hereditatem pupillo relictam?*

℟. CUm repudiatio ſit ſpecies quædam alienationis (niſi pupillo conſentiente, aut conſentientibus ejus amicis & judice) tutor eam repudiare non poteſt. *l. 8. D. de bonor. poſſeſſ.* At ab ipſo pupillo tutore auctore ſecundum filum. *l.* 11. *D. de auth. tut.* tutius fiet repudiatio. Obſtat, *Quod tutor adire & acquirere poſſit hereditatem; ergò repudiare.* ℟. Neg. conſeq. fund. Quia non tam facilè iis qui aliena negotia gerunt datur repudiare (quod alienantis eſt) quam acquirere.

Q. 16. *An filius poſſit agnoſcere* Legitimam *rejectis aliis bonis?*

℟. MInimè. Ratio, quia *Legitima* pars eſt hereditatis, & ſolo titulo inſtitutionis relinquenda. *Novell.* 115. *c.* 3. At pro parte hereditas acquiri non poteſt. *l.* 1. 2. *D. de acquir. vel amitt. hered.* Obſtat, *Atqui filio (ut filio) debetur; at reliqua bona ut heres*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

heres habet. ℞. Præciſè quidem ei legitima danda eſt, at eam haud aliter quam Iure hereditario (ut dictum eſt) conſequitur. *An verò filius feudum agnoſcere poßit omiſſa hereditate?* Non videtur. *c. unic. lib. 2. Feudor. tit. 45. An agnat. vel filius defuncti.* Fund. Ne ipſe irreverenter paternâ hereditate repudiatâ commodum aliquod per patrem conſequeretur. Potuit enim is parentis honori beneficio Inventarii conſulere, & feudum abſque æris hereditarii onere retinêre: unde indignus feudo cenſetur, qui patrem abſque herede vitâ fungi patitur. Neoſtad. *de Feud. Holland. ſucceſſ. c. 3. n. 11. & c. 6. n. 5. 6.* Sand. *lib. 4. deciſ. Friſ. tit. 9. defin. 2.* Secus verò ſe res habet in aliis agnatis: niſi fortaſſe feudum foret hereditarium. Hoc enim à defuncto, licet non immediatè, mediatè tamen & occaſionaliter proceſſit. Covarruv. *2. var. c. 18.* Cujac. *lib. 4. de Feud. tit. 54.* Unde, ſi quis hereditarium feudum ſimpliciter agnoverit, ſe creditoribus obnoxium fecit. Ad Emphyteuſin quod attinet; eam ſine hereditate recipi poſſe, ſi ſimpliciter *filiis*, non verò, ſi *filiis heredibus* conceſſa ſit. Nec obſtat *l. 9. D. de probat. ex quâ nemo filiis conſulere videtur, niſi ſint heredes.* Quia id locum habet quandò ſimpliciter contractus eſt celebratus *l. 13. C. de contrah. ſtipul.*

Q. 17. An heres, qui juſtè ignoravit & ignorare potuit æs alienum defuncti, quod poſteà emerſit, poſſit in integrum reſtitui?

℟. AFfirmo. *Arg. l. 7. D. de integr. reſtitut.* ex. gr. Si defunctus famâ publicâ ſatis locuples habitus fuit, omniaque tecta ita habuit, ut inquiri in ea exactè haud potuerit. Simplex itaque ignorantia hîc non ſufficit. Si quis ergò ſubdubitet, eum inquirere ſedulò oportet: & ſi omnia tunc ſcire debita nequeat, is vel petere jus deliberandi, vel beneficium Inventarii debet. Obſtat §. 6. *junct. §. 5. Inſt. de hered. qual. & differ.* ℟. Ibi tantum de ſimpliciter ignorante tractatur.

Q. 18. An minor qui ſimpliciter & ſine beneficio Inventarii adivit hereditatem damnoſam, adverſus iſtam aditionem poſſit reſtitui?

℟. AFfirmo. *l. 1. C. ſi min. ab hered. §. 2. Inſt. de hered. qual. & differ.* Quod & verum puto, licet ille res quaſdam hereditarias ad diſſolvenda debita hereditaria diſtraxerit. Fund. Quia facillimè minor, ubi de damno vitando eſt ſollicitus, reſtituitur. 1. obſtat, *Qui ſemel eſt heres, ſemper heres manet.* l. 88. *in fin. D. de hered. inſtit.* 2. obſtat, *Quod creditoribus infertur injuria.* 3. obſtat, *Quod in*

pri-

priſtinum ſtatum reſtitui debet hereditas: ergò ali nationes & ſolutiones ab eodem factæ revocari d beant. 4. obſtat, *Quod prætor reſtituendo nec da nec adimere poßit hereditatem. Arg. Princ. Inſt. bon. poſſeſſ. junct.* §. 2. ℟. ad 1. Id valet in ma joribus. ℟. ad 2. Nego. Ratio, quia credit res citandi ſunt, & Iudex providebit, ne qu pereat, quod ad illos pertinet: Quantitate ſc. actis (i. e. Inventario) manifeſtandâ. *Nove* 119. *c.* 6. ℟. ad 3. Neg. conſeq. Quia ſi bo fide omnia geſta ſunt, reſtituta cenſetur her ditas, ſi minor reddiderit quicquid ad eum hereditate pervenit. Vid. *l.* 22. 44. *D. de min junct. l.* 90. *D. de ſolut.* Sand. *lib.* 1. *deciſ. Friſ. tit.* 1 *def.* 2. Deinde, cum reſtitutio fit, omnia ſunt i dintegranda, ſc. quæ immediatè ſpectant perſ nam ejus qui reſtituitur, & ejus contrà quem r ſtitutio petitur. At non, ſi cum aliis quid bo fide actum ſit, vel tranſactum. ℟. ad 4. I ſting. immediatè Prætorem heredem dire facere non poſſe, concedo. Utiliter, ne *d. princ. l.* 2. *D. eod.* Deinde, Prætor per reſ tutionem nec dat, nec aufert minori heredi tem, ſed minori eam petendi, vel ab eâ ſe abſ nendi duntaxat poteſtatem facit. *An & mi ſit audiendus contrà omiſſam vel repudiatam he ditatem?* Quod negandum puto. Fund. Q hoc caſu de lucro captando certat. niſi res integra. *l.* 24. *§. Scævola.* 2. *D. de minor. ju l.* 1. 2. *C. ſi ut omiſſ. hered.* Vel niſi ſit *ſuus he l. fin. C. de repud. hered.* 1. obſtat *l.* 14. *D. verb. ſignif. ubi pretium dicitur ſuccedere in loc rei,* 2. obſtat *l.* 79. *D. ad Senatuſc. Trebelli*

℟.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

℟. ad 1. Id verum eſt, cum agitur actione ordinariâ. Vid. *l.* 22.23. *D. de petit. hered.* ℟. ad 2. Ibi pupillus parenti heres extitit, &, nondum diſtractis rebus, non adverſus omiſſam, ſed aditam hereditatem reſtitutus eſt.

Q. 19. *An heres, qui quid ſubripuit ex hereditate poſt confectum Inventarium, amittat beneficium Inventarii?*

℟. MInimè. Sed in duplum condemnatur. *l. fin.* §. 10. *C. de Iur. delib.* at ſi ante confectionem Inventarii ſubripuerit, beneficio hoc non fruetur. 1. obſtat *l.* 37. *D. de min. in fin. ubi beneficio legis indignus cenſetur qui in legem peccavit.* 2. obſtat *l.* 24. *D. ad l. Falcid.* ℟. ad 1. Ibi agitur de reſtitutione in integrum. ℟. ad 2. Ibi non de caſu noſtro, ſed de lege Falcidiâ tractatur.

Q. 20. *An heres non conficiens Inventarium amittat* Trebellianicam?

℟. AFfirmo. *Novell.* 1. *cap.* 2. §. 2. *in princ. Auth. ſed cum teſtator. C. ad L. Falcid.* Ratio, quia heres, cum commodum ſperet, ſi inventarium non fecit, Dolo agere videtur, unde commodum conſequi non debet. *l.* 37. *in fin. D. de minor.* Covarruv. *in c. Raynutius.* §. 11. *n.* 10. *de teſtam.* Vid. Vigl. *in* §. *extraneus. n.* 9. *Inſt. de hered. qual.*

Mynſ.

Mynſ. 2. *obſ.* 138. Obſtat, *Quod in d. nov. tantum agatur de Falcidiâ.* ℞. Et nomine *Falcidiæ* aliquandò venire *Trebellianicam* liquet ex §. 3. *Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* Nec puto (quoad Trebellianicam in caſu propoſito) inter liberos primi gradus & alios diſtinguendum eſſe. Diſſent. Pap. *quæſt.* 53.

Q. 21. An filius ob non confectum Inventarium perdat legitimam? ſive, an filius, qui gravatus eſt legatis, vel alias tantum conceſſum cohæredi, ut legitimam ſalvam habêre non poſſit, ſi Inventarium non confecerit, agere poſſit ad ſupplementum?

℞. DIſting. Vel æquè exactè probare poteſt quantitatem; vel non. Illo caſu, non amittet legitimam. Ratio quia nullâ ratione legitima, quæ non ex ſolo beneficio Juris deſcendit (ut Falcidia) ſed quæ ex pietate naturali ut æs alienum liberis eſt per ſolvenda, onerari poteſt. *l.* 32. *C. de inoff. teſtam.* Hoc autem caſu, ſibi imputet; quia non jus, ſed probatio deficit. *Arg. l.* 30. *in fin. D. de teſtam. tut.*

Q. 22

Q. 22. An teſtator heredi remittere poſſit confectionem Inventarii?

℞. NUllo modo. 1. obſtat *Novell. 1. c. 2. circa fin. ubi ad defuncti commodum ſimpliciter hoc beneficium* [p]*ertinêre videtur.* 2. obſtat, *Teſtator legata & Fideicommiſſa adimere poteſt; ergò quoad Legatarios & Fideicommiſſarios confectionem Inventarii remittere poteſt.* 3. obſtat *l. fin. §. 1. C.* [A]*rbitr. tutel.* in verbis (*niſi teſtatores qui ſub*[ſt]*antiam tranſmittunt, ſpecialiter inventarium* [c]*onſcribi vetuerint.*) ℞. ad 1 Falſum id eſt. Quia [b]eneficium Inventarii maximè ad heredis & [c]reditorum commodum ſpectat. Ad illius, ne is [u]ltrà vires hereditarias teneretur. Ad horum, [u]t certum quem convenire poſſint haberent. ℞. ad 2. Neg. conſeq. Ratio diverſitatis eſt; [q]uia teſtator ea adimendo anſam peccandi non [p]ræbet, ſicuti prohibendo deſcriptionem bo[n]orum. ℞. ad 3. Ibi non tractatur de debitore [d]efuncto cujus bona non ſufficiunt creditori[b]us, ſed de patre in tutelâ. Hic enim de ſuis [t]antum; at ille de iis quæ ſunt creditorum diſpo[n]it. Deinde *d. §.* procedit non ſimpliciter, [ſ]ed tunc, cum judici juſta cauſa eſſe videtur. [A]*rg. l. 1. §. 1. D. ubi pupill. educar. & l. 14.* [§]*. 5. D. de religioſ.*

EXER-

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

DECIMA-TERTIA,

Ad Tit. 20. 21. 22. & ſeqq. Lib. 2. Inſtitut.

Q. 1. An rectè definiatur legatum in §. 1. Inſt. de legat. Donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præſtanda?

℞. Affirmo. 1. obſtat *l.* 36. *D. de legat.* 2 *ibi nulla mentio* defuncti, aut heredis *fit.* 2. obſtat, *Quod legatum non ſemper præſtetur ab herede, ſed interdum ab ipſo teſtatore. l. Lucius Titius.* 22. *D. eod.* 3. obſtat, *Quod legata interdum à legatariis, vel ab aliis, inſtar fideicommiſſorum, quibus ex conſtitutione Iuſtiniani Imp. exæquata ſunt. l.* 2. *C. commun. de leg. præſtanda ſint. ergò verba* (ab herede præſtanda) *ut ſpuria è definitione ſunt exterminanda.* 4. obſtat *l.* 80. *D. de legat.* 2. *l. à Titio* 64. *D. de furt. ibi dominium rei legatæ rectà via tranſire dicitur in legatarium citrà factum heredis.* ℞. ad 1. Defunctum & heredem includit vocula (*teſtamento*) nil enim relinquitur teſtamento niſi à defuncto: ac teſtamentum propriè ſpecta-

a-

ıd heredem. §. 10. *Inſt. de teſtam. ordin.* Ab eo
:nim, ut verè dici poſſit ſucceſſor univerſalis,
egata, quæ defunctus præſtari voluit, præſtan-
la ſunt, ac creditoribus exolvendum quod de-
ɔetur. §. 5. *Inſt. de obligat. quæ quaſi ex contr.*
℟. ad 2. Tenenda diſtinctio hæc, quod lega-
um non dicatur donatio, quæ præſtatur ab he-
ede: ſed donatio, quæ ſc. ita relinquitur, ut
b herede ſit præſtanda. At hoc caſu non immu-
atur natura legati, licet ab ipſo teſtatore præ-
:itum fuerit. ℟. ad 3. Neg. conſeq. Ratio,
um enim legatarius omnem ſuam cauſam con-
equitur ab herede, rectè legatum à legatario
ɔræſtitum mediatè ab herede datum dicêtur.
℟. ad 4. Eſto, inde tamen non ſequitur, lega-
um non conſtare delibatione hereditatis. Vid.
. 116. *D. de legat.* 1. Quia ex eâ, & eo quod
ıeredis eſt, aut ex ſucceſſione eſſe debet, (licet
ıon actualiter ab ipſo herede) præſtandum eſt.
Deinde licet dominium, (quod juris eſt) tranſ-
at in legatarium abſque facto heredis, poſſeſſio
amen (quæ facti eſt) in eum citrà factum & vo-
untatem heredis non transfertur. *l.* 1. *& tot.*
it. D. quod legator.

Q. 2. *An demum conſtitutione Iuſtinia-ni Imp. legata fideicommiſſis in omni-bus & per omnia ſint exæquata?*

℟. Affirmo. ſc. quoad vim & effectum, licet nomina & formæ diverſimodè ſe habeant. §. 3. *Inſt. de legat. l.* 2.
:. commun. de legat. ut itaque hodie inter lega-
tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tum & fideicommiſſum nulla differentia ſit 1. obſtat *l.* 1. *D. de leg.* 1. *Ibi per omnia legata fideicommiſſis exæquata dicuntur. ergò & Iuri Digeſtorum horum exæquatio fuit.* 2. obſtat §. 2 *Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict. ibi legato data libertas diſtinguitur ab ea quæ per fideicommiſſum relicta eſt.* ℞. ad 1. Tempore Ictorum ante Juſtinianum noſtrum, legata quorundam reſpectu per omnia quidem fuerunt fideicommiſſis exæquata, ſed non in omnibus. A Regulæ Icti *in d. l.* 1. alioquin variis exceptionibus reſtrictæ conſtitutio univerſalis hodie ſubſtituta eſt. Olim enim non ſolum in interdicto, *quod legatorum*, & in retentione quartæ ſed etiam in L. Iulia Papia. *l.* 87. *D. de leg.* 3 in L. Ælia Sentia. *l. in fraudem.* 27. *D. qui & a quib. manum.* & in Sᴄto circà L. Corneliam facto. *l.* 1. *§. ad teſtamenta. D. ad leg. Cornel. de Falſ.* aliiſque quam plurimis: ſed non in omnibus (uti dictum) eorum exæquatio facta eſt ℞. ad 2. Ibi agitur de ſingulariſſimo caſu libertatis, cujus contemplatione & alias multa contra rigorem Iuris conſtituta leguntur. At diſparitas in tali caſu ad generalem exæquationem enervandam haud admittenda. Differentiam inter Legata & Fideicommiſſa quoad libertatem adhuc manêre, rectè docet Donell. 8. *comm.* 2 & 4. *in fin.* Diſſent. Vacon. à Vacun. 4. *c.* 53 Treutler. *part.* 2. *diſp.* 13. *theſ.* 1. *in fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. *An legatum rectè diſtinguatur à donatione mortis cauſâ?*

℟. NOn eſt dubitandum: id enim 1. indicat ſeries titulorum. 2. Quia donatio fit tractatu habito per modum contractus: At legatum ſine contractu celebratur. 3. Quia donatio requirit acceptationem vivo donatore factam. *l.* 38. *D. de donat. mort. cauſ.* Obſtat §. 1. *Inſt. de donat. in verbis (hæ mortis cauſâ donationes ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia.)* ℟. Id procedit quoad effectum. *l. fin. C. de donat. mort. cauſ. l.* 37. *D. eod.* Non verò quoad ſubſtantiam. Hæc enim utriuſque diverſa eſt. At effectus utriuſque iidem ſunt, niſi in ſpecie lex diſcrimen conſtituerit, ut (ex. gr.) apparet in filiisf. *l.* 25. §. 1. *D. eod.* Et cum verba ſecundum ſubjectam materiam & id quod agitur ſint accipienda. *l.* 11. §. *item ſi juravero. D. de jurejur. l.* 15. §. 4. *D. locat.* Hinc, quod in teſtamento præſenti & acceptanti donatur, id, in dubio, non donatum, ſed legatum, & (ſic revocabile) cenſetur. Scopus enim attendendus, qui erat, ut teſtamentum conficeretur. Vid. *l.* 22. *C. de teſtam.* Fachin. 5. *controv.* 30. Schneidw. *ad princ. Inſt. de legat. n.* 9. 10. 11. Diſſent. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 105. *n.* 18. *& ſeq.* Aretin. *ad* §. 1. *Inſt. de leg.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. An res aliena privata legari poſſit?

℟. Affirmo. §. 4. *Inſt. de legat. l. cum alienam.* 10. *C. eod.* Sed hoc non procedit, ſi teſtator ignoraverit rem eſſe alienam. *d.* §. 4. niſi conjunctæ perſonæ, vel tali relicta ſit, cui defunctus veriſimiliter æquè legaſſet. *d.l.* 10. Proniores enim ſumus in rebus noſtris legandis, quam in alienis, in quibus heres gravatur onere redemptionis. *l. unum ex familiâ.* §. *ſi rem. D. de legat.* 2. Ex legato rei alienæ hoc commodum percipit legatarius, ut rem luere cogatur heres: Niſi eam vendere juſto pretio dominus nolit, aut iniquum pretium poſtulet. Quo caſu, præſtando æſtimationem heres liberatur. 1. obſtat, *Quod per legatum acquiratur dominium, ergò de re alienâ, in quâ teſtator dominium non habet, diſponere non poteſt.* 2. obſtat, *Quod lege* 12. *tab. quæ efficiens eſt cauſa legatorum, cautum erat*, uti quiſque legaſſit ſuæ rei; *ergò legatum rei alienæ non valet.* 3. obſtat, *Atqui nemo invitus emere cogitur. l.* 11. *C. de contrah. empt.* 4. obſtat, *Quod nemo plus juris in alium transferre poßit, quam ipſe habet.* 5. obſtat *l.* 20. *C. de legat.* 6. obſtat *l.* 39. *Paulus reſpondit. D. de fideicomm. libert.* 7. obſtat *c.* 5. *X. de teſtam.* ℟. ad 1. Iis retentis quæ in princ. dicta ſunt, teſtator non tam verè & directò de re alienâ diſpoſuiſſe videtur, quam de eo quod in ipſius poteſtate erat. ℟. ad 2. Ipſo effectu rem propriam legavit defunctus: quia heres eam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

eam ex bonis defuncti emere, aut pro re natâ redimere cogitur. R. ad 3. Favore ultimæ voluntatis, heres, qui emolumento hereditatis eſt honoratus, contrà regulam juris communis invitus emere noſtro caſu compellitur. ℟. ad 4. Legando nil juris transfert teſtator, ſed in caſum, *quo res illa heredis eſt futura*, de re alienâ tantum diſpoſuit. ℟. ad 5. Non ibi de re planè alienâ tractatur, ſed de caſu, quo teſtator jus in re, quod morte exſpirat, habuit. At qui tale jus legat, nihil agit. *l.* 24. *§.* 1. *D. de legat.* 1. ℟. ad 6. Id ſpecialiter favore libertatis, cujus cauſa non eſt ſimilis legato, aut fideicommiſſo pecuniario, ſic receptum eſt. ℟. ad 7. Ibi agitur de legato rei Eccleſiæ clericis relicto. Sunt enim & alii caſus, quibus ne quidem ad æſtimationem heres tenetur. ex. gr. veluti ſi ſervus alienus legatus ante moram perierit, vel manumiſſus fuerit. *l.* 22. *§. ult. D. de leg.* 3. *junct. l.* 35. *D. leg.* 1. vel ſi res aliena non ſit in commercio privatorum, ut ſunt regalia. Aut ſi vaſallus feudum legaverit; quia de illo nullo modo teſtari, vel legare poteſt. *c.* 1. *de ſucceſſ. feud. An verò, re aliena dotali legatâ, æſtimatio ſit præſtanda?* Affirmo. Eſt enim res naturâ ſuâ in commercio, licet ob temporalem iſtam qualitatem, difficulter poſſit comparari. Vid. *l.* 39. *§. conſtat. D. de leg* 1. Idem puto de rebus Eccleſiaſticis legatis. Licet enim & earum difficilis ſit comparatio, tamen ſub ſuis ſolennitatibus rectè diſtrahuntur. Nec obſtat *l.* 39. *§. fin. D. de leg.* 1. quia ibi agitur de Prædiis Cæſaris; quæ non ſunt in commercio, niſi ex juſſu Principis.

d. l. nec quoque obſtat *d. c. 5. X. de teſtam.* quia nil ibi de æſtimatione indicatur, ſed hoc tantum, quod res ipſæ acquiri non poſſint. Vid. Panormitan. *in d. c. 5.* Mantic. *de conjectur. ult. volunt. lib. 9. tit. 9. n. 16.*

Q. 5. An res, cujus commercium non eſt legatario, (propter intrinſecam ſc. ejus conditionem) cum heredi ſit, poſſit legari?

℞. NUllius momenti eſt legatum, idque in tantum, ut ne æſtimatio quidem debeatur. *l. 49. §. 2. D. de legat. 2. l. 34. D. de verb. obligat. ut (ex. gr.) ſi quis mancipium Chriſtianum legaverit Iudæo.* 1. obſtat *l. 114. §. 5. D. de leg. 1. ubi legatarius conſequitur æſtimationem rei, cujus non habet commercium.* 2. obſtat *l. 40. D. eod. in quâ ex ſententiâ Icti. æſtimatio debetur ei, cui jus poßidendi non eſt: ergò & cui non eſt commercium.* 3. obſtat *l. 11. §. ſi ſervo. 16. D. de legat. 3. ubi militiæ legatæ ſervo, licet ejus capax non ſit, æſtimatio æquè debetur.* ℞. ad 1. Ibi non agitur de legato cujus commercium deeſt ob legis prohibitionem, propter internam perſonæ conditionem; ſed ob accidens aliquod, ſive externam duntaxat qualitatem, vel corporis ipſius legatarii, vel rei legatæ, cum alias juris ordine commercium haberet. *Vt ſi (ex. gr.) claudo curſoris officium, quod vendi poteſt, legetur: vel peregrino prædium Italicum, quod ei non mancipatur, relinquatur; vel ſi*

fatuo;

fatuo , aut homini idiotæ. Bibliotheca legata ſit.
℞. ad 2. Negatur conſeq. Hæc enim diverſa ſunt & ab invicem ſeparata. In dictâ enim lege relictum eſt fideicommiſſum alteri, cui ob caſum extrinſecus contingentem jus poſſidendi non erat, à legatario cui non erat rei commercium. ex. gr. Teſtator ſervum Chriſtianum reliquit Judæo, ut illud reſtitueret Sempronio, homini Chriſtiano, commoranti fortaſſe in loco, in quo ante ſervus ille venditus erat illâ lege, ne in iſto loco poſſit poſſideri. Rectè iſthoc caſu fideicommiſſarius conſequitur æſtimationem, cum ex Iure tantum rei accidentali ſit, ſc. ex conventione, ne in iſto loco ſervus poſſidêri queat. ℞. ad 3. Militiâ legata, non corpus, ſed æſtimatio legata videtur. *d. l.* 49. *§.* 1. at æſtimationis legatæ capax ſervus eſt, cum tale legatum conſiſtit in quantitate. *Militia enim erat officium eorum, qui in aliquo exercitio intrà ſtatutos erant relati, ex quo ſalaria & commoda à Principe conſequebantur.* At hujuſmodi reditus poterant legari, & vendi. *l. Lucius.* 22. *D. de leg.* 2. *Quid ſi res legata non ſit in commercio heredis, ſed legatarii?* Res ipſa præſtanda eſt, ſi comparari poſſit: ſin minus, ejus æſtimatio. *d. l.* 49. *§.* 3. Nec obſtat *l.* 185. *D. de R. I.* cum enim heres non ſibi emat, ſed alii, valet emptio. Nec enim quis id capere videtur, quod ſtatim alteri cogitur reſtituere. *l.* 71. *D. de verb. ſignif.*

Q. 6. *An jus accreſcendi locum habeat in conjunctis re & verbis ſimul?*

℞. Conjuncti triplici modo in jure leguntur *l. 89. D. de legat. 3.* Sunt enim vel *Re tantum*; vel *verbis tantum*; vel *Re & verbis ſimul*. *Re tantum conjuncti* dicuntur, quibus una & eadem res in eodem teſtamento, eodem ſucceſſionis genere, in diverſis orationibus relicta eſt. *ex. gr. Titio fundum Cornelianum do, lego, eundem fundum Mevio do, lego. Verbis tantum conjuncti ſunt*, quibus partes ejuſdem rei pro indiviſo in eâdem oratione relictæ ſunt. *ex. gr. Titio & Mevio fundum Cornelianum æquis partibus do, lego. Re & verbis ſimul conjuncti ſunt*, quibus eadem res in eadem oratione relicta eſt. *ex. gr. Titio & Mevio fundum Cornelianum do, lego.* Quibus ita præmiſſis, quoad quæſtionem propoſitam affirmativa ſententia placet. *§. 8. Inſt. de legat. l. 16. §. fin. D. de legat. 1. l. 142. D. de verbor. ſignif.* Ubi enim eſt jus conjunctionis, ibi eſt jus accreſcendi, & è contra. *l. ſub conditione. 16. D. quib. mod. uſusfr. amitt.* Fachin. 4. *controv.* 94. Arum. *exercit. 9. theſ. 11.* 1. obſtat *l. 57. §. 1. D. de uſufruct.* 2. obſtat *l. 17. §. 1. D. de hered. Inſtit.* 3. obſtat *l. 16. in princ. D. de leg. 1.* 4. obſtat *l. 55. D. de leg. 2.* 5. obſtat *l. 74. D. de condic. & dem.* ℞. ad 1. Ibi de alimentis tractatur: at hæc Ius accreſcendi non habent, eò quod nemo plus quam ſemel ali queat.

℞. ad

℞. ad 2. Quod ibi agatur de hereditate, cujus partes certæ quibuſdam ſunt aſſcriptæ, quibuſdam nullæ: Quapropter ſi aliqui ſine parte ſimpliciter ſunt inſtituti, aliqui verò ex parte hereditatis, omnibus ex æquo Ius accreſcendi competit. Fund. Quia ſimpliciter inſtituti verè conjuncti non ſunt. ℞. ad 3. Ibi conjunctus non erat in rerum naturâ, & ſic concurrere non potuit. At conjunctione non exiſtente interit Ius accreſcendi. ℞. ad 4. Non ibi de Iure accreſcendi diſputatur. Sed indicatur, ſi ab herede collegatarii, vel ex ſuâ, vel ex defuncti perſonâ, repudietur legatum; quod heres teſtatoris, aut proprietarius, non totum, ſed partem legati duntaxat petere, aut ſibi retinêre poſſit. ℞. ad 5. Quod ibi agatur de caſu ſpeciali, quo quis ad legatum ſingulari Iure contra voluntatem defuncti admittitur. At iſthoc caſu ceſſat Ius accreſcendi. Huc pertinet & *l.* 3. §. 3. *D. de legat. præſtand.*

Q. 7. An & in re conjunctis tantum?

℞. AFfirmo. *d.* §. 8. *l.* 30. *D. de condic. & dem. l. unic.* §. 11. *C. de caduc. tollend.* 1. obſtat *d. l. unic.* §. 11. *quod ſit jus non decreſcendi. Cum enim uterque in ſolidum habet legatum, ideò uno non concurrente ſolidum remanet penes alterum.* 2. obſtat *l.* 33. *D. de legat.* 1. 3. obſtat *l.* 5. *D. de adim. legat.* ℞. ad 1. Illud *Ius non decreſcendi* verè eſt *Ius accreſcendi*, ſi unus vel alter deficiat. Eſt enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Ius accreſcendi nihil aliud, quam Ius, quo quis, ſi conjunctus concurreret, tantum partem conſequi poſſet, admittitur ſimul ad non concurrentis partem. *d.* §. 8. *l.* 3. *D. de uſufr. accreſc.* ℟. ad 2. Quod ibi non ſingulis totum ſit legatum. ℟. ad 3. Ibi nulla eſt conjunctio, ſed tranſlatio ſive ſeparatio, ut ex formularum diverſitate apparet.

Q. 8. *An & in conjunctis verbis tantum?*

℟. Affirmo. *l.* 19. §. *ult. D. de legat.* 1. *d. l. unic.* §. 11. *C. de caduc. tollend. l.* 89. *D. de legat.* 3. Ratio 1. quia ibi jus accreſcendi eſt, ubi Ius eſt conjunctionis, & è contra. 2. Quia nullum alium ob finem diſputatio de conjunctis inſtituta eſt, quam ut ſciremus inter eos, qui conjuncti ſunt, Ius accreſcendi eſſe, inter alios non eſſe. Duaren. *lib.* 1. *de Iur. accreſ. c.* 10. Baro. *ad* §. 8. *Inſt. de legat.* Donell. 7. *comment.* 13. & 8. *comment.* 21. 1. obſtat *d. l.* 16. *in princ.* 2. obſtat *l.* 38. §. 2. *D. de legat.* 3. 3. obſtat *l.* 41. §. 9. *D. eod.* 4. obſtat *l.* 80. *D. eod.* 5. obſtat *l.* 56. *D. de condic. & dem.* 6. obſtat *l.* 110. *D. de verbor. oblig.* ℟. ad 1. Ibi non agitur ſimpliciter de conjunctione verbali; ſed in hypotheſi, quâ conjunctus capere non poteſt: tunc enim pars tantum peti poteſt. *l.* 7. *D. de leg.* 3. ℟. ad 2. Quod vernæ ibi ſunt nominati ſine verâ conjunctione, præſertim verbali. Expreſſio enim nominum facit ſeparationem & parit diviſionem in partes viriles.

les. *l.* 124. *D. de leg.* 1. *l.* 23. *& ſeq. D. ad Trebell.* ℞. ad 3. Ibi non eſt ſimplex conjunctio, ſed talis, in quâ quid præſtandum eſt pro parte quæ ad ſingulos ſpectat. ℞. ad 4. Partes ibi ſeparatim ſunt datæ. At tunc illæ concurſu fieri haud dicuntur. ℞. ad 5. 1. Et ibi facta eſt perſonarum enumeratio. 2. Non ibi agitur de ſimplici conjunctione, ſed eâ, cui adjuncta conjunctio eſt. ℞. ad 6. Non ibi de legato aut fideicommiſſo, ſed de contractu res eſt.

Q. 9. An Ius accreſcendi à teſtatore poſſit prohiberi?

℞. Diſtinguendum eſt; in hereditatibus, Nego. In legatis, Affirmo. Vinn. *ad* §. 8. *Inſt. de legat. n.* 2. 4. Ratio diverſitatis eſt, quia Jus accreſcendi valet in hereditatibus ex neceſſitate; cujus duo proferuntur juris principia. 1. Quia nemo partem hereditatis ſibi delatæ ſemel quæſitam repudiare poteſt. *l.* 4. *C. de repud. heredit.* 2. Quia nemo ejuſdem hereditatis, quæ alium heredem non habet, partem habêre poteſt, partem repudiare. *l.* 1. 2. *D. de acquir. hered. l. unic.* §. *his ita.* 10. *C. de caduc. toll. l.* 7. *D. de Reg. Iur.* Vid. *exercit.* 10. *q.* 25. At in legatis non valet ex neceſſitate aliquâ, aut diſpoſitione Juris, ſed ex ſolâ præſumpta voluntate defuncti; quippe qui ſingulos partem quidem habêre velle intelligitur, & legatum ſcindi, ſi concurrant: ſin minus, ſolidum, poſtpoſito herede. Affirmat indiſtinctè Bartol. *in l.* 9. §. 13. *D. de hered. inſtit. quem ſe-*

quitur Iaſon conſil. 8. 1. obſtat *l. pen. D. de injuſt. rupt. l.* 14. *D. de liber. & poſthum.* 2. obſtat *l.* 69. *D. de legat.* 2. 3. obſtat *l.* 120. *D. de verb. ſignif.* ℞. ad 1. Ibi, non ratione juris accreſcendi, ſed propter præteritionem poſthumi, totum teſtamentum rumpitur. ℞. ad 2. Ibi agitur de fideicommiſſo, quod heredibus ab inteſtato, aut aliis qui inſtituti ſunt, relictum eſt. ℞. ad 3. Id accipiendum, niſi lex foret impedimento.

Q. 10. *An res propria purè alicui legari poſſit?*

℞. MInimè. §. 10. *Inſt. de legat.* Licet eam vivo teſtatore alienaverit. Fund. *in l.* 29. *D. de R. I.* & *in l.* 2. *D. de regul. Caton.* Quod & in heredis inſtitutione procedit *l. pen. D. de R. I.* 1. obſtat *l.* 1. *§. ult. D. de Reg. Caton.* 2. obſtat *l.* 39. *cum ſervus. §. ſi Titius.* 2. *D. de leg.* 1. 3. obſtat §. 13. *Inſt. de legat. ibi valet legatum rei quæ debetur? At ejus debitor eſt dominus.* ℞. ad 1. *in d. §.* Non agitur de legato rei propriæ purè, ſed ſub conditione (*ſi vivo teſtatore alienata fuerit*) relicto. At ad legata conditionalia non pertinet regula Catoniana. *l.* 3. *D. de Reg. Caton.* At rei propriæ legatum ſub conditione validum eſſe patet ex *l.* 98. *mea res. D. de condic. & dem.* ℞. ad 2. Legatum rei emptæ & nondum traditæ ſtatim ab initio ſubſiſtit, cum eo venditori remittatur actio ex empto. ℞. ad 3. Quod legato liberationis non tam res, ſive corpus, quam

quam Jus, ſive obligatio, quæ eſt creditoris, comprehendatur: at eâ ut debitor liberetur ipſi perutile eſt.

Q. II. *An legatum generaliter relictum valeat?*

℞. PRiuſquam ſententia noſtra proferatur, *legatum generaliter relictum*, à *legato generis* & *obſcuro* quomodò differat, explanandum eſt. Dicitur itaque *legatum generaliter relictum*, quoties ſpecies indeterminata ex genere quod diverſas ſpecies ſub ſe continet relinquitur. *ex. gr. lego tibi hominem, Equum, Bovem, Scyphum, &c. Legatum generis*, eſt vel quantitatis alicujus, ſive rerum fungibilium: vel alicujus univerſitatis: Qualis eſt *Grex*, quæ certas ſub ſe ſpecies complectitur. *§. ſi grex.18. Inſt. de legat. Obſcurum verò legatum eſt*, quoties teſtator certam ſpeciem, quæ demonſtrari non poteſt, deſignare voluit. *arg. l. 34. D. R. I.* à quo diſcrepat legatum generaliter relictum, quod eſt, cum certa quidem ſpecies non eſt nominata, nec teſtator eam indicare voluit. Hiſce præmiſſis, legatum generaliter relictum valêre, Affirmo. *§. 22. Inſt. de legat. l. 37. D. de legat. 1.* Obſtat *l. 69. §. 4. D. de Iur. dot. ibi, fundo non demonſtrato, nullum eſt legatum, vel ſtipulatio fundi, licet varios quis reliquerit.* ℞. Idcircò id eſt, quia fundus in quâvis glebulâ conſiſtere poteſt. *l. 60. D. de verb. ſignif.* Unde eo generaliter relicto res certa deſignata eſſe non videtur. Niſi teſtator fortaſſe dixerit *de Fundis*

ſuis. i. e. de iis quos pro fundis deſtinavit. Vid. Gædd. *ad l.* 60. *n.* 8. *&* 9. *D. de verb. ſignif.* Donell. *ad l.* 115. *D. eod.* At ſecus ſe res habet in homine, equo, bove, &c. indefinitè ſeu generaliter relicto. Tunc enim, quia hominis, equi, &c. definitio certa eſt, etiam rei legatæ certa eſt demonſtratio. *An verò domo ſimpliciter legatâ idem ſit receptum, quod de fundo dictum eſt?* Non videtur. Hoc enim caſu deriſorium & inutile legatum eſt, ſi nulla ſit relicta: Alias ea domus cedet legatario, quam ipſe elegerit. *l.* 71. *ſi domus. D. de legat.* 1.

Q. 12. *An hodie in legato generaliter relicto electio detur legatario?*

℟. CUm differentia inter legatum damnationis & vindicationis penitus ſit ſublata, etiam indiſtinctè Affirmo. *l.* 20. 37. *l.* 108. §. 2. *D. de leg.* 1. *l.* 2. *D. de option. legat.* At hoc procedit, niſi teſtator in ſpecie aliud voluerit. 1. obſtat *l.* 10. *D. de jur. dot.* 2. obſtat *l.* 37. §. 1. *D. de legat.* 1. 3. obſtat *l.* 4. *D. de tritic. vin.* ℟. ad 1. In contractibus, ſemper in alternativis electio eſt promiſſoris; At in legatis, legatarii. *l.* 23. *D. de leg.* 2. Ratio diverſitatis; quia ſtipulator ſibi imputare debet, quod aliam conditionem adjici non paſſus ſit: at legatarius incidit duntaxat in legatum. ℟. ad 2. Ibi cum teſtator de certo corpore cogitaverit, magis eſt, ut dicamus legatum illud obſcurum eſſe, quam generaliter relictum. ℟. ad 3. Ibi agitur de legato quantitatis, non autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

autem de ſpecie generaliter relictâ. At non parum diſcriminis inter illa obſervatur. Specie enim generaliter legatâ, legatarius & perſonali actione, & vindicatione, quâ dicimus quid noſtrum eſſe, agere poteſt: At ex legato quantitatis ſolâ actione perſonali. Vid. Cujac. *in l.* 108. *§. 2. D. de leg.* 1. Duaren. *in d. l.* 37. Hic verò notandum eſt, legatarium, nec optimam, nec peſſimam rem eligere debêre, ſed quaſi mediam. *d. l. 37. in princ. & ibi Zaſ. n.* 13. Robert. *lib. 2. ſentent. c.* 14. niſi fortaſſe duæ res tantum relictæ ſint, tunc enim optimam eligere poteſt. Per §. 22. *Inſt. de legat.* 1. obſtat *l. 57. D. de jur. dot.* 2. obſtat *l. 38. §. ult. D. de aur. & argent. legat.* 3. obſtat *l. 12. D. de Reg. Iur.* ℟. ad 1. Ibi ſpecialis eſt favor dotis. ℟. ad 2. Ibi eſt favor piæ cauſæ. ℟. ad 3. Id verum eſt, ſc. ſi ſecundum id quod legibus continetur dirigantur.

Q. 13. An illis tantum poſſit legari cum quibus teſtamenti factio paſſiva eſt?

℟. AFfirm. *§. 24. Inſt. de legat.* Unde ob odium impiæ religionis, Judæis, Apoſtatis, aut hæreticis nil legari poteſt. *l. 1. C. de Iudæis. l. 2. C. de Apoſtat. l. 5. 6. C. hæretic.* Licet enim illis (quatenus homines ſunt) benefaciendum ſit, & omnibus modis curandum, ne illi innocentes per privatos lædantur & obterantur. *l. 14. C. de Iudæis.* nil tamen ipſis (utpote hoſtibus in religione) relinquendum, quo ex liberalitate diten-

tentur. Sic nec peregrinis illis, quibus denegatum eſt Jus Civitatis, & peregrini eſſe juſſi ſunt per ſententiam, quid legari poteſt. *l.* 1. *C. de hered. inſtit.* Rectè verò illis, qui fœdere juncti ſunt Romanis, cum Romani non ſint. *Auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ.* At quod hoſtibus Reipub. (qui & Peregrini dicuntur) ab extraneis relictum eſt, cedit fiſco. Fund. quia hoſtes qui adjuvat, ejuſque vires facto ſuo firmat, majeſtatis læſæ reus fit. *arg. l.* 1. *D. ad l. Iul. Majeſt.* quo caſu bona fiſco applicantur. *auth. bona damnatorum. C. de bon. damn.* At in conſanguineis (licet inter hoſtes verſentur) nil tale præſumitur, ſed ſanguinis affectio principatum obtinet. *l.* 2. *D. de receptat.* Unde hoc caſu relictum pro non ſcripto habetur. Obſtat *l.* 11. *D. de aliment. vel cibar. legat.* ℞. Id totum tribuendum ſingulari favori alimentorum. ſic etiam habitatio, quæ ſpecies alimentorum eſt, illis relinqui poteſt, qui alias incapaces ſunt legatorum. *l.* 10. *D. de capit. minut. & ibi DD.* Obiter & hîc notandum, nec legatum, aut fideicommiſſum relinqui poſſe, niſi ab eo, cum quo teſtamenti factio activa eſt. *l.* 2. *D. de legat.* 1. Obſta *l.* 1. §. 1. *D. de legat.* 3. *ibi dicitur, filium fideicommiſſum relinquere poſſe.* ℞. Falſum id eſt; Quia expreſſè ſtatuitur, ſi filius f. emancipatus fuerit, iſque in eâdem voluntate perſeveraverit fideicommiſſum ab eo demum emancipato, & non ante, datum cenſeri.

Q. 14. *Si quis dixerit* (lego Sejo, quod Titio legavi) *an Titio cenſeatur ademtum eſſe legatum?*

℞. AFfirmo. §. 1. *Inſt. de ademt. legat.* ademtione enim à priore legatario factâ ad ſecundum legatarium teſtator convolavit. 1. obſtat §. 8. *Inſtit. de legat.* 2. obſtat *l. Iulianus*. 15. *D. de hered. inſtit.* 3. obſtat *l. quod ſi alii*. 7. *D. de adim. vel transfer. legat.* ℞. ad 1. in caſu *d.* §. ſunt conjuncti: ſecus autem in caſu noſtro. ℞. ad 2. Non ibi verba ad rem legatam referuntur, ſed ad partis aſſignationem. At illo caſu importans ademtionem. Duaren. *in. l. ſi pluribus. D. de leg.* 1. ℞. ad 3. In caſu propoſito, uni ut alteri, & non uni purè, alteri ſub conditione legatur.

Q. 15. *An poſſit heres invitis legatariis in unâ re deducere Falcidiam?*

℞. MInimè. Ratio, quia ſingulæ res hereditariæ inter heredes & legatarios ipſo Jure communicantur. *l. ſi ex pluribus*. 16. *l.* 73. *D. l.* 2. *C. ad l. Falcid.* niſi fortaſſe teſtator rem certam Falcidiæ nomine retinendam deſignaverit. §. *ſi quis. num.* 9. *Inſt. de Fideicomm. hered.* Vid. Hotomann. 5. *obſ.* 4. Vaud. 2. *quæſt.* 17. Guid. Pap. *deciſ.* 607. Obſtat *l.* 24. *C. famil. erciſc.* ℞. *d. l.* noſtræ ſenten-

tiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tiæ patrocinatur. Deinde, ibi agitur de caſu, quo filio fundus ante obitum traditus eſt, in quo portio hereditatis erat.

Q. 16. *An ex pacto vel ſtipulatione ante mortem teſtatoris poſsit remitti Falcidia?*

℞. MInimè. *l. quod bonis.* 15. §. 1. *D. ad l. Falcid.* Ratio, quia privatorum pactione jus publicum everti non poteſt. Obſtat *l. qui quod.* 46. *l. poteſt.* 71. *D. l. ult. C. eod.* ℞. Ibi poſt obitum defuncti heres remiſit; Quod fieri poteſt, prout & de querelâ inofficioſi. *l.* 35. §. 1. *&* 2. *C. de inoffic. teſtam.* ſancitur. Vid. de hâc quæſt. Hotomann. *diſput. de quartâ Falcid. c.* 5. *n.* 36. Cujac. *in l.* 46. *D. de pact.*

Q. 17. *An detractio Falcidiæ poſsit à teſtatore prohibêri?*

℞. QUod ſic. *Novell.* 1. *c.* 2. §. *ſi verò expreſsim. Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* Niſi liberi ſint heredes inſtituti. His enim prohibitio patris non obeſt; quò minus lege Falcidiâ utantur. *Arg. l.* 32. *&* 36. *C. de inoffic. teſtam.* Obſtat *Atqui d. Novell generalis eſt.* ℞. Ficulneum hoc eſt. Fund. Quia liberi non tam *Falcidiam*, quam *legitimam* detrahunt. Ac Falcidiam non detrahent, ſi legitima ipſis ſalva ſit. Gail. 2. *obſ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

119. Clar. §. *teſtamentum. quæſt.* 63. Graſſ. §. *legitima. quæſt.* 38.

Q. 18. *An filius in Fideicommiſſo ſubiniret in locum & gradum patris?*

℟. DIſtinguo. Aut agitur de aſcendentium ſucceſſione. Aut de ſucceſſione tranſverſalium (excepto ſc. patruo, quia is immediatè quaſi patris loco eſt. *Arg. §. 5. Inſt. de nupt.*) Illo caſu, Affirmo. Fund. Quia id juſtæ conjecturæ ultimæ voluntatis & ordini naturæ eſt tribuendum. *l. 102. D. de condic. & demonſtr. l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicommiſſ.* Hoc caſu, Nego. Obſtat, *Quod & patrui magni, aliique tranſverſales in ordine ſuperiore ſint parentum loco.* ℟. Mediatè, concedo. Immediatè, nego. Quod de patruo dictum eſt, id accipiendum, ſi fratrum Germanorum filii cum patruis ſuccedant. *Arg. Novell.* 118. *c.* 3. non autem ſi filii fratris ex uno latere juncti reperiantur. Ratio, quia, ſilente teſtatore, jus, quod in ſucceſſione ab inteſtato ſervatur, eſt amplectendum.

Q. 19. An fideicommiſſum delatum filio, cenſeatur & delatum eſſe Nepoti? Sive, an ſubſtituto filio, nepos videatur ſubſtitutus?

℞. AFfirmo. *l.* 84. *D. de verbor. ſignif.* Idque ex conjecturâ pietatis. Fund. Quia favorabilia facillimè extenduntur: at fideicommiſſum illis relictum, quibus ratione naturali bona debentur, eſt favorabile. *Arg.* §. 1. *Inſtit. de fideicommiſſ. hered.* 1. obſtat, *Atqui fideicommiſſum eſt odioſum.* 2. obſtat §. *fin. Inſt. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* ℞. ad 1. Id verum eſt in dubio, cum voluntas probari vel conjici nequit, reſpectu ſc. illius, qui fideicommiſſo eſt gravatus; tunc enim agitur de onere reſtituendi. Vid. Cravett. *conſil.* 180. *in fin.* Mantic. *Conſil.* 328. *& ſeqq.* At falſum eſt, reſpectu illius, cui ex voluntate defuncti, de quâ ex certis conjecturis conſtat, defertur. Hoc enim caſu, cum onus aut gravamen non comprehendat, eſt favorabile, atque voluntas teſtatoris latiſſimè explicari debet. *l.* 12. *D. de Reg. Iur.* ℞. ad 2. Vid. ſuprà *Exercit.* 5. *quæſt.* 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 20. *An fideicommiſſum extendatur ultrà decimum gradum?*

℟. AFfirmo. Cum enim nuſquam id in jure ſit prohibitum, habêtur pro conceſſo. *arg. l.* 12. *§.* 1. *D. de judic.* Unde concludo, fideicommiſſum, quod ex prohibitione reali, de non alienando extrâ familiam, reſultat, non quarto gradu concludi, ſed eſſe perpetuum. 1. obſtat, *Quod decimo gradu extincta videatur generatio.* 2. obſtat *Novell.* 159. *c.* 1. *ubi alienationis interdictum ultrà filiorum vitam non extenditur.* ℟. ad 1. Id falſum eſt. *§.* 3. *Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* ℟. ad 2. Non ibi agitur de fideicommiſſo ſimpliciter relicto; ſed de prohibitione alienationis; in quâ (cum ſit ſingularis & odioſa) filiorum appellatione non continentur nepotes: Nec eam extendi oportet. Nec reſponſio obſtat *l.* 195. *junct. l.* 220. *§. fin. D. de verb. ſign.* Quia procedit in favorabilioribus. Vid. Griv. *deciſ.* 22. *num.* 33. *& ſeqq.* Leon. *conſil.* 73. *num.* 6.

Q. 21. *An bonis publicatis ob delictum gravati etiam res alienari prohibita publicanda ſit?*

℟. MInimè. Cum enim malè meritus dignus ſit, qui ipſe egeſtate laboret, iniquum eſt, ob heredis factum ſubſtituto injuriam fieri & gravari. *l.* 12. *§. fin. D. de fideicomm. libert.* Accedit vim fieri diſpo-

ſitioni

ſitioni teſtatoris, ſi iis, quibus ipſe bona ſua deſtinavit, fiſcus præferatur. At ut iis occurratur quæ è contrà in medium proferuntur, dicendum eſt, delinquentem, interim dum vivit, jus ſuum fiſco cedere poſſe. *l.* 48. *§. fin. D. de Iur. Fiſc.* Ex prædictis concludendum, nec heredem extraneum, qui propter ſcelus ſuum carceri eſt mancipatus, fideicommiſſum alienari prohibitum alienare poſſe. At ſecus eſt, ſi incarceratus ex deſcendentibus, aut cognatis proximis fuerit, quem vehementi amore teſtator proſecutus eſt. *Argum. l.* 38. *D. de fideicomm. libert.* amoris enim hoc caſu præ cæteris eſt habenda ratio.

Q. 22. *An prælegata cenſeantur repetita in ſubſtitutione univerſali? i. e. an heres, quem teſtator reſtitutione fideicommiſſariâ obſtrinxit, etiam prælegata ei relicta reſtituere teneatur?*

℟. DIſting. Aut rogatus eſt *portionem hereditariam* reſtituere: aut ſimpliciter portionem, vel quicquid ad eum pervenerit. Priore caſu prælegata retinet. Fund. *Quia non ex titulo Inſtitutionis, ſed ex alio capite debentur.* Poſteriori verò & illas præceptiones reſtituere debet. *Fund. Quia & prælegata reſtituenda ſunt, cum expreßè vel tacitè id defunctum voluiſſe fideicommiſſarius probare poßit. l. ſi Titius.* 96. *D. de legat.* 3. *l. Titia.* 86. *D. ad l. Falcid. l. cum virum. C. de Fideicomm.* Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *num.* 1.

Anton. Merenda 4. *controv. c.* 43. & *ſeqq.* Sand. 4. *deciſ. Friſic.* 5. *defin.* 12. Gail. 2. *obſ.* 135. Vid. Gloſſ. & *Bartol. in l. maritus. §. cum autem. D. ad leg. Iul. de adulter.*

Q. 23. An ſub hereditate ex ſideicommiſſo reſtituenda etiam Jus Patronatus, *i.e. Jus conferendi officii vel beneficii Eccleſiaſtici ſit reſtituendum?*

℟. MInimè. Hoc enim caſu Jus præſentandi manet penes heredem fiduciarium. Cum enim hoc jus cum rebus ſpiritualibus quandam habeat cognationem. *c.* 3. *X. de Iudic.* non videtur ejus eſſe naturæ, cujus ſunt reliqua hereditaria, quæ pecuniariam recipiunt æſtimationem. *Arg. l.* 33. *D. de relig. l.* 42. *§.* 1. *D. ad Trebell.* & *ibi Bartol. Graſſ. in §. fideicommiſſum. quæſt.* 52. Fachin. 10. *controv.* 94. Buſ. *in l.* 55. *D. ad Trebell.* At uxori à marito omnium bonorum uſufructu relicto, non puto *in fructu* præſentandi facultatem computandam eſſe. Vid. quæ pro fundamento noſtræ ſententiæ à D. A. Math. in oratione ſuâ contrà Jus Patronatus prolata ſunt.

Q. 24.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 24. *An tantum ea quæ Jure legati ſive prælegati, vel fideicommiſſi heres capit, an verò & ea, quæ conditionis implendæ cauſâ ei data ſunt, imputentur in* quartam Trebellianicam?

℟. AFfirmo. Fund. Quia quicquid percipitur ex Iudicio defuncti in Trebellianicam imputatur. *l.* 91. *D. ad leg. Falcid. l.* 22. *mulier. §.* 2. *D. ad Senatuſc. Trebell.* Duaren. 2. *diſput. anniv.* 10. Alciat. 6. *paradox.* 4. *in fin.* Fachin. 5. *controv.* 15. Diſſ. Cujac. 8. *obſ.* 4. Pancirol. 2. *lect.* 105. Pac. 6. *antin.* 52. *per l. in ratione* 30. *§. tametſi.* 7. *D. ad l. Falcid.* Ad quam, niſi quid in eâ mutaveris cum Cujacio, reſponderi non poteſt. *An etiam Fructus in quartam hanc imputentur?* Sic videtur *l.* 18. *§.* 1. *D. ad Senatuſc. Trebell. l. jubemus.* 6. *C. eod.* excipe tamen liberos primi gradus, qui fructus ante diem vel conditionem perceptos ferunt præcipuos. *d. l.* 6. *ubi Gloſſ. & DD. An verò & in quartam. l. Falcidiæ fructus imputentur.* Neg. *l.* 30. *D. ad l. Falcid. l. in quantitate* 73. *D. eod.* in hanc enim non imputantur niſi quæ heres capit Iure hereditario: non autem (ut in Trebellianicam) etiam ea quæ Iure legati vel fideicommiſſi. Rationem diverſitatis lege apud Duaren. 2. *diſput.* 10. Fachin. 5. *contr.* 15 Domin. Arum. *exerc.* 9. *theſ.* 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 25. *An filius fideicommiſſo gravatus duas quartas*, legitimam & Trebellianicam, *detrahere poſſit?*

℟. JUre Canonico *c. Raynutius. X. de teſtam.* & uſu fori geminæ quartæ detractio filio permiſſa eſt. Gail. 2. *obſ.* 121. *n.* 6. Neoſtad. *deciſ.* 3. Sand. 4. *deciſ. Friſ. tit.* 7. *def.* 3. idem & de Iure Civili defendi poſſe, puto. Fund. Quia *legitima* detrahitur, non quia heres eſt, ſed quia eſt ex liberis. Vid. *l.* 14. *l.* 67. *D. ad l. Falcid.* Et *Trebellianica*, quia heres eſt fideicommiſſo gravatus. Sicut & Falcidia detrahitur nomine & vice heredis: In quam veniunt omnia quæ heres Iure hereditario conſequitur. *l.* 91. *D. eod.* Coraſ. *in l. filium. n.* 45. *C. famil. erciſc.* Conf. 1. *diſp. jur. civil.* 3. Vacon. à Vacun. 4. *declar.* 59. Fachin. 5. *controv.* 1. 2. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. D. ad Senatuſc. Trebellian.* Diſſent. Cujac. 8. *obſ.* 3. Vaud. 2. *quæſt.* 32. Gail. 2. *obſ.* 121. *n.* 4. Padilla *in auth. res quæ. C. commun. de legat.* Wiſſenbach. *Exercit. in Pandect. part. poſt. diſput.* 9. *theſ.* 13. 1. obſtat, *Atqui dodrans fideicommiſſario eſt reſtituendus; at impoßibile eſt, ut detractis duabus quartis dodrans reſtitui poßit.* 2. obſtat *l.* 57. *D. de Regul. Iur.* 3. obſtat *l. Papinianus.* 8. *§. quarta.* 9. *D. de inoffic. teſtam. ibi qui quartam habet ex conſtitutione Divi Pii, non admittitur ad querelam inofficioſi.* 4. obſtat *l.* 21. *liberto. §.* 2. *filium. D. de ann. legat.* ℟. ad 1. Dodrans reſtituendus

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

eſt, ſc. eorum quæ reſtitutioni ſubjici poſſunt
Quod poſſibile eſt. At legitima nec legatis, au
alii ulli oneri ſubjici poteſt. *l.* 32. *C. de inoffi*
℞. ad 2. Non hic idem ex eâdem causâ petitu
de quo caſu *d. l.* loquitur. ℞. ad 3. Id verur
eſt. At inde non ſequitur, quem legitimam ſil
ſalvam petere non poſſe. ℞. ad 4. Licet enir
in d. l. filius, nomine & vice heredis, detraxer
unum duntaxat quadrantem, inde eum legit
mam (nomine filii) prætereà retinere non poſſ
malè infertur.

Q. 26. *An deductio* Trebellianicæ c *hodiè à teſtatore poſſit prohibêri?*

℞. HEredi fideicommiſſo gravato con
petere detractionem Trebellianica
certum eſt. *§.* 5. 7. *Inſt. Fideicom*
hered. Idemque Ius heredi heredis dari aſſer
per *l.* 184. *D. de Rer. Iur. l.* 65. 70. *D. de ve*
ſignif. arg. l. quanquam. 10. *C. de leg. Falci*
junct. d. §. 5. *Inſt. de fideic. hered.* At deductione
hanc teſtatorem prohibere poſſe, Affirmo. *A*
Novell. 1. *c.* 2. *§.* 2. ibi enim lex Falcidia pot
prohibêri. At Falcidiæ nomine in d. Novell. v
nit etiam Trebellianica. adde *§.* 3. *Inſt. qu*
mod. teſtam. infirm. l. 6. *C. ad Senatuſc. Trebe*
Donell. 7. *comm.* 30. Sande *deciſ. Friſic. lib.*
de fin. 5. Diſſent. Vaud. 2. *var. quæſt.* 17. F
chin. 5. *controv.* 4. Obſtat, *Quod Trebellian*
ex Iure publico deſcendat; ergò privatorum po-
ſtati non ſubjicitur. l. 7. *§.* 7. *D. de pact. l.* 3
D. eod. ℞. *d. ll.* procedunt in iis quæ ex Ju
pub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

publico ita procedunt, ut ſimul directò ſint Juris publici. At cum Trebellianicæ commodum ſpectet ad fideicommiſſarium, illa directò Juris eſt privati. Cæterum quæſtioni de prohibitione Trebellianicæ non eſt locus in liberis teſtatoris *l. 6. C. ad Senatuſc. Trebell.* Ratio, quia in his Trebellianica obtinet locum legitimæ. At hæc à teſtatore prohiberi non poteſt. *l. 30. C. de inoffic. teſtam. Novell.* 115. *c.* 3. Bald. *Salyc. Caſtrenſ. in auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* Gail. 2. *obſ.* 138. Nec diſtinguo inter liberos primi & ulterioris gradus. Fund. Quia nec hi poſſint legitimâ defraudari: utpote quæ ex legis providentiâ, non ex judicio teſtatoris debetur. Hoc ſolo diſcrimine ex *d. l.* 4. obſervato, quod fructus pertineant ad liberos primi gradus, nec illos hi in quartam imputare cogantur; ſecus verò in nepotibus, pronepotibus, aliiſve in gradu ulteriori deſcendentibus.

Q. 27. *An vera ſit Regula* (qui teſtamentum facere non poteſt, non poteſt facere codicillos)?

℟. AFfirmo. *l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. D. de Iur. codicill.* Obſtat *princ. Inſt. eod. in verbis (ubi ſi quis teſtamentum facere non poſſet, tamen codicillos poſſet.)* ℟. Id quod impoſſibile eſt de Juris ordine, diſcerni debet ab eo, quod tale eſt, ratione facti incidentis ob difficultatem præſentem. Ad poſterius pertinet *d. princ.* Ad prius d. leges allegatæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 28. *An codicilli ante teſtamentum facti per illud ſubſequens cenſeantur revocati?*

℞. MInimè. Nec etiam opus eſt ſpeciali confirmatione in teſtamento factâ. *§. 1. Inſt. de codicill.* Sed ipſo Iure confirmati cenſentur. Ac præſumitur teſtator perſeveraſſe in priori voluntate, ſi non expreſſè codicillos revocavit. Quod enim mutatum non eſt, cur ſtare prohibetur? *l. Sancimus. 27. C. de teſtam.* 1. obſtat *l. 5. D. de jur. codic.* 2. obſtat, *Quod ſimplex generalis diſpoſitio contraria tollat ſpecialem.* ℞. ad 1. *d. l. 5.* correcta eſt per *§. 1. Inſt. eod.* ℞. ad 2. Id falſum eſt. At diſpoſitio univerſalis, quæ extenditur ad omnes ſpecies ejuſdem generis rectè tollit diſpoſitionem ſpecialem.

Q. 29. *An legata relinqui poſſint codicillis?*

℞. AFfirmo. Ratio, quia legata & fideicommiſſa exæquata ſunt. *l. 2. C. commun. de legat.* Et quod licet in fideicommiſſis, licet & in legatis. *l. 1. D. de legat. 1.* Vid. Duaren. *ad d. l. 1. & 2. diſput. 9.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. D. de legat. 3.* Obſtat *§. 10. Inſt. de fideicomm. heredit. in verbis* (*cum alioquin legata, niſi ex teſtamento, non valeant.*) ℞. *d. §.* intelligendus de Iure veteri,

veteri, quo non niſi directis & civilibus verbis legata relinqui poterant. At legatum in codicillis relictum licet valeat, magis tamen per modum fideicommiſſi ſuſtinetur, quam proprio jure legati.

Q. 30. *An in codicillis fœmina poſſit eſſe teſtis?*

R. Affirmo. 1. Quia nuſquam prohibetur. 2. Quia nullam ſolennitatem ordinationis deſiderant. *§. ult. Inſt. de codicill.* at teſtium adhibitio ad ſolennitatem ordinationis ſpectat. 3. Quia ceſſat in codicillis ratio ob quam teſtis eſſe prohibetur in teſtamento. Vid. *exercit.* 10. *quæſt.* 10. *Gloſſ. in l.* 20. *§. mulier. D. qui teſtam. fac.* Weſenb. *ad §.* 4. *Inſt. de teſtam. ordin.* Schneidw. *ad §.* 1. *n.* 37. *Inſt. de codic.* Vigl. *ad §. ult. n.* 5. *eod.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de jur. codic.* Diſſent. Cujac. *in d. l. qui teſtamento.* 20. Dec. *in l.* 2. *de Reg. Iur. n.* 28. Vinn. *ad §.* 7. *Inſt. de teſtam. ordin. n.* 2. 1. obſtat *l. ult. §. fin. de jur. codic. ibi quinque teſtes in illis exiguntur.* 2. obſtat *l. hâc conſultiſſimâ. C. qui teſtam. fac. poſſ. ex quâ conſtat, eundem modum in codicillis obſervandum eſſe, qui in teſtamentis præſcribitur.* 3. obſtat, *Quod codicilli vicem teſtamenti habeant. l.* 2. *§.* 2. *D. de de Iur. codicill.* 4 obſtat *l.* 6. *§.* 3. *l.* 8. *§.* 2. *D. eod. ex quibus conflatur regula* (quod non poteſt fieri in teſtamento, id nec fieri poteſt in codicillo.) R. ad 1. Exiguntur non (*ut teſtamentarii*) ad formam ſubſtantia-

lem; ſed duntaxat ad tutiorem ipſorum codicillorum probationem. Hinc teſtamentarii teſtes debent eſſe rogati: at codicillares, rogati, vel fortuitò advenerint, nihil refert. *d. l. pen.* Deinde, & fæminam probare poſſe, quis negabit? *l. ex eo. l. 3. §. lege Iuliâ. D. de teſtib.* ℟. ad 2. Idem modus eſt ſervandus, ſc. quoad tabularii ſubſcriptionem, aliaque, quæ in teſtamento cæci ultrà vulgarem teſtandi formam intervenire debent: at non quoad qualitatem teſtium. ℟. ad 3. Id verum eſt, ſc. non quoad ſolennitates, ſed quâ quis inteſtatus decedens illos reliquit. Codicilli enim ſequuntur teſtamentum (ut pars & appendix ejus) unde ex eo vires habêre cenſentur. ℟. ad 4. Id procedit, quoad materiam & qualitatem teſtatoris. *At Moribus hodiernis teſtamenta & codicilli eandem ſolennitatem ordinationis requirunt. Nullaque inter illas ſpecies eſt differentia. Unde & codicillis hereditas directò dari & adimi, adeòque & exheredatio ſcribi poteſt.*

EXER-

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

DECIMA-QUARTA,

Ad Tit. 1. uſque ad Tit. 14. Lib. 3. Inſtitut. ſive ad Novell. 118.

Q. 1. *An ſola hereditas ab inteſtato propriè ſit dicenda legitima?*

℟. AFfirmo. *l.* 3. *§. de illo.* 2. *D. pro ſoc.* Hæc enim ex legis, non hominis diſpoſitione proximioribus, conſanguineis certo ordine defertur. Obſtat *l.* 130. *D. de verb. ſignif. ubi & hereditas teſtamento delata vocatur legitima.* ℟. Vocula *legitima* bifariam accipitur; vel ſtrictè & propriè, pro juſta, i. e. *debita*, ut in *l.* 2. *D. de in jus vocand.* Vel latè, pro eâ quæ ab homine facta eſt, quamque lex 12. tabul. confirmavit. Hoc modo hereditas teſtamentaria dici poteſt legitima. Illo autem nequaquam. Vid. Donell. 9. *comment.* 1. Gædd. *ad d. l.* 130. Hipp. Riminald. *in l. unic. n.* 29. *C. quand. non petent. part.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. *An* Jus repræſentationis *in lineâ rectâ deſcendentium in infinitum ſe extendat?*

℟. NOn eſt dubitandum, quin ſic. 1. Per §. 6. verbis (*æquum eſſe videtur, nepotes nepteſque in patris ſui locum ſuccedere*) *junct.* §. *fin.* in verbis (*pronepotes & proneptes, & alias deinceps perſonas*) *Inſt. de hered. quæ ab inteſt. & l. liberorum.* 220. D. *de verb. ſignif. & l.* 7. D. *de bon. damn.* 2. Per *Novell.* 118. c. 1. in verbis (*aut alios deſcendentes*) *quæ diſpoſitio cum generalis ſit, generaliter eſt intelligenda. arg. l. de pretio.* D. *de publ. in rem. act.* 3. Quia pronepos in liberos ſuos tranſmittit hereditatem à proavo ſibi relictam, ſi ante apertas tabulas moriatur. *l. unic.* C. *de his qui ante apert. tab.* at facilius repræſentatio, quam tranſmiſſio inducitur. *l.* 3. C. *de ſuis & legit.* Salycet. *in auth. poſt fratres in fin.* C. *de ſuis & legit.* Hartm. Piſt. *part.* 3. *q.* 23. *n.* 9. Diſſent. Bartol. *in l.* 1. D. *de liber. & poſthum.* Mynſing. *in d.* §. 6. 1. obſtat *d.* §. 6. 2. obſtat *l.* 23. §. 1. *D. de bon. libert.* 3. obſtat *d. Novell. cap.* 3. ℟. ad 1. Imperator ibi nepotum & pronepotum, non regulæ, ſed exempli gratiâ meminit tantum. Exempla verò non conſtringunt regulam. *l.* 9. §. *fin.* D. *de Iur. & fact. ignor.* ℟. ad 2. Ibi non agitur de caſu propoſito, ſed de Iure Patronatus, in quo plura ſpecialiter conſtituta ſunt. Vid. *l.* 43. D. *eod.* ℟. ad 3. Ibi agitur de linea tranſverſali. Hocque Ius repræſentationis etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

etiam in feudali ſucceſſione locum habet. Coler. *part.* 1. *deciſ.* 45. *n.* 1.

Q. 3. *An quoad ſucceſſiones hodiè prorſus ſit ſublata differentia inter ſuos & emancipatos?*

℞. AFfirmo. *d. Novell. c.* 1. *&* 4. Coraſ. *in l. Gallus. §. & quid. D. de lib. & poſthum.* Forſter. 8. *de ſucceſſ.* 9. *n.* 6. Diſſent. Alciat. 3. *paradox.* 10. Cujac. *ad d. Novell.* 118. Obſtat, *in d. Novell. diſcrimen duntaxat inter agnatos & cognatos, non autem inter ſuos & emancipatos eſt ſublatum.* ℞. 1. Id falſum eſt, ut ex *d. c.* 4. apparet. 2. Cum emancipatus manſerit cognatus, licet agnatus eſſe deſierit. *l.* 11. *D. de ſuis & legit. junct. §.* 6. *Inſt. de cap. dimin.* atque inter eos antiqua obſervatio ſit extirpata, ſequitur, allegatam objectionem aſſertionem prædictam confirmare.

Q. 4. *An nepos poſt mortem Avi conceptus admittatur in ejus ſucceſſionem?*

℞. AFfirmo. Per *d. Novell.* 118. *c.* 1. Cum enim & is ex Avo derivetur, jura ſanguinis ſuadent, & ipſum ex perſonâ patris per jus repræſentationis eſſe admittendum. *l.* 8. *D. de Reg. Iur.* Quid enim inhumanius, quam, cum hereditates parentum

ad liberos tranſmittantur, talem non admittere? Alciat. *in l.* 195. *D. de verb. ſignif.* Coſter. *lib.* 4. *de ſucceſſ. ab inteſt. c.* 13. Diſſent. DD. *communiter. in l. ſi quis.* 34. *C. de inoffic. teſtam.* Obſtat *l.* 6. 8. *D. de ſuis & legit.* §. 8. *Inſt. de hered. qu. ab int.* ℞. Hæc & ſimilia loca, contra naturalem æquitatem, per ſubtilem rationem diſputandi olim recepta, per *d. Novell.* quâ omne diſcrimen tollitur, eſſe expuncta.

Q. 5. *An filius adoptivus hodiè ſuccedat patri adoptivo & naturali?*

℞. AFfirmo. Per *d. Novell.* 118. *c.* 1. Obſtat *l. pen. in Princ. C. de adopt.* in verbis (*ſi pater naturalis avo materno, &c. Filium dederit in adoptionem, hoc caſu, ad eum ſolum reſpiciat filius, cui eum & natura aggregavit, & lex per adoptionem aßignavit: atque ad eam tantummodò ſpem totius filius adoptivus extendat, & non patris naturalis ſucceßionem moleſtare concedatur: ſed avita & proavita tantummodò reverentiâ protegatur.*) ℞. *d. l.* per alleg. *Novell.* eſt correcta.

Q. 6.

Q. 6. An Legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in Feudis? ſive an in illis locus ſit Juri primogenituræ?

℟. AFfirmo. 1. *arg. §. ult. Inſt. de nupt. §. 2. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. junct. C. tanta. 2. X. qui filii ſint legit.* Ibi tales legitimi habentur & legitimè natis annumerantur: & cum hiſce pariter ſuccedunt. *Novell. 76. c. 2.* 2. Quia matrimonium ſubſequens purgat omne vitium antecedens. Borch. *de Feud. c. 7. n. 48.* Vid. Vaſq. *de ſucceſſ. §. 2. n. 89.* Graſſ. *in §. ſucceſsio. q. 19. n. 8.* Diſſ. Vult. 1. *de Feud. 9. n. 49.* Tiraq. *de Iur. primogen. q. 34.* 1. obſtat *§. naturales. lib. 2. Feud. tit. 26. Ibi legitimati non ſuccedunt in feudis; ergò nec legitimati per ſubſequens matrimonium.* 2. obſtat, *Quod legitimatio fieri non poſsit in alterius præjudicium. Novell. 74. c. 2.* 3. obſtat, *Quod fictio nunquam fieri poſsit in præjudicium juris alteri quæſiti.* ℟. ad 1. Antecedens intelligitur de legitimatis per reſcriptum Principis; quo caſu, hi non ſuccedunt, niſi Princeps illud expreſſerit. Sicut & non aliter in allodialibus ſuccedunt, quam ſi deficiant liberi legitimi. *Auth. item ſine. C. de nat. lib.* 2. Vel quod ibi agatur de legitimatis per ſubſequens matrimonium, cum jam antea feudum delatum foret. ℟. ad 2. Nil hic fit in præjudicium alterius, ſed legis remedio, vitio quod vi legis natalibus adhæret

medetur; & ſic quod alicui ex ordine naturæ debetur, accommodatur. ℞. ad 3. Nil hîc fictio retro fingit contrà æquitatem. Quid enim æquitati & naturali rationi magis convenit, quam legis exceſſu ſublato, alîus legis medelæ, per quam naturale jus juvatur, obtemperare, filiumque legitimatum poſt purgatum vitium antecedens in omnibus pro legitimo habere, eumque eo jure, quod legitimè natis competit, non fraudare?

Q. 7. An filius aut nepos ex primogenito defuncto, in Feudis ſimilibuſque cauſis, in quibus ratio primogenituræ habetur, patruo ſecundo loco genito ſit præferendus?

℞. Diſting. Aut agitur de liberis ejus de cujus ſucceſſione quæritur; aut non de liberis, ſed aliis cognatis res eſt. Hoc caſu, nego. Ratio, quia Patruus eſt gradu proximior: at inter collaterales proximior gradu aliis præfertur. *d. Novell.* 118. *c.* 3. Illo affirmo. Unde in dignitate electoratus filius primogeniti præfertur. Vid. *Aur. bull. Carol. IV.* 1. Quia hæc ſucceſſio non ex gradus vel ætatis prærogativa, ſed ex ipſâ qualitate primogenituræ defertur: at rerum natura non patitur, ut duo ſint primogeniti, aut ſimul naſcantur. 2. Quia dignitas, aut immunitas ordini alicui conceſſa, ei, qui ordinem illum occupat, tribuitur. *l. 5. §. quibuſdam.* 12. *D. de jur.*

jur. immun. l. 1. *in princ. l.* 3. §. 1. *l.* 4. §. *quanquam.* 3. *D. de cenſib.* id vel maximè obtinet in regali dignitate. *Lib.* 1. *Feud. tit.* 14. §. *ſi capitanei.* 1. & *tit.* 19. §. *ſi quis miles.* 3. Quia filius patrem repræſentat, & pro unâ eâdemque perſonâ habetur. *l fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* At hæc qualitas ſemel filio aut nepoti per parentem quæſita ipſi auferri non poteſt. 1. obſtat *ſi quis. D. de injuſt. rupt.* 2. obſtat, *Quod Patruus ante ipſum natus ſit.* 3. obſtat, *Quod jus primogenituræ ſit privilegium perſonale.* ℟. ad 1. Quod ibi & alias indiſtinctè dicitur, id ex aliis locis eſt explicandum. ℟. ad 2. Jus primogenituræ non ex perſonâ filii aut Nepotis æſtimatur, ſed ex perſonâ patris aut Avi, à quo illud jus in deſcendentem tranſmittitur. ℟. ad 3. Rectè; ergò in caſu noſtro ad patruum non tranſit jus primogenituræ. Ratio, quia pars patris in filio quaſi remanet, vivit, vigetque, ita ut mortuus dici nequeat.

Q. 8. *An nepotes ſoli concurrentes ad ſucceſſionem Avi, in ſtirpes, ſive jure repræſentationis, an verò in capita ſint admittendi?*

℟. IN ſtirpes. §. 6. *Inſt. de hered. qu. ab inteſt.* Quod cum mutatum non ſit, ſtare oportet. *l.* 27. *C. de teſtam.* Accedit, quod defunctus, ad cujus intentionem lex ſe accommodat, rationem liberorum primi gradus habuiſſe præſumitur. Obſtat, *Atque in d.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Novell. 118. *nulla hujus rei mentio facta eſt.* ℟. Cum jus vetus per novam legem correctum non reperitur, pro eo eſt reſpondendum. *d. l.* 27.

Q. 9. *An mater, quæ juramento renunciavit hereditati paternæ, noceat liberis, ſi illa ante Avum obierit?*

℟. MInimè. Sive heredes ſint matris, ſive non. Non priori caſu. 1. Quia juramentum eſt perſonale. *c. debitores. X. de Iurejur.* 2. Quia renunciatio, cum perſonalis ſit & odioſa, nec aliter facta, quam ſub conditione (*ſi delata fuerit hereditas*) extendi non debet. Non poſteriori. 1. Quia proprio Jure ad ſucceſſionem admittuntur. *Novell.* 118. *c.* 1. 2. Quia illis nocêre non debet factum matris, à quâ commodum non habent. Obſtat, *Atqui heres ex facto defuncti tenetur.* ℟. Id procedit in iis quæ ad rem, non ad perſonam ſpectant. At notandum, dotem quam mater accepit hoc caſu; à liberis conferendam eſſe. Licet enim in debitis maternis matrem non repræſentent, cum tamen in cauſâ ſucceſſionis legitimæ locum & vicem matris ſubintrent, etiam ab illis præſtanda ſunt ea quæ à matre percepta ſunt. Fund. ne hereditatem lucrentur & ſimul dotem matris. *An ergò & matre ſuperſtite liberi ſint admittendi?* Ab inteſtato, nego. *Novell.* 118. *c.* 1. Ratio, quia mater eos excludit. Ex teſtamento, affirmo. Ratio, quia tunc ex voluntate avi

avi bona conſequuntur. *At quid dicendum, de filia, quæ donationis cauſâ juratò renunciavit, cuique poſteà liberi ſupervenêrunt, an & hæc effectu carêbit?* Affirmo. Idque ex conjecturatâ mente ejus quæ juravit: Hæc enim non præſumitur tunc de liberis cogitaſſe, & in detrimentum eorum paternis bonis voluiſſe renunciare. Unde huic renuntiationi tacitè ineſt conditio (*ſi liberi non fuerint nati.*) *arg. l.* 102. *D. de condic. & demonſtr. l.* 30. *C. de Fideicommiſſ.*

Q. 10. *An ſoror, quæ renunciavit paternæ ſuæ hereditati in commodum fratrum ſuorum, illis defunctis, ad hereditatem patris ab inteſtato, vel etiam contrà teſtamentum poſſit admitti, ſi alii inſtituti ſint heredes?*

℟. UTrumque Affirmo. Vid. *l.* 30. *D. de lib. & poſthum. Novell.* 115. *c.* 3. Quia iſta renuntiatio licet patri facta ſit, haud aliter tamen intelligenda, quam ſub conditione, vel tali modo (*ad commodum fratrum.*) At, deficiente conditione, vel modo, corruit id quod factum eſt. *l.* 1. 2. *C. de his qu. ſub. mod.* 1. obſtat, *Atqui renunciatio patri (cum quo actum eſt) non fatribus facta cenſetur.* 2. obſtat, *Filia ſemel excluſa perpetuò excluſa manere debet. per l.* 9. *D. de negot. geſt.* ℟. ad 1. Rectè; ſed ſub conditione, uti dictum eſt. ℟. ad 2. Id procedit in caſu,

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

quo filia ſimpliciter, non autem limitatè ſemel excluſa eſt.

Q. 11. *An in linea aſcendenti jus repræſentationis locum habeat?*

℞. MInimè. Unde gradus diverſi parentes neutiquam ad ſucceſſionem liberorum admittuntur, ſed proximiores remotiores excludunt. *Novell.* 118. *c.* 2. Eſt enim contrà naturam, ut avus repræſentet filium ſuum, tanquam ab eo genitus. Weſenb. *in paratit. D. de grad. & affin. n.* 15. Harppr. *in princ. Inſt. de hered. qu. ab inteſt. n.* 368. Accedit, quod ex alia ratione liberi ſuccedant parentibus, quam hi illis. Liberi enim ex charitate naturali, & communi parentum voto, illis ſuccedunt. *l. ſcripto.* 7. *in fin. D. unde lib. l. cum ratio.* 7. *D. de bon. damn.* At parentes, turbato ordine mortalitatis, propter commiſerationem & ſolatium, ad ſucceſſionem liberorum admittuntur. *l.* 15. *D. de inoffic. teſtam. d. l.* 7. *D. de bon. damn.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. An concurrentibus paternis & maternis parentibus, duæ conſtituendæ ſint medietates bonorum, quarum una paternis, altera maternis deferatur?

℟. AFfirmo. *d. Novell. cap. 2. circà princ. verſic. ſi autem eundem habeant gradum.* Bald. *in l. quod ſcitis. C. de bonis quæ lib. & ibi Salycet. Fulgoſ.* Mynſ. *6. obſ.* 55. Diſſent. Bartol *in d. l. quod ſcitis.* Tholoſan. *in Syntagm. Iuris part. 3. lib. 1. c. 9.* 1. obſtat *l. 13. C. de legit. hered. ubi paterna paternis, materna maternis aſcendentibus tribuuntur.* 2. obſtat *l. 3. verſic. ſin autem.* in verbis (*non ad Avum, ſed ad patrem ejus perveniat*) *C. de bon. quæ liber.* ℟. ad 1. Ibi agitur de ſucceſſione collateralium. ℟. ad 2. Non ibi tractatur de concurſu parentum ex diverſis lineis, ſed de iis qui ejuſdem lineæ ſunt, ſed diſpari gradu.

Q. 13. An computatio graduum in ſucceſſione cognatorum extendatur in infinitum?

℟. AFfirmo. Per *l. 2. §. adgnati. D. de ſuis & legit.* in verbis (*deincepſque cæteri, ſi qui ſunt, hinc orti in infinitum*) *& §. cæterum. 3. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. in princ. ubi agnationis jure hereditas, licet agnati longiſsimo gradu ſint, ultrò citro-*

que

que capitur. Accedit, propinquos remotioris gradus fiſco alioquin ſucceſſuro præferendos eſſe. 1. obſtat, *in d. locis agitur de agnatis.* 2. obſtat §. *ult. Inſt. de ſucceſſ. cognat. ubi agnati admittuntur, etſi decimo gradu ſunt. ergò decimo gradu finitur agnatio.* 3. obſtat, *Quod cognati uſque ad ſextum gradum olim tantum ſuccederent. d.* §. *ult. Quia ultrà eum gradum natura cognatos vivere vix ſinit.* ℟. ad 1. & 3. Propter exæquationem factum inter agnatos & cognatos. *Novell.* 118. *c.* 4. Cum agnatis & cognati admittuntur in infinitum. ℟. ad 2. Ibi agnatio decimo gradu non concluditur, ſed exempli cauſa tantum narratur, quod & admittantur agnati licet decimo gradu ſint.

Q. 14. *An duorum fratrum vel ſororum liberi primi gradus, cum ſoli exiſtunt, ſuccedant patruo in capita an verò in ſtirpes?*

℟. IN capita. 1. Cum enim olim ita ſuccesſerint. *l. pen. C. de legit. hered.* a nuſquam in ſpecie contrarium decidatur, prius jus illibatum manêre debet. *l.* 27. *C. de teſtam.* 2. Quia ex patrui ſtirpe ac progeni non ſunt. 3. *per l.* 2. §. *hereditas. D. de ſuis & legit.* ubi hereditas inter eos, qui pari grad ſunt, pariter æqualiterque dividenda eſſe docetur. 1. obſtat *d. Novell. cap.* 3. *in fin. ubi ſucceſſio in capita poſt fratres demum, & fratrum liberos admittitur.* 2. obſtat, *Atqui fratrûm fil*

avo ſuccedunt in ſtirpes: *ergò & Patruo*. 3. obſtat §. 6. *Inſt. de heredit. quæ ab inteſt.* ℟. ad 1. Id verum eſt, ſi non ſoli, ſed unà cum patruis concurrunt. Vid. *princ. d. c.* 3. ℟. ad 2. Negatur conſeq. Ratio diverſitatis, quod filii fratrum avi hereditatem conſequantur alieno nomine, quaſi à Patre ſuo tranſmiſſam: Quia is ſuperſtite avo quodammodò dominus fuit bonorum ſui patris. *l.* 11. *D. de lib. & poſthum.* unde non tam hereditatem dividere, quam liberam ejus adminiſtrationem conſequi videntur. At in bonis fratris defuncti pater eorum nihil juris habuit. ℟. ad 3. *d.* §. ad liberos, inter quos arctius vinculum eſt, pertinet. Vid. Donell. 9. *comm.* 4. Hotom. *illuſtr. quæſt.* 14. Vaud. 1. *variar. quæſt.* 24. Fachin. 6. *controv.* 3. Diſſent. Guid. Pap. *deciſ.* 134. Oldendorp. *in comment. leg.* 12. *tab. tit.* 6.

Q. 15. *An fratres germani defuncti excludant aſcendentes ſuprà patrem vel matrem?*

℟. AFfirmo. *d. Novell.* 118. *c.* 2. in verbis (*ſi verò cum aſcendentibus inveniantur fratres aut ſorores ex utriſque parentibus conjuncti defuncto, cum proximis gradu aſcendentibus vocabuntur*) junct. (*ſi & pater aut mater fuerint, &c.*) & *c.* 3. in verbis (*quos etiam cum patribus ad hereditatem vocamus.*) Ratio, ne per Avum bona vel pars eorum Germanis ablata dein per ejus obitum in alium

trans-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

transferantur. Diſſ. DD. communiter. Obſta Novell. 127. c. 1. ℞. Inde maneſeſtè colligitur, aſcendentes ulterioris gradus cum Germanis admittendos non eſſe. Ex verbis (*& fratre. qui poſſunt cum parentibus vocari.*) *junct. d. c.* 2. *&* 3. *Novell.* 118.

Q. 16. *An filii fratrum uterinorum vel conſanguineorum admittendi ſint cum Patruis, Avunculis etiam ex uno latere defuncto conjunctis?*

℞. MInimè. Quia ſolis fratrum Germanorum filiis ſingulare illud beneficium repræſentationis eſt conceſſum. *Novell.* 118. c. 3. Accedit, Germano: duplicitate vinculi arctius eſſe conjunctos. 1. obſtat *Novell.* 127. *quæ ſimpliciter meminit liberorum, ſive filiorum.* 2. obſtat, *Quod omnium eadem ſit ratio.* ℞. ad 1. Negatur. Agitur enim de illi: fratrum filiis qui cum aſcendentibus ſuccedunt At tales ſunt, qui ex Germanis procreati ſunt *d. Novell. c.* 2. *&* 3. ℞. ad 2. Id falſum eſt.

Q. 17. *An concurrentibus uterinis & conſanguineis, materna uterinis, paterna conſanguineis ſint tribuenda?*

℞. AFfirmo. *l.* 13. *§. cum autem. verſic exceptis. D. de legit. hered. Novell.* 84 *c.* 1. Obſtat, *Non diſtinguitur in d*

No.

Novell. 118. *ergò ex æquo dividenda eſt heredi-tas.* ℞. Neg. conſeq. Sed cum jus vetus in ſpecie per *d. Novell.* non eſt correctum, ſtare debet. *l.* 27. *C. de teſtam.*

Q. 18. *An poſt fratres eorumque filios ratio ſit habenda duplicitatis vinculi, vel obventionis bonorum?*

℞. NEquaquam. *d. Novell.* 118. *c.* 3. ubi lex vult in hâc re nil præter gradum eſſe attendendum. Covarruv. *de legit. hered. n.* 9. Schneidw. *ad tit. Inſt. de hered. quæ ab inteſtat. c. de tertio ordine ſucc. n.* 31. *& ſeqq.* 1. obſtat, *Duplex vinculum fortius ligat.* 2. obſtat §. 1. *Inſt. per quas perſon. cuique acquir. in verbis* (*quæ enim invidia eſt, ut bona redeant eò unde pervenerunt*) *ergò attendendum eſt, ex quâ parte bona obvenêrunt.*) ℞. ad 1. Lex omnia rejicit, cum velit ſolum gradum ſpectandum eſſe. ℞. ad 2. Ubi de ſucceſſione tractatur, obventioni bonorum non eſt locus, niſi lege inducatur.

Q. 19. *An Jure Civili pacto deferri poſſit hereditas?*

℞. PActum de acquirenda hereditate viventis, ſive de futura ſucceſſione affirmativum, initum cum eo de cujus hereditate acquirendâ agitur, jure reprobatur. Vid. Bald. Jaſon *in l. fin. C. de pact.* Alexand.

In l.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

in l. 61. *D. de verb. oblig.* Canoniſt. *in cap.* 2. *de pact. in* 6. Schneidw. *ad* §. 11. *Inſt. de action. n.* 6. 1. Quia improba & contra bonos mores de hereditate viventis cogitatio eſt. *l.* 2. §. 2. *D. de vulgar. l.* 61. *D. de verbor. oblig.* 2. Quia in eo latet ſuſpicio peccati, inſidiæ nimirum vitæ, & avaritiæ machinatio. Hinc, ut removeatur votum captandæ mortis alienæ, talis conventio legibus damnatur. *l. ult. C. de pact.* 3. Quia Juris publici, quo ſolo ſucceſſio defertur, ordo turbatur. *l. fin. D. de ſuis & legit.* 4. Quia libertas teſtandi eo aufertur. *l.* 15. *C. de pact.* Huc pertinet *l.* 20. *D. de verb. ſignif.* Quapropter ſi tale pactum intervenerit, illud nullius eſt momenti, eoque non obſtante liberrima de rebus diſponendi poteſtas permiſſa eſt. Nec diſtinguendum puto in caſu propoſito inter ſucceſſionem ab inteſtato & quæ ex teſtamento defertur per *ll. alleg.* 1. obſtat *l.* 1. *C. de pact. l.* 11. *C. de tranſact.* 2. obſtat §. 3. *Inſt. de adopt.* ℞. ad 1. Non ibi cum eo, de cujus hereditate acquirenda agitur, pactum eſt, ut ea acquireretur; ſed pactio tantum vel tranſactio de incerto fideicommiſſi, & remiſſione conditionis, ſub qua fideicommiſſum relictum erat, fuit interpoſita cum eo, qui fideicommiſſum debebat eo tempore, quo defunctus jam erat is de cujus bonis quæritur. ℞. ad 2. Nec ibi de acquirenda aut conſervandâ hereditate tractatur. *Vid. text* Adeòque procedit quod dictum eſt, ut ne quidem juramento tale pactum confirmetur. Juramentum enim, quod vinculum eſt iniquitatis, vel lædit jus publicum, aut tendit in

præ

præjudicium tertii, repudiatur. *l. 7. §. 16. D. de pact. l. 5. C. de legib. Vid ſuprà exerc. 2. q. 15.* Idem puto, licet pactum fuerit reciprocum, i. e. duo inter ſe, ut alter alteri ſuccederet, pacti ſint: niſi ſint milites. *l. licet. 19. C. de pact.* inter quos pactum reciprocum valet, non ut ex pacto deferatur hereditas, ſed ex ultimâ voluntate. Quod ſi miles cum pagano reciprocè pactus ſit? hereditas à milite rectè tribuitur, non autem à pagano. Fund. Quia regulariter nunquam pactis privatorum eſt tribuendum, quod ex ſolâ lege publicâ defertur. *An verò pactum de ſucceſſione tertii inter alios ſubſiſtat?* non eſt dubitandum, modò tertius ille conſenſerit, atque in eâdem voluntate perſeveraverit. *d. l. fin. C. de pact.* Cum enim ipſe mutare poſſit id in quod conſenſit, tollitur odioſa ac acerbiſſima ſpes & votum captandi mortem alterius. Obſtat, *Ergò ex pacto promitti poteſt hereditas. d. l. fin.* ℟. Neg. non enim *in d. l.* agitur de hereditate acquirendâ, ſed de quibuſdam pactionibus circâ eam, ſi deferatur. Accedit, iſtud pactum, dum vivit is de cujus bonis quæritur, non valere, ſed demum poſt mortem ejus habêre efficaciam. *Quid ergò ſi duo paciſcantur indefinitè de ſucceſſione tertii?* Valet. *l. 3. §. de illo. 2. D. pro ſoc.* Ceſſat enim hoc caſu omnis ratio prohibitionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 20. *An pactum de futurâ ſucceſſione negativum, ſive de non ſuccedendo, valeat?*

℟. NEquaquam. Fund. Ne hereditas aliter quam Jure publico alicui auferatur. *l. fin. D. de ſuis & legit.* Excipe 1. Si renuncians non minus acceperit, quam alias ex hereditate habuiſſet. *l. 3. C. de collat. arg. l. 1. §. 3. D. ſi quis à par. manum.* 2. Si illud pactum juramento fuerit confirmatum. *c. 2. de pact. in 6.* Unde ſi filia acceptâ dote juratò renunciaverit hereditati paternæ, dote cogitur eſſe contenta. *d. c. 2.* Fund. Quia illud juramentum non eſt contra bonos mores; nec inducit votum captandi mortem alterius; nec aufert libertatem teſtandi; nec vergit in diſpendium æternæ ſalutis; nec tertium lædit. Unde ſervandum eſt. Uti & hodiè ex pactis dotalibus pactum reciprocum de ſuccedendo inter conjuges valet. Obſta *l. pen. C. de pact. quilibet juri ſuo poteſt renunciare.* ℟. Id verum eſt de eo jure, quod ex privato Jure contractus, vel ſimili, non publico dependet. *An verò d. c. 2. etiam in filio qui juravit, ut certâ portione eſſet contentus nec teſtamentum parentis inquietaret, procedat* Non eſt dubitandum, cum & hoc caſu eadem juramenti ſc. ſubſit ratio. 1. obſtat *d. c. 2 ubi tantum de filia agitur.* 2. obſtat *l. 45. D de legat. 2. ubi filiæ appellatione filius non venit.* R. ad 1. Narrativè ſc. & exempli cauſâ non

non diſpoſitivè. ℟. ad 2. Non per appellationem filiæ, ſed eandem rationem idem Juris in filio ſtatuitur.

Q. 21. *An bonorum poſſeſſiones hodiè penitus ſint ſublatæ?*

℟. NEgo. Cum enim non ſint mutatæ & correctæ, cur ſtare prohiberentur. *l. Sancimus.* 27. *C. de teſtam.* At earum nullum, aut perexiguum uſum eſſe, affirmo. Donell. 7. *comment.* 14. *in fin.* Oldend. *Claſſ.* 5. *act.* 6. Schneidw. *ad* §. 4. *verſic. igitur. n.* 8. 9. *Inſt. de bon. poſſeſſ. & DD. communiter.* Fund. Cum enim Jura de ſucceſſionibus tam ex teſtamento quam ab inteſtato pleniſſimè in conſtitutionibus Principum explicentur, ſtolidus eſt, ſi quis ad Jus Prætorium confugere mallet. Ratio, quia hereditas quæ ex conſtitutionibus defertur uſque ad 30. annos adiri poteſt. *l. licet,* 8. *C. de Iur. deliber. l. hereditatis.* 7. *C. de petit. hered.* at bonorum poſſeſſio liberis delata intrà annum coram prætore eſt agnoſcenda, ab agnatis verò & cognatis intrà 100. dies. §. 4. *in fin. Inſt. de bonor. poſſeſſ. l. emancipata.* 4. *C. qui admitt. ad bon. poſſeſſ.* 1. obſtat, *Extraordinarium auxilium non eſt tribuendum ei, qui Iure communi eſt munitus. l.* 16. *D. de minor. at agnati & cognati hodiè ſuccedunt jure communi.* Novell. 118. *uti & vir & uxor. per authent. præterea. C. unde vir & uxor.* 2. obſtat, *Quod omne diſcrimen quoad ſucceſſionem*

ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ab inteſtato (ſecus autem ſi de ſucceſsione contrà teſtamentum agatur) inter ſuos & emancipatos hodie ſit ſublatum; at propter eos bonorum poſſeſſiones principaliter ſunt introductæ. R/. ad 1. Bonorum poſſeſſio non eſt tale auxilium extraordinarium, ſeu privilegium, quale eſt reſtitutio Sed ſingularis privilegii intuitu dici poteſt Ju ordinarium. R/. ad 2. Licet enim pinguius ju poſt Prætores Principes conſtituerint, non ind tamen ſequitur, Jus Prætorium quoad ſucceſſio nes introductum (cum non reperiatur corre ctum) eſſe extinctum. Quapropter concluden dum videtur, cum Principes liberalius per ſu jura id effecerint, quod Prætor per bonorun poſſeſſionem introduxerat, ideò hodie cuivis competere electionem, utrum de Jure civil adire hereditatem, an formaliter de Jure Præ torio agnoſcere velit bonorum poſſeſſionem Quidquid ſit, Moribus, qui aliis ſuccedunt i univerſum, heredes appellari ſolent. Baro & Vinn. *in fin. Inſt. de bonor. poſſeſſ.* At obiter hî notandum, Hollandis, quoad ſucceſſiones ab inteſtato, Jus Civile Romanorum in uſu non eſſe ſed municipale, ſive Politicam ordinationen *edit.* 1. *April.* 1580. At ab eâ Hollandi ſeptentrionales reſcivêrunt, utpote quibus à Provincia Patribus ſpeciale Jus conceſſum eſt 18. *Decemb* 1599. Vid. Grot., *lib.* 2. *manud. part.* 28. d aliorum moribus lege Gudelin. *de jur. noviſſ lib.* 2. *c.* 15. *in fin.*

EXER

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM DECIMA-QUINTA, Ad Tit. 14. Lib. 3. Inſtitut.

Q. 1. Cum contractus ab obligatione, (ut cauſa ab effectu) diſtinguatur, quid propriè contractus ſit, quæritur?

R. Nihil aliud, quam conventio ex juſtâ cauſâ obligationem producens. Quo ſenſu *pacto in ſpecie* opponitur. Hoc enim licet & plenum conſenſum ac juſtam conventionem, ut contractus, requirat, defectu tamen veræ cauſæ laborat. *l. 7. §. 1. & 2. D. de pact. Cauſa* hoc in loco nihil aliud eſt, quam datio, factum, vel præſtatio, quam Juſtitia commutativa plenè approbat, ut inde valida producatur obligatio. Quid enim æquius, quam ex lege conventionis viciſſim ei quid dari, fieri, vel præſtari, cui ab altero quid datum, factum, vel præſtitum eſt? 1. obſtat *l. 19. D. de verb. ſignif. ubi contractus dicitur ultrò citròque obligatio.* 2. obſtat, *Quod mutuum, ſtipulatio in d. l. 19. dicantur actus, ac à contractibus ſeparentur.* R. ad 1. Negatur. Non enim verba (*ultrò citroque*) ad ſubſtantiam

 obli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

obligationis pertinent, ſed ad ipſum tractatum, ſive actum contrahendi. In omni enim contractu id ultrò citroque agitur, ut inde naſcatur obligatio: at non neceſſariò requiritur, ut uterque nexibus obligationis obſtringatur; ut ex mutuo, commodato, depoſito, pignore, ſtipulatione colligitur: In hiſce enim una tantum pars obligatur, cum tamen propriè & verè contractus ſint. *§. 2. in fin. Inſt. de Iur. nat. Gen. §. ult. Inſt. de oblig. junct. tit. ſeq. l. non ſolum. D. de oblig. & act.* ℞. ad 2. Vocula *Actum* generaliter ea omnia comprehendit, quæ inter homines & ab iis geruntur, & non tantum ſi verbis vel Re quid agatur, ſed maximè ſi conſenſu. *l. 3. D. de reb. cred.* Sed diſtinctionis ac commodioris doctrinæ gratiâ ſingulis vocabulis *in d. l. 19.* certæ ſpecies aſſignantur. Et ſic dicitur contractus conventio legibus conſentanea ultrò citroque obligationem producens. Unde & tria eum perficiunt. 1. Duorum vel Plurium conventio, ſeu conſenſus. 2. Ut iſta conventio legibus ſit conformis. 3. Ut quid detur, fiat, vel præſtetur.

Q. 2. *An donatio & conventio de hypothecâ ſint contractus?*

℞. MInimè. De donatione vid. ſuprà *exercit. 9. quæſt. 11.* conventio autem de hypothecâ eſt pactum legitimum jure honorario ſpecialiter confirmatum. *l. 17. §. 2. D. de pact.* 1. obſtat *l. 1. D. de pign. act. in verbis (pignus etiam nudâ conventione contra-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

trahitur.) 2. obſtat *l.* 23. *D. de Reg. Iur.* 3. obſtat, *Quod ſecuritas pro cauſâ ſit.* ℟. ad 1. Senſus *d. l.* eſt, nudo pacto rem quoque obligatam iri. ℟. ad 2. Pignus ab Hypothecâ eſt ſeparandum. In illo verus eſt contractus. *§. fin. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* At in hâc ſimplex tantum eſt conventio de re ad ſecuritatem, manente eâ apud debitorem, conſtituta; nulla verò datio, factum, vel præſtatio. Deinde verbum *contractus in d. l.* ſumitur latiſſimè: Quo ſenſu terminus eſt tranſcendens ac ſerpens ad delicta. *l.* 15. *D. de donat.* ℟. ad 3. Falſum eſt, ſecuritatem talem eſſe cauſam vel rationem quam juſtitia commutativa requirit, cum tantum merum ſit accidens.

Q. 3. An promiſſio facta ſilenti & non acceptanti ſit pactum, an pollicitatio?

℟. NIhil actum cenſetur. Vid. *DD. & Cagnol. in rubr. C. de pact. & ibi Sichard.* Non enim eſt pactum; quia illud eſt duorum conſenſus atque conventio. Non pollicitatio; niſi ex conjecturis & circumſtantiis probari poſſit eam intentionem & voluntatem promittentem habuiſſe. 1. obſtat *l.* 142. *D. de Reg. Iur. cap.* 44. *eod. in* 6. *ubi Tacens conſentire videtur. Ergò eſt pactum.* 2. obſtat, *Quod & tacitè pacta celebrentur. l.* 2. *l.* 4. *D. de pact. l.* 13. *§.* 11. *D. locat.* 3. obſtat *l.* 3. *D. de pollicit. ſecundum quam videtur eſſe pollicitatio. Quæ nihil aliud eſt, quam ſolius offerentis promiſſum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Connan. 5. *comm.* 8. Duaren. *in l.* 1. *D. de pact.* ℞. ad 1. Regula non eſt perpetua. Fallit enim cum agitur ad aliquem obligandum. ℞. ad 2. Ut quid remittatur, concedo : ut validè quis obligetur, nego. ℞. ad 3. Id procedit, ſi ea fuerit intentio & voluntas (uti dictum eſt.) At notandum hoc loco, licet pollicitatio ſpecies conventionis non ſit, eam tranſire tamen in conventionem, ubi fuerit acceptata *l. qui negot.* 34. *D. mandat.* Quo caſu eadem conventio & pollicitatio & pactum appellari poteſt. Pollicitatio, inſpecto principio: Pactum, inſpecto exitu. ut *in l. nuda. C. de contrah. ſtipul.* Differt tamen pollicitatio à nudo pacto. 1. Quod ex nudâ pollicitatione Reipublicæ & univerſitati (quæ alias privatorum Jure utuntur, *l. eum qui.* 16. *D. de verb. ſign.*) factâ obligatio acquiratur & actio, *l.* 1. *§.* 1. *&* 2. *l.* 3. 7. 9. *D. de pollicit.* At privatis contrà ex nudo pacto non datur actio. *l.* 7. *§.* 5. *D. de pact.* 2. Quod, ut pollicitatio quæ fit Reipub. pariat obligationem; requiratur, eam apud Rempub. i. e. adminiſtratores Reipub. factam eſſe. *d. l.* 9. nec enim valet quæ ab abſente fit per epiſtolam. *l. Charidemus.* 5. *D. eod. junct. l.* 25. *D. depoſ.* At pactum rectè per epiſtolam quæ ab abſente abſenti mittitur celebratur. *l.* 3. *D. de pact.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. An qui ſilet confiteri videatur?

℞. DIſting. Aut quis publicè à judice vel magiſtratu interrogatus fuit; aut ab aliquo privato. Priori caſu ſilens pro confeſſo habetur. *l. 11. §. 4. D. de interrogat. in jur. fac. l. 4. §. fin. D. de fidejuſſ.* Poſteriori caſu, aut ſilentis conſenſus ad alterius actum perficiendum requiritur; aut principale negotium ipſum ſilentem tangit. Illo caſu, affirmo. *l. 16. §. fin. D. ad Sctm. Macedon.* Hoc autem caſu, aut ſilens ipſe facere quid tenêtur; aut tantum conſentire, ut alius ejus nomine quid perficiat. Priori caſu, nego. *l. 8. §. 1. D. de procur.* Poſteriori caſu, ſubdiſtinguo. Aut quis quid è re ſuâ eſt amiſſurus, aut nihil. Illo caſu, nego. *l. 5. D. de ſerv. præd. urban. l. 39. D. de pign. act.* Hoc caſu, affirmo. *l. 6. §. 2. l. 18. D. mand. vid. DD. & Decium. ad l. 142. D. de Reg. Iur.* At cum leges ſemper proniores ſint ad liberandum *l. 47. D. de obl. & act.* in dubio nec confeſſus vidêri debet, qui ſilet, nec negaſſe. *d. l. 142.*

Q. 5. An ex pacto detur actio?

℞. NEgo. Idque tam de Jure Civili, quam Canonico. Non Civili. 1. *per l. inter ſocerum. 26. §. filia. 4. D. de pact. dotal.* 2. Quia ex eo oritur obligatio naturalis tantum, quæ ex æquitate naturali & Jure

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

naturæ fluit. *l.* 1. *D. eod.* & duntaxat parit exceptionem. *l.* 7. §. 4. *D. de pact.* Non canonico, quia inter jus canonicum & civile diſtinctio ſine manifeſtâ probatione non admittitur. Diſſent. Covarrav. *in c. quamvis. part.* 2. Sichard. *in rubric. C. de pact.* 1. obſtat *d. l.* 7. §. 4. *ibi ex pacto Iure Civili non poteſt conſtitui obligatio; ergò nec obligatio naturalis.* 2. obſtat c. 1. & 3. *X. de pact. ibi docetur, pacta eſſe ſervanda; ergò ex pacto ſecundum Ius Canonicum oritur actio.* ℞. ad 1. Obligatio *in d. l.* ſumitur eminenter, ſc. pro obligatione efficaci. ℞. ad 2. Neg. conſeq. quippe & jus Civile idem docet. *d. l.* 1. *l.* 1. *D. de conſtitut. pecun.* Ad Antecedens; Pacta ſunt ſervanda, ſc. ut tantum pariant exceptionem. *Moribus verò noſtris ex nudo pacto etiam datur actio.* Grot. *lib.* 3. *Introduct. part.* 1. §. *pen.* Zypæus *Notit. Iur. Belg. de contrah. ſtipul.* Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 92. Gudelin. *de Iur. noviſſ. lib.* 3. *c.* 5.

Q. 6. Quæ obligatio propriè & verè dicatur naturalis tantum?

℞. ILla quæ ex Jure naturali ſecundario, ſive Jureg. primævo deſcendit. Licet enim & illa, quæ ex Iure naturali primævo oritur, dicatur naturalis. Vid. *ſuprà exercit.* 2. *q.* 2. & 3. hoc tamen loco obligatio naturalis non ex ſolo inſtinctu naturæ, ſed ex inclinatione naturali ratione exornatâ, quâ homo à Brutis diſtinguitur, derivatur. Eſtque ea quæ ex conventione expreſſâ vel tacitâ, ex æquitate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tate generali conflatur, quam quidem lex non prohibet, ſed non confirmat abſolutè, ut inde efficax detur actio. Atque hæc ipſa eſt, quæ vinculum æquitatis appellatur. *l.* 95. §. 4. *D. de ſolut.* Sic ex æquitate ſervandæ fidei ob conſenſum expreſſum ex nudo pacto oritur obligatio naturalis tantum. *l.* 7. §. 4. *D. de pact. l.* 40. *D. de condict. indeb.* uti & inter patrem & filiumf. ex contractu in peculio profectitio. Inter duos fratres in eâdem poteſtate conſtitutos. *l. frater à fratre.* 38. *D. de condict. indeb.* Licet enim Iure naturali pater & filius diverſæ perſonæ ſint, Iure tamen Civili una eademque perſona cenſentur. *l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Hinc eſt, ut nemo ſibi, ſic nec illi invicem poſſint obligari. Huc refer *l.* 4. *D. de Iudic.* accedit, patri cedere id quod filius acquiſivit. §. 1. *Inſt. per quas perſon. nob. acquir.* Sic ſervus ex contractu propter conſenſum obligatur naturaliter. *l.* 32. *D. R. I.* uti & pupillus qui ſine tutoris authoritate contraxit. *l.* 1. *in fin. D. de novat.* Citrà verò expreſſam conventionem ex alio capite æquitatis naturalis, quæ prohibet ex alieno lucrum facere. *l.* 14. *D. de condict. indeb. l.* 206. *D. de R. I. l. locupletari.* 48. *de Reg. Iur. in 6.* heres tantum naturaliter tenetur ad legata præſtanda ex teſtamento minus ſolenni. *l. hâc conſultiſſima.* 21. *junct. l.* 3. *C. de teſtam.* Abſens, cujus negotia utiliter geſta ſunt, ignorans & invitus tenetur ad reſtituendas impenſas. §. 1. *Inſt. de obl. ex quaſ. contract.* Sic ex æquitate, quæ vult magiſtratibus & majoribus obtemperandum eſſe. *l.* 2. *D. de Inſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

& *Iur.* condemnatus tenetur naturaliter. Uti & ex æquitate, quæ prohibet delicta, & dictat maleficos puniendos eſſe. *l.* 70. *§. fin. D. de fidejuſſ.* naturaliter delinquens obligatur ad pænam. 1. obſtat, *Pacta ſunt ſervanda. l.* 1. *D. de pact. atque grave eſt fidem fallere. l.* 1. *D. de conſtit. pecun.* 2. obſtat, *Quod ex illâ nemo adſtringatur neceßitate ſolvendi.* 3. obſtat *l.* 10. *D. de oblig. & act.* ℟. ad 1. ſc. non abſolutè, ſed ſecundum illum modum quem lex præſcripſit. ℟. ad 2. Neceſſitate ſc. Civili, concedo. Naturali, nego. Quid enim magis æquitati naturali eſt conveniens, quam ſolvere id quod debetur? ℟. ad 3. Obligatio naturalis *in d. l.* non ſtrictè ſumitur pro naturali in ſpecie; ſed latius, ſc. pro eâ quæ eſt Iuriſg. & Iure Civili approbata. Prout & Iuſg. ſæpè naturale vocatur. *§.* 11. & 41. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 84. *§.* 1. *D. de Reg. Iur.* Diciturque obligatio naturalis & Civilis ſimul, paritque actionem: cum illa naturalis tantum nuncupetur & impediat ſoluti repetitionem. At licet hæc efficacia agendi deſtituta ſit, alios tamen, uti novationis, fidejuſſionis, compenſationis, &c. effectus producit.

Q. 7. An donatarius ut viciſſim quid donet donatori ſit obligatus?

℟. MInimè. Cogi enim à donante non poteſt, ut aliquid viciſſim donet: quapropter donum neque actionẽ, neque

neque exceptionē producit, & debitum ejus nomine quocunque errore ſolutum repeti poteſt. Fund. cum enim donator liberalitatem & munificentiam exercere voluerit. *l. 1. D. de donat.* dando hoc animo fuiſſe, atque id actum eſſe videtur, ut qui accepit non obligaretur, ac ab eo nihil præter animum gratum eo nomine redderetur. Vid. *l. 3. §. 7. D. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* Donell. 12. *comm.* 2. Weſenb. *in paratit. D. de oblig. & act. n.* 5. Obſtat *l.* 25. *§. 11. conſuluit. D. de petit. hered. l.* 54. *§. 1. D. de furt. ex quibus naturali ratione, quæ ſuadet benefacienti benefaciendum eſſe, videtur eſſe obligatus donum qui accepit.* ℞. Obligatur, ſc. non ſimpliciter: ſed ad remunerandum tantum. i. e. cum remunerare ſit donare, ſi quid donatarius viciſſim præſtare velit. At hujuſmodi obligationes non valent. *l.* 8. *D. de oblig. & act.* Vide porrò exempla effectuum antidotalis obligationes *in l. ult. C. de natur. lib. & ibi Salycet.* Bartol. *in l. affectionis. D. de donat.* Afflict. *deciſ.* 202. Bald. Rip. *& DD. in l. ſi unquam. C. de revoc. donat.*

Q. 8. *An prodigus obligetur naturaliter?*

℞. OB animi morbum prohibetur. *l.* 6. *D. de verb. obl. l.* 40. *D. de Reg. Iur.* Eſtque prodigus, qui neque finem neque modum expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando ac diſſipando profundit. *l. 1. D. de curat. fur.* unde, quoad bona, per morum in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſaniam, judicio & intellectu carêre præſumitur, ita ut furioſo æquiparetur. *l. his qui.* 12. *§. fin. D. de tut. & cur. dat.* quapropter contrahendo vel promittendo ne naturaliter quidem obligatur, non magis quam furioſus. Sicut enim furioſus nil penſi habet, pereat nec ne: ita prodigus res ſuas & bona profundendo ſe quodammodò vitâ ſpoliare cenſetur. *l necare. D. de lib. agnoſc.* Accedit, cum fidejuſſor, qui ejus obligationi acceſſit, non obligetur. *d. l. 6.* ſequitur, prodigum ne naturaliter quidem eſſe obligatum. Quod procedit, licet vel juramentum acceſſerit. *l. non dubium.* 5. *C. de ll.* ne quod unâ via prohibetur, alterâ concedatur. Vid. Arum. *exerc.* 12. *th.* 7. 1. obſtat, *Prodigus comparatur pupillo. l.* 9. *§.* 5. *D. de reb. cred. ergò obligatur naturaliter. l.* 1. *§.* 1. *D. de novat.* 2. obſtat *l.* 46. *D. de oblig. & act.* 3. obſtat *l. Marcellus.* 25. *D. de fidejuſſ.* 4. obſtat, *Quod nemini ſit dandum beneficium ex ſuâ turpitudine.* ℞. ad 1. Pupillo comparatur, ſc. non ſimpliciter, ſed hactenus, quatenus conditionem ſuam acquirendo reddit meliorem. *d. l. 6. l. certi condictio. D. ſi cert. pet. l. Iulianus.* 10. *D. de curat. furioſ.* non verò diminuendo deteriorem. Licet enim in dando furioſus habeatur, non tamen in acquirendo. *Qui enim pronus eſt ad erogandum, naturaliter multa expetit quæ det: unde & ingenioſus, ne quid deſit, habetur.* Quocircà quoad acquiſitionem non prodigus cenſetur, ſed diligentis patris f. officio fungitur. Adde, cum interdictio adminiſtrationis prodigi cauſâ introducta ſit, ea in læſionem & damnum ejus torqueri non debet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

debet. *l. quod favore. C. de legib.* nec quoque aliter furioſo comparatur, ejuſque nulla æſtimatur voluntas, quam quatenus prodigus eſt. *Luxus enim ille amentia eſt.* nec etiam adminiſtratio bonorum ei interdicta verſatur circà bona acquirenda, ſed propria & acquiſita. Deinde, etiam pupillus quoad perſonā propriam ex conventione non obligatur naturaliter. ℞. ad 2. Ubi actio eſt ex re: quo caſu obligatur, & fidejuſſor pro ipſo intervenit. *d. l.* 25. ℞. ad 3. Rectè ei, qui pro furioſo vel prodigo fidejuſſit & ſolvit, non ſubvenitur, neque per indebiti condictionem, quia qui nullo Iure cogente ſolvit, donaſſe videtur. *l. cujus per errorem.* 43. *D. de Reg. Iur.* neque per actionem mandati: quia ut furioſus & prodigus ſolvere non poſſunt, ita nec ſolventi pro ſe poſſunt conſentire. *arg. l. minor.* 66. *D. de verb. oblig.* aut pro ſe ſolvi mandare. Non enim alienanti conſentire poteſt, qui ipſe alienare prohibetur. ℞. ad 4. Nullum in hâc re verſatur beneficium, ſed Ius, quod ob defectum Iudicii ita conſtitutum eſt in prodigo circà rerum ſuarum adminiſtrationem. Pro regulâ hic obſervetur; *quoties lex expreſſè reſiſtit conventioni contrahentium, toties, neque naturalis, neque Civilis oritur obligatio. d. l. non dubium.* hinc prodigus non obligatur naturaliter. *d. l.* 6. uti nec pupillus contrahens cum tutore. *l.* 5. *D. de auth. tut.* Quod idem obtinet in reliquis quæ Iure Civili impoſſibilia habentur. In hiſce enim omnibus animus obligandi abeſſe videtur, eaque non ſolum inutilia, ſed & infecta dicuntur. *d. l.* 5. *l. non ſolum. D. de oblig. & act. Gloſſ. in c. nemo*

Q 6 *poteſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

poteſt. de Reg. Iur. in 6. Bartol. *in l. ſi ſub impoſſibili. D. de fidejuſſ.* Obſtat, *Atqui Ius Civile non poteſt impedire conſenſum, qui eſt Iuris naturalis. Ergò tollere obligationem naturalem, quæ ex ſolo conſenſu oritur, non poteſt.* ℞. Totum concedo. Nunquam enim in iis qui conſentire valent lex Civilis impedit conſenſum, ſed effectus conſenſui ſeu naturali obligationi tributos aliquando duntaxat remoratur. At nos de iis agimus, qui conſentire poſſe Iure non videntur.

Q. 9. *An ſervus obligetur naturaliter?*

℞. AFfirmo. Per *l.* 14. *D. de oblig. & act.* unde manumiſſus quod ſolvit non repetit tanquam indebitum. *l. ſi id quod. D. de condict. indeb.* Fund. quia in naturali obligatione verſatur factum, quod in perſonam ſervilis conditionis cadere ſolet. *§. ſed factum. Inſt. de ſtipul. ſerv.* Et licet hæc naturalis obligatio non ſit neceſſitas ſolvendi, dominus tamen de peculio tenetur Iure prætorio. 1. obſtat, *Omnis obligatio juregentium eſt introducta. l.* 5. *D. de Iuſt. & Iur.* 2. obſtat *l. in perſonam.* 25. *D. de Reg. Iur.* ℞. ad 1. Id verum eſt de omni obligatione ex contractu Iuriſg. At inde non ſequitur, aliquam obligationem naturalem dari non poſſe. ℞. ad 2. Id accipiendum de obligatione civili. Diſſent. Connan. 2. *comm.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 10. *An inebriatus ad mentis uſque alienationem contrahendo obligetur efficaciter?*

℟. MInimè. 1. Quia tanta ebrietas voluntatem & conſenſum excludit. *c. qui concupiſcentiæ.* 15. *q.* 1. At in quo ratio deficit, ac vitæ gerendæ rectum conſilium deſideratur, & in quo conſenſus non reperitur, is obligari non poteſt. *l.* 1. *D. de pact.* 2. Quia mente capto, prodigo, & infanti æquiparatur. At hi prorſus contrahere nequeunt. *l.* 2. *§. furioſus. & §. ſeq. D. de oblig. & act. c. venter.* 5. *diſt.* 35. *c. ſanè.* 7. *& c. inebriarunt.* 9. *cauſ.* 15. *quæſt.* 1. Uti & matrimonium ab ebrio contractum habetur invalidum. *arg. l.* 30. *D. de Reg. Iur.* Weſemb. *in paratit. D. de rit. nupt. n.* 8. *§. dictum hactenus.* Didac. Covarruv. *in epit. de matrim. part.* 2. *c.* 2. *n. ult. An & idem in delictis procedat?* Sic videtur; ſaltem hactenus, ut non ab omni (quia culpa præceſſit caſum, cum dederit operam rei illicitæ) ſed ab ordinariâ liberetur pænâ. Ratio, quia ex impetu magis, quam propoſito deliquiſſe cenſetur. Huc pertinet *l.* 11. *reſpiciendum.* §. 2. *delinquunt. verſic. impetu. D. de pæn. l. omne delictum.* 6. §. 7. *per vinum. D. de re milit.* Iul. Clar. *in §. ult. q.* 60. *verſic. prætereà quæro.* Gomez. *tom.* 3. *var. reſol. c.* 1. *n.* 73. Hippol. de Marſil. *in l.* 1. *in princ. n.* 48. *D. ad leg. Cornel. de Sicar.* Hinc fuſtigationis, non capitis ſupplicio in blaſphemantes ex tali ebrietate animadvertendum, tradunt DD. Vid. Nicol. Boër. *de-*

ciſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ciſ. 301. in fin. Clar. *lib. 5. ſent. §. blaſphemia. n. 6.* Berlich. *part. 4. concl. 1. n. 69.* adde Bald. *in l. 1. C. unde vi.* Damhoud. *in prax. crim. c. 61. n. 23.* Hinc ob profundam & enormen ebrietatem, (cum eâ obrutus haud doloſe delinquat) etiam homicida à pænâ ordinaria excuſatur. Tiraquell. *de pæn. temp. cauſ. 6. n. 1. & ſeqq.* Ant. Blanc. *in pract. crim. §. ebrius. n. 9. & ſeqq.* At modica ebrietas, in quâ nec mentis exilium, ſed integritas ſenſuum atque rationis deprehenditur; neutiquam excuſat à pæna ordinariâ. Sed hoc caſu locum habet illud vernaculum (**dat men droncken doet / moet men nuchteren betalen**) Vid. Bald. *in l. datâ operâ. 11. n. 6. C. de his qu. ac. cuſ. non poſſ.* Tiraquell. *d. cauſ. 6. in fin.* 1. obſtat *At in ipſorum ebriorum poteſtate fuit ebrietatem vitare, ergò majori potius pænâ plectendi videntur. Ratio, quia in ipſis principium delinquend deprehenditur. Huc pertinet lex Pittaci Mitylenenſis, quâ ebrii delinquentes graviori pænâ, quan ſobrii damnarentur.* 2. obſtat, *Edictum Caroli V edit. 7. Octob. 1531. quo cavetur, ne ebrietas in cædibus excuſationem mereatur. adde Inſtruct. militar. DD. ordin. vulgò* **Artijckel-brieff.** *13. Augúſt. 1590. art. 67. ubi propter vinum aut ebrietatem lapſis capitalis pæna non condonatur.* ℞. au 1. Id procedit in ebrioſis, ſive in iis qui ex conſuetudine datâ operâ inebriantur, nobis (**Di haer hebben verdroncken / off gewent altijt ve te zijn**) Quod in Ebriis, i. e. in iis qui vini ignoratâ vi decepti inebriantur, ſecus eſt. *Ebrioſitas* enim ex habitu vitioſo; *Ebrietas* ex caſu quodam naſcitur. At hoc, non autem illo caſu abe
dolu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

dolus & voluntas peccandi. ℞. ad 2. Ibi non agitur de profundâ & enormi ebrietate, ſed modicâ. Vid. *l. 1. §. 3. D. ad L. Cornel. de Sicar. l. 5. §. ult. D. de pæn. l. 11. §. 2. D. eod.* Vel id accipi non poteſt de ebrioſitate. Et cum ex ipſius ebrii ſermone, ingreſſu, geſtibus, geſticulationibus, aliiſque actibus ebrietas facilè colligatur, teſtibus, qui ebrio adfuêrunt, de immodicâ ebrietate deponentibus credendũ eſt. Iiſque deficientibus, juramento ebrii ſtandum erit. Ratio, quia animus per jusjurandum, veluti per ſpiritualem torturam demonſtratur, ut ait Bartol. *in l. pro hærede 20. in princ. D. de acq. vel amitt. hæred.*

Q. 11. *An ex pacto de ſuccedendo oriatur naturalis obligatio?*

℞. NEquaquam. Quæ enim lege ſunt directò prohibita, nullum ſortiuntur effectum. *l. 5. C. de legib.* 1. obſtat, *Quod ex pacto nudo detur naturalis obligatio. l. 7. §. 7. & 16. D. de pact.* 2. obſtat *§. 3. junct. §. 21. Inſt. de inutil. ſtipul. ubi ad id quod intereſt, vel ad pænam (ſi quædam promiſſa ſit) agi poteſt, licet ſtipulatio ipſo jure inutilis ſit.* ℞. ad 1. Id verum eſt, niſi ſc. jure ſit reprobatum. ℞. ad 2. Non ibi tractatur de pacto, quod ob defectum formæ publicæ vitiatur: quale eſt, cui turpitudo, vel metus de ea committendâ ſubeſt: ſed de ſtipulatione ex diſpoſitione legis poſitivæ inutili. Quiſque enim de ſe, non de alio promittere debet. At illud vitium emendatur per adjectionem pænæ, quam quis de ſe & de ſuo promiſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An pacta in continenti adjecta contractibus producant actionem?*

℞. Conſuetudine (modò ſit juſta cauſa obligandi) ex quolibet pacto datur actio: Eſtque diſtinctio inter ſtipulationem & pactum ſupervacanea. At de Jure Civili, vel adjecta ſunt judiciis bonæ fidei, & affirmo. *l. 7. §. 5. D. de pact. l. 13. C. eod. l. 72. 79. D. de contrah. empt.* Vel adjecta ſunt judiciis ſtricti juris; & tunc aut obligationi detrahunt, ſive principalem obligationem imminuunt, aut ei quid addunt. Priori caſu, & à parte rei & à parte actoris inſunt. i. e. non tantum ad exceptionem, ſed & ad actionem proſunt. *l. lecta. 40. D. de reb. cred. l. 4. in fin. D. de pact.* Ut (ex. gr.) *Cajus Sempronio mutuo dedit 20. eâ conditione, ut unum redderet ſuprà ſortem pro uſurâ. Statim antequam ad alium actum partes ſe converterent, pactus eſt Cajus, ut ſi Sempronius intrâ præfinitum tempus ſolveret, nihil uſuræ nomine ſuprà 20. redderet.* Poſteriori verò caſu tantum inſunt à parte rei, & proſunt ad exceptionem. *l. 17. D. de pact. l. 11. D. de red. cred l. 6. C. ſi cert. petat.* Diſſent. Cujac. 20. *obſ.* 24 Donell. *in d. l. 13. C. de pact.* Borcholt. *de pact cap. 4. n. 53.* Vinn. *ad §. 2. Inſt. de oblig. n.* 8 1. obſtat *l. 13. D. commun. præd. l. 52. D. d verb. oblig.* 2. obſtat *l. 27. C. de pact.* ℞. ad 1 In d. legibus non de pacto adjecto, ſed de forma quâ ſtipulatio eſt concepta, quamque ipſimet contrahentes conſtituêrunt, agitur. ℞. ad 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Ibi tractatur de pacto quod ſpecialiter per ſtipulationem eſt confirmatum, non autem de eo quod ſtipulationi ineſt. Obſervandum (*in continenti adjici*) nihil aliud eſſe, quam in ipſo tractatu, initio, & quaſi ingreſſu contractus adjici, priuſquam ad alia partes prolabuntur. *l.* 7. §. 5. *D. de pact.* Nec obſtat *l. ult. C. de error. advocat. in verbis* (*ex continenti, id eſt, triduo proximo, &c.*) quia ibi non de contractu, ſed emendatione erroris, quæritur.

Q. 13. *An ex pacto in continenti contractui bonæ fidei addito detur actio ex illo contractu?*

℞. AFfirmo. *l.* 7. §. 5. *D. de pact. l.* 79. *D. de contrah. empt.* Non præſcriptis verbis, quæ, ut ſubſidiaria, vix locum habet, niſi ordinariâ deficiente. *l.* 1. 2. 3. *D. de præſcript. verb.* 1. obſtat, *Competit actio vel præſcriptis verbis, vel ex contractu. l.* 50. *D. de contrah. empt. l.* 6. *D. de reſcind. vend. l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* 2. obſtat, *Atqui actio præſcriptis verbis regulariter concurrit cum ordinariâ ex contractu. l.* 17. §. *fin. D. de præſcr. verb. junct. l.* 5. §. 1. *D. depoſ.* 3. obſtat, *Quod ſolum præſcriptis verbis ſit agendum. l.* 13. *D. de pign. act. l.* 12. *D. de præſcript. verb. l.* 6. *C. de jur. dot. l.* 9. 22. *C. de donat.* ℞. ad 1. In d. locis ex ſingulari cauſâ jus ſingulariter ita conſtitutum eſt. Sic *in d. l.* 50. non agitur de venditione ſimpliciter celebratâ, ſed de caſu, quo factum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

factum emptoris & alterius concurrit: Illius, ut petat locum à Decurionibus Campanis. Hujus, ut Decuriones vendere velint. Et *in l. 6. & 2.* non tam directò agitur ad conſummandum contractum, quam tollendum. Tractatur enim de contractu ex voluntate alterius reſcindendo. Quo caſu cum dubitaretur, qualis actio competeret, placuit utramque largiri rei gerendæ ſatis convenientem. ℞. ad 2. Id falſum eſt. Et *in d. l. 17. §. fin.* agitur de eo, qui ſuum annulum tantum depoſuerat: at *in d. l. 5. §. 1.* de eo qui utrumque, i. e. cum alio ſimul ſuum depoſuit apud ſequeſtrum. ℞. ad 3. Nugatorium hoc eſt. Nec obſtat *d. l. 13.* quia ibi agitur de caſu ſingulariſſimo, in quo dubitari poteſt, qualis actio daretur: At tunc actio in factum, ſive præſcriptis verbis locum habet. Sic & *in l. 12* propter implicitas venditioni variorum pactorum formas idem ſtatuitur. Et *in d.l.6.* pactum ſimpliciter de dote eſt celebratum, non verò bonæ fidei judicio additum. Et *in l. 9. 22.* agitur de donatione, quæ eſt ſtricti juris. Atqui hæc propriè contractus non eſt. Vid. de hâc quæſt. Bronch. 1. *cent. aſſert. 35.* Vinn. *ad §. 2 Inſt. de oblig. n. 7.*

Q. 13. *An pactum prius tollatur ipſo jure per pactum poſterius? an verò ope exceptionis?*

℞. PActum remiſſorium poſterius ipſo Jure tollit prius. *l. 95. §. 4. D. de ſolut.* ubi obligatio naturalis tantum

ip

ipſo Iure per pactum tollitur. Pactum verò poſterius obligatorium, non ipſo Iure, ſed ope exceptionis tollit remiſſorium prius. *l. 72. §. 2. D. de pact.* ita intelligendus clariſſimus D. Schotan. *in exam. jurid. ad tit. de pact. in fin.* At Zaſ. & Donell. *ad l. 12. C. de pact.* indiſtinctè prius per pactum poſterius ipſo Iure evanuiſſe autumant.

Q. 15. *Contrà quem in pactis & contractibus verba ambigua ſunt interpretanda?*

℞. Nil tribuendum gratiæ, aut amicitiæ. Sed in conventionibus verba ambigua ſemper explicanda ſunt contrà eum qui ea protulit. Imputet enim ſibi qui in pacto fundat intentionem ſuam, quod non apertius ſit locutus. *l. veteribus. 39. D. de pact. l. 21. 33. D. de contrah. empt.* Et hoc procedit, niſi aliunde firmior habêri poſſit interpretatio. Vid. Schneidw. *ad tit. de oblig. ſect. de pact. n. 21. & ſeqq.* Bronch. 1. *cent. q. 40.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de pact.* 1. obſtat, *Quilibet eſt verborum ſuorum interpres; ergò ſecundum intentionem illius, qui dixit, fieri debet interpretatio.* 2. obſtat *l. 34. D. de contrah. empt.* 3. obſtat *l. 13. D. qui potior.* ℞. ad 1. Id procedit, quando quis ſolus loquitur: ut in legiſlatore, Teſtatore, parte litigante contingit. *l. 1. & fin. C. de legib. l. 50. in fin. D. de leg. 1. l. 66. D. de Iudic.* Fund. ne alioquin ſemper pars negaret ſic ſe intellexiſſe. Inſt.

Atqui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Atqui legiſlator legem condendo quaſi cum populo contrahit. arg. l. 1. D. de legib. ſicut & per litiſc. quaſi-contrahitur. l. 3. §. 11. D. de pecul. ℟. Ea abuſivè & ſecundum quid accipiuntur, non verè: propriè, ac ſimpliciter. ℟. ad 2. Non ibi verba, ſed res erat ambigua. Quo caſu ſemper præſtatur id quod minimum eſt. *l. 9. 34. D. de Reg. Iur.* Deinde, ipſe emptor ibi legem dixerat. Accedit, quod in acceſſione venditoris ſit electio *l. 60. D. de contrah. empt.* ℟. ad 3. Nulla ibi obſcuritas in verbis, ſed res erat plana. Id enim actum ex conſequentia eorum quæ dicta eran videtur, ut primam penſionem cauſa pignori tanquam acceſſoria ſequeretur. Hæc de dubitatione in verbis dicta ſufficiant. *Quid ergò ſi in facto dubitatio occurrat?* judicandum pro reo. *l. 4 C. de edend. Satius enim eſt, facinus nocentis impunitum relinquere, quam innocentem damnare. l. 5 D. de pæn. Et propter miſericordiam reddere ra tionem, quam propter crudelitatem. C. alligant. 1 cauſ. 26. quæſt. ult. Quid ſi in jure?* Vid. ſupr Exercit. 1. quæſt. 21. Ubi ſatis luculenter e juris principiis & fundamentis hæc controverſi enodata deprehendetur, cujus tenorem ſi jud ces obſervaverint, haud facilè audient, contem ptam ab iis rectam juſtitiæ adminiſtrationem.

EXER

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM DECIMA-SEXTA,

Ad Tit. 15. Lib. 3. Inſtitut.

Q. 1. An in mutuo ſit alienatio?

℞. Affirmo. 1. Quia forma hujus contractus in ipſâ datione, ſive dominii rerum in accipientem tranſlatione conſiſtit. *l.* 2. *§.* 2. *l.* 18. *D. de reb. cred. princ. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* 2. Quia nummorum fortè penes tertium exiſtentium nomine creditori non datur vindicatio; quæ procul dubio ei competeret, ſi dominium penes ipſum foret. *§.* 1. *Inſt. de action.* ſed perpetuò cogitur inhærere perſonæ debitoris, & actione perſonali contendere. *l. non adverſus.* 15. *C. ſi cert. pet. d. princ.* Schneidw. *ad d. princ. n.* 15.16. Vinn. *ibid. n.* 5. *&* 14. Diſſent. Salmaſ. *lib. de uſur. c.* 1. 1. obſtat, *Atqui repetitur id quod datum eſt ; ergò propriè & abſolutè non alienatur. l.* 55. *D. de ſolut.* 2. obſtat, *Quod non ſpecies ſive corpora (quæ alienantur) in mutuo ſpectentur ; ſed eadem quantitas in genere. d. l.* 2. *§.* 1. *& l.* 3. *At hæc in alium non transfertur. Sic (ex. gr.) qui* 1000. *imperiales dat mutuo, pretium credit, illudque idem in genere,*

re, non per eaſdem ſpecies (niſi ita convenit) eſt reddendum. ℞. ad 1. *d. l.* loquitur de eo caſu, quo nullus numerationis effectus remanſit penes accipientem. ℞. ad 2. Cum quantitas inſit corporibus annumeratis, cum horum alienatione illam & à nobis diſceſſiſſe palam eſt. Nec enim *quantum à quantitate* quis diſtinguet, niſi qui eò vecordiæ deſcendit, ut formam ſine ſubjecto obtrudere poſſe præſumat. Quis enim Regem, omnibus ſuis mutuo datis, ob fictam hanc & à ſpeciebus ſeparatam quantitatem, ſi omnes fortè debitores facultatibus labantur, mendico opulentiorem prædicabit?

Q. 2. *An mutuum contrahatur, ſi ego pecuniam quaſi donaturus tibi dedero, tu quaſi mutuam accipias?*

℞. MInimè. Expreſſus enim hoc caſu diſſenſus circà cauſam verſatur. *l.* 18. *D. de reb. cred.* Obſtat *l.* 36. *D. de acq. rer. domin. in verbis (ſi pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratiâ, tu eam quaſi creditam accipias, conſtat proprietatem ad te tranſire; nec impedimento eſſe, quod circà cauſam dandi atque accipiendi diſſenſerimus.)* ℞. Ibi de diſſenſu tacito tractatur. Nullum enim debitum vel promiſſio ibi præceſſit. *d. l.* 36. in verbis *(veluti ſi ego credam, &c.)* Vel Alciat. 5. *parerg.* 15. & DD. ad leges præalleg.

Q. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 3. *An mutuum ſit, ſi convenit, ut oleum, frumentum, aut pecunia pro vino reſtitueretur?*

R. NEquaquam. Sed eſt permutatio. Fund. Quia in mutuo ſolutio ejuſdem generis, ejuſdemque qualitatis & bonitatis deſideratur. *d. princ. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* Unde non ſolum oleum pro vino (quia eſt aliud genus) ſolvi non poteſt. Sed ne quidem vinum recens pro veteri (quia eſt alia quantitas) aut aliquid ex quo alterius conditio fieret deterior (quia eadem bonitas requiritur.) 1. obſtat, *Quod quantitas quælibet ſufficiat; quia eſt res in genere ſuo functionem recipiens. l. 2. §. 1. l. 3. D. de reb. cred.* 2. obſtat *l. 9. C. de reſcind. vend. ubi pro pecuniâ numeratâ pecora in ſolutum conſentienti data leguntur.* R. ad 1. Quantitas quælibet, ſc. quæ ejuſdem eſt generis, ſufficit. R. ad 2. Ibi non de naturâ mutui, ſed de ſolutione facta agitur. Unde ſententiæ noſtræ *d. l.* nullatenus refragatur.

Q. 4. *An alienos nummos credenti detur condictio ex mutuo?*

R. DIſting. Vel creditor in bonâ aut malâ fide verſatur. Priori caſu, affirmo. *per l. 7. C. ſi cert. petat.* Poſteriori caſu, nego. Unde furi condictio hæc non datur, niſi nummi fuerint comſumpti. *l. 13.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

in princ. D. de reb. cred. 1. obſtat *l. 16. D. commod. ubi furi datur actio commodati. add. exerc. 2. quæſt. 14.* 2. obſtat, *Atqui contractus non eſt ritè celebratus.* ℞. ad 1. Argumentatio à diſparatis non procedit. At in commodato tantum ſpecies ſpectatur, in mutuo genus, quod re verâ alienatur. ℞. ad 2. Committitur fallacia non cauſæ pro cauſâ. Vera enim & adæquata cauſa, ob quam furi nummis conſumptis detur condictio, in eo verſatur, quod res ceſſerit in alterius commodum & utilitatem. Accedit, quod nummus verè non ſit furtivus. *l. 48. §. fin. D. de furt.*

Q. 5. An mutuum ſit, ſi ſpecies tibi fuerit data, ut pecuniam ex ejus venditione redactam haberes mutuam?

℞. AFfirmo cum Ulpiano in *l. 11. rogaſti. D. de reb. cred.* in quâ per fictionem brevis manus & ex intentione contrahentium æquitas dominatur. Diſſent. Alciatus, Zaſius, Donell. *in d. l.* 1. obſtat *l. qui negotia. 34. D. mandat.* 2. obſtat *l. 19. D. de præſcript. verb.* ℞. ad 1. Ibi jus ſtrictum ex naturâ contractus conſideratur. ℞. ad 2. Ibi mediatorem agit Ic. ſc. quod, cum cauſa hæc non ſit expedita, agendum ſit præſcriptis verbis. *arg. l. 1 D. de æſtim.* de hâc quæſtione Vid. Cujac. *tract 8. ad African.* Hotom. *epit. de reb. cred. n.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 6. An pecunia quæ ex mandato mihi à te debetur fiat mutua, ſi convenerit ſimpliciter, ut eam crediti nomine retineres?

℟. EX æquitate & de conſuetudine, affirmo. *l. 15. D. de reb. cred. in verbis (ſingularia quædam recepta ſunt, &c.) adde l. 6. C. ſi cert. pet.* Obſtat *è diametro l. 34. D. mand.* ℟. Ibi Juris ſubtilitas dominatur. Aliter alii reſpondent DD. Vid. Duaren. *ad tit. C. ſi cert. pet. cap. 2.* Connan. *7. comm. 1.* quod dictum eſt in principio, id & procedit eo caſu, quo mandavi debitori meo, ut meam pecuniam meo nomine tibi crederet. *An verò & d. l. 15. locum habeat, ſi quis delegaverit debitorem, ut aliquid ſolveret?* Non placet, niſi concurrant hæc. 1. ut in ſpecie id actum ſit, ut foret mutuum. 2. ut delegatus pecuniam realiter numeraverit. Non enim in delegatione, ſed actuali traditione forma mutui conſiſtit.

Q. 7. An mutuum contrahatur, ſi convenerit cum quis deponit pecuniam, ut eâ, ſi depoſitarius velit, uti poſſit?

℟. VEl id actum eſt, ut ſit mutuum, vel non. Priori caſu, affirmo. *l. 9. §. fin. & l. ſeq. D. de reb. cred.* Quapropter uſuræ à tempore moræ non computabuntur. *l. 32. §. 2. D. de uſur. junct. l. 3. C. eod.* Poſteriori,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

riori, nego. Sed manebit depoſitum, licet hoc pactum notiſſimos depoſiti terminos exceſſerit. *l. 24. D. depoſ. adde l. 25. §. fin. l. 29. §. 1. D. eod.* Origo enim cujuſque contractus ſpectari debet. *l. 3. C. ad Senatuſc. Maced.* Termini depoſiti ſunt. 1. ut dominium in depoſitarium non transferatur. 2. ut idem corpus reſtituatur. 3. ut accipiens re non utatur, ſed tantum cuſtodiat. Accedit, quod depoſitum ſit contractus bonæ fidei, nec in eo caſus fortuitus præſtetur. Vid. Schneidw. *ad princ. Inſt. de obl. quæ re contrah.* Schotan. *in exam. jurid. ad tit. depoſ.*

Q. 8. *An debitor in eâdem ſpecie cogatur ſolvere?*

℟. MInimè. Sed & in minutiſſimis nummis, modò locabiles ſint, ſolutio fieri poteſt. Non enim in nummis corpora ejuſdem generis ſpectantur, ſed pretium. *l. 1. D. de contrah. empt. vend.* At ſecus eſt, ſi ad certam ſpeciem numeratio facta ſit, atque in eadem ſpecie debitor ſolvere poſſit, & creditor (ni ſecundum legem conventionis ſolutio fiat) inde damnum ſit paſſurus. Obſtat *l. 99. D. de ſolut.* ℟. Si *d. l.* de creditore accipiatur, ut legit vulgata & Haloandri, & Hotomann. *c. 15. illuſtr. quæſt.* dicendum, ibi ad certam ſpeciem ſive formam pecuniam fuiſſe numeratam, eamque ſolutionem fuiſſe in poteſtate debitoris.

Q. 9

Q. 9. *Num indebitum ſolutum ſit verus contractus realis?*

R. AFfirmo. *§. 1. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* ſc. qua expreſſè convenit de reſtituendo, ſi poſteà apparet eſſe indebitum. *l. 2. D. de condict. indeb.* Vid. Cujac. 2. *obſ.* 37. Donell. 14. *comm.* 16. *& ſeq.* 1. obſtat *d. §. 1. in fin. ubi diſtractus dicitur.* 2. obſtat *§. pen. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contract. ex quo quaſi-contractus vidêtur.* R. ad 1. Diſtractus eſt, quà ſolum factum ſolventis ſpectatur: is enim tunc non eâ fuit intentione, ut quid redderetur. R. ad 2. Quaſi-contractus nuncupatur, cum nulla expreſſa conventio de reſtituendo interceſſit.

Q. 10. *An indebitum errore ſolutum repetatur?*

R. VEl quæritur de errore facti, aut Iuris. Illo caſu, affirmo. *l. 10. C. de jur. & fact. ignor.* Licet etiam verſetur circà factum proprium, niſi craſſiſſimus ſit. *l. 6. D. eod.* Hoc caſu ſubdiſtinguo, aut de damno vitando, aut de lucro captando utriuſque tractatur: aut ſolventis duntaxat. Priori caſu repetitioni non eſt locus. Fund. *in l. 125. junct. l. 33. D. de Reg. Iur.* Poſteriori caſu, ſi qui ſolvit in damno ſit, alter verò in lucro, datur repetitio. Fund. *in l. 14. D. de condict. indeb.* 1. obſtat

l. 10. *C. de Iur. & fact. ignor.* 2. obſtat *l.* 9. *C. ad l. Falcid.* 3. obſtat, *Quod error Iuris pro ſcientiâ ſit: nec is in delictis excuſet. l.* 11. *§.* 4. *D. de his qui not. infam.* ℟. ad 1. Regula ibi generaliter propoſita ex æquitatis normâ & Juſtâ ratione, aliiſque legibus reſtringitur. ℟. ad 2. Ibi de lucro captando res eſt. ℟. ad 3. Ibi ob delictum, non ob Juris ignorantiam immediatè pæna infligitur.

Q. 11. *An qui ante diem, qui omninò extiturus eſt, ſolvit, quid interuſuri nomine, ſive commodi medii tempori propter repræſentationem peti poſſit?*

℟. NEg. Cum enim ſors repeti ne queat, fruſtrâ petêtur acceſſoriun *l.* 10. *l.* 27. *D. de condict. indeb.* Cc ſtal. *in d. l.* 10. Perez. *d. tit. c. n.* 5. niſi fort anticipatum tempus foret immodicum. Molii *tract. de commerc. & uſur. q.* 64. *n.* 497. *& ſe* Diſſent. Duaren. *ad tit. C. eod.* Obſtat, *Atq non debet recipiens locupletari cum damno ſolve tis.* ℟. Qui ſolvit, fructuum nomine, cum illi e ipſâ re quæ nondum ad alterum pertinet perc piantur, rectè quid petet. At uſurarum cau durior habêtur. *l.* 1. *C. eod.* Idem dicendun licet res bonâ fide comſumpta ſit, aut citrà cu pam accipientis (puto naufragio) perierit.

Q. 1

Q. 12. *An res fungibilis poßit commodari?*

℟. DIſting. Ut fungibilis, nego. Hoc enim ſenſu circà illam, ut materiam ſolum, mutuum verſatur. *Princ. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* ut ſpecies certa, affirmo. Atque ita pecunia, vel alia res fungibilis, non ad uſum verum, ſed ad pompam, oſtentationem, vel dicis cauſâ, rectè commodato datur. *l. 3. §. fin. & l. ſeq. D. commod.* Fund. Quia tunc qualiſcunque ejus uſus transfertur, ut eadem ſpecies reſtituatur. *arg. §. 2. d. tit. Inſt. An verò res immobilis commodari poſſit?* Non eſt dubitandum, quin ſic. *l. 1. §. 1. D. comm.* Obſtat, *Quod videatur precarium. l. 2. §. 3. l. 3. D. de precar.* ℟. Nequaquam. Ratio diverſitatis, quod commodatum niſi uſu finito revocari non poſſit, at precarii uſus eſt indeterminatus, illudque pro lubitu ſemper revocatur. *l. 1. D. eod.*

Q. 13. *An etiam res incorporalis?*

℟. ET hoc affirmo. *§. 1. Inſt. de uſu & habit. l. 1 §. 1. in fin. D. commod.* ubi habitatio commodari poſſe docetur. Duaren. *ad d. t. commod. c. 2.* Diſſ. DD. *communiter.* 1. obſtat, *Quod ſervitutis nulla ſit reſtitutio. Finito enim uſu & finitâ conceßione deſinit eſſe in rerum naturâ.* 2. obſtat *l. 17. D. de præſcript. verb.* ℟. ad. 1. Negatur. Sicut enim

rei incorporales, qualem ejus patitur natura eſt traditio ficta, impropria, & analogica: it quoque ejus eſt reſtitutio. Unde ſi quis finit tempore commodati contrà bonam fidem ut pergat, rectè agêtur, ut deſinat uti, quod dun facit, cenſetur reſtituere. ℞. ad 2. Id in mor priſcis Ictis poſitum fuit, ut cum dubitari poſ ſet, an competeret actio ordinaria, ſimul pro ponerent actionem præſcriptis verbis, ſic tamen ut non negent actionem ordinariam. Atqui du bitaſſe quoſdam, an commodatum eſſet rerun incorporalium, patet ex *d. l.* 17. atque etian fuiſſe, qui hoc affirmarent, apertiſſimum eſl ex *d. l.* 1. §. 1. Aliter reſpondent Gloſſ. Bar tol. Coſtal. *in d. l.* 1.

Q. 14. An commodans cogatur reci pere rem culpâ commodatarii dete rioratam, ſi ei pretium deterioratio nis offeratur?

℞. Affirmo cum Angel. *in l.* 7. §. *non ſ lum.* 3. *D. de dol. mal.* non enim v detur res deterior reddita, ſi supple tur id quod intereſt. *l.* 3. §. 1. *D. commod.* Diſ Bald. *in d. l.* 7. 1. obſtat *l.* 18. §. 1. *D. commo* 2. obſtat *l.* 34. *in fin. D. de oblig. & act.* ℞. ad Res, quà deterior eſt, non videtur reddita. A deterior non cenſetur, ſi pretium deterioration addatur. ℞. ad 2. Non neceſſe eſt, ut negativ particula tollatur, ut Cujac. Hotomann. & R bert. 1. *animadverſ.* 29. voluerunt. Senſus eni

d.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

d. l. eſt, quatenus ſimplum ſubducitur, eatenus legem Aquiliam non habêre locum, ſed eatenus tantum, quà quid ſuprà ſimplum eſt.

Q. 15. Si duobus vehiculum (quod fortè fuit 20. aureorum) commodatum ſit, an uterque illorum in ſolidum, an pro virili tantum parte teneatur?

℞. PRius affirmo. *l. 5. §. fin. D. commod.* Ratio, quia hoc caſu amborum fidem in ſolidum ſecutus eſt commodator, non cujuſque pro parte ſuâ virili. Sunt enim illi (licet non verè, propriè, & ſimpliciter) quodammodò tamen duo rei debendi. *d. §. fin.* At illi ejuſdem rei nomine pariter in ſolidum tenentur. *§. 2. Inſt. de duob. reis.* Obſtat *l. rem mihi. 21. §. 1. D. commod. in verbis (pro cujuſque parte.)* ℞. Ibi commodator non ſingulorum fidem in ſolidum ſecutus erat, ſed amborum ſimul, qui conjunctim vaſorum in ſe periculum receperant. Hotomann. *illuſtr. quæſt.* 19. Cujac. *tr.* 8. *ad African. in d. l.* 21.

Q. 16. An commodatarius regulariter ex naturâ contractus teneatur de culpâ leviſſimâ?

℞. AFfirmo. *§. 2. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* 1. obſtat *l. 5. §. 10. D. comm. ibi de ſolo dolo & lata culpâ*

 tene-

tenetur. 2. obſtat *l.* 13. *§. fin. junct. l. ſeq. D. de pign. act. ibi de levi duntaxat.* ℟. ad 1. In d. locis communis natura contractus exceditur. ℟. ad 2. Non abſolutè commodatum cum pignore in *d. l.* confertur, ſed quatenus eandem habet naturam, i. e. in eo utriuſque vertitur utilitas. *arg. l.* 18. *in fin. princ. D. commod.*

Q. 17. *An propriè res immobilis poſſit deponi?*

℟. MInimè. *arg. l.* 1. *D. depoſ.* Ratio, quia ejus cuſtodia ſpeciem mandati habet. Giphan. *in l. unic. C. de prohib. ſequeſtr. pecun.* Donell. 14. *comm.* 2. Diſſent. Bacchov. ad Treutl. *vol.* 1. *diſp.* 26. *theſ.* 3. *lit. d.* Mozz. *cap. de reb. quæ depon. poſſ.* 1. obſtat *l.* 21. *§. fin. D. de appell. l.* 5. *C. quor. appellat. non recip. l.* 20. *§. ult. C. de agricol. & cenſit.* 2. obſtat, *Atqui res immobilis fidei alicujus poteſt commendari. At deponere eſt commendare. l.* 185. *D. de verb. ſignif.* 3. obſtat *l.* 60. *§. fin. D. de leg.* 3. *l.* 16. *§.* 1. *D. de uſu & habit.* ℟. ad 1. In d. legibus non ipſa prædia, ſed fructus prædiorum cuſtodiuntur. ℟. ad 2. Non quævis commendatio parit depoſitum, ſed ea ſola, quæ fit cuſtodiæ cauſâ. *d. l.* 11. ℟. ad 3. Saltuum aut Inſulæ cuſtodia, non eſt depoſitum, ſed quædam obſervatio, ne intervertantur ſaltus, vel Inſula detrimentum capiat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 18 Quid Juris, ſi ex ciſtâ obſignata, aut ſacculo ſignato res magni pretii ſurreptas deponens queratur; an deficiente probatione (quæ ſc. ſit quantitas rerum ablatarum) ſtandum ſit ejus juramento in litem?

℟. MInimè. Sed audiendus potius depoſitarius jurejurando ſe purgaturus. Non enim res ſingulæ, ſed ciſta fuit depoſita. Atque adeò, ſecurus eſt depoſitarius, niſi deponens per teſtes aut inſtrumenta liquidò probare poſſit, res ejuſmodi tempore depoſitionis fuiſſe. *l.* 1. *§.* 41. *D. depoſ.* Niſi fortè contrà ipſum foret Juſta præſumtio: ut ſi vis ſit adhibita, aut ſignum ciſtæ vitiatum inveniatur, quo caſu ſtatur juramento deponentis. *l. ſi quandò.* 9. *C. unde vi.* ſc. ſi is ejus conditionis ſit, ut veriſimile ſit, eum res pretioſas habuiſſe. Quid enim ſi carnifex, lictor, manticularius, aut ſimilis, ſacculum aut follem depoſuerit? Lupinos potius & rapas quam uniones in eo fuiſſe, credendum eſt. Menoch. 2. *de arb. jud. caſ.* 208. *n.* 26. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 472. *n.* 14. Coſtal. *in l.* 1. *§. ſi ciſta. D. depoſ.* Obſtat, *Atqui depoſitarius tantum de latâ culpâ tenetur. §.* 3. *Inſt. quib. mod. re contrah. obl. At furtum levi culpæ aſſcribitur. arg. l.* 14. *D. de furt.* ℟. Lata culpa eſt, ſi, cum nil aliud ablatum eſt, ciſta reperiatur recluſa.

Q. 19. An res aliena pignori dari poſſit?

℞. NEg. *l.* 16. §. 1. *l.* 20. *D. de pign. act. tot. tit. C. ſi res alien. pign. dat.* 1. obſtat, *Res aliena poteſt vendi. l.* 28. *D. de contrah. empt. ergò & oppignerari. Quod enim emptionem venditionemque recipit, ait Ic. etiam pignorationem recipere poteſt. l.*9. §. 1. *D. de pign.* 2. obſtat, *Atqui datur contraria actio pignoratitia. d, l.* 16. §. 1. *Ergò pignus rei alienæ ipſo jure valet.* 3. obſtat *l.* 1. *C. ſi pign. ſit. dat. ubi pignus pignori datur; At pignus eſt res aliena.* ℞. ad 1. Neg. conſeq. Et regula *in d. l.* 9. §. 1. tunc demum procedit, niſi diverſa utriuſque dari poſſit ratio. Non enim per venditionem onus reale, quod cum ipſâ re tranſit, imponitur. *arg. l.* 3. *D. de oblig. & act.* Sicut è contrario per pignoris obligationem. *l.* 12. *D. de diſtract. pign.* ℞. ad 2. Neg. conſeq. Ex æquitate enim, ad ſervandas impenſas in rem factas, ideò hæc actio datur, quia non ea res data erat, quæ poterat pignori dari. Quemadmodum & utilitatis cauſâ hoc caſu actio directa datur debitori, ſi ſoluta ſit pecunia. Vid. *l.* 62. §. 1. *D. de contrah. empt.* §. *ult. Inſt. eod.* ubi competit actio contractus, licet ille ſit nullus, non ut contractus confirmetur, ſed ut præſtetur id quod intereſt. ℞. ad 3. Per illud non res ipſa, ſed jus tantum pignoris obligatur. *An ſi debitor rem alienam pignori dederit, ac deinde dominus rei pignoratæ ei ſucceſſerit, adeoque factus ſit debitor, creditori danda ſit pigno-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

pignoratitia? Affirmant Modeſtinus *in l. ſi Titio 22. D. de pign. & hypoth.* Negat Paulus *in l. 41. D. de pign. act.* Expreſſam antinomiam cum Hotomann. 5. *obſ.* 18. & Bacchov. *tract. de pign. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 8. *& ſeqq. agnoſco.* Diſſ. P. Fab. 2. *ſemeſtr.* 18. Vultej. *diſc. ſchol. c.* 17. Nicol. de Paſſer. *conciliat. pag.* 232. Schotan. *in exam. jurid. ad tit. Si res alien. pign. data ſit.*

Q. 20. *An nudâ oblatione pignus ſic ſolvatur, ut inde oriatur actio pignoratitia?*

℟. SI ea facta ſit in judicio, affirmo. *l. 9. §. fin. l. 20. §. 2. D. de pign. act.* & ſic accipienda *l. 6. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* Diſſ. Duaren. *de pign. act. c.* 4: Donell. *in l. 9. C. de ſolut. & DD. communiter.* Obſtat *l. 41. §. 1. D. de uſur. l. 9. C. de ſolut. in quibus & ſimilibus locis requiritur conſignatio & depoſitio.* ℟. Non ibi de laxando pignore (quod facilè admittitur) traditur, ſed de ſolutione, & eo caſu, quo quæritur, quandò quis ſit plenè liberatus ab uſuris. *An qui notoriè conſenſit in diſtractionem rei ſibi oppignoratæ cenſeatur pignus remiſiſſe?* Itidem affirmo *l. 4. §. 1. l. 7. l. 8. §. 15. D. quib. mod. pign. &c.* Idem ſi à creditore volente pignus non precariò vel commodatò reddatur *l. 7. C. de remiſſ. pign. junct. arg. l. 15. C. de ſolut. An verò mutatione rei oppignoratæ pignus tollatur?* Non eſt dubitandùm, ſi per eam res ipſa tollatur. Unde pignorata ſylvâ, navis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ex eâ facta non eſt pignori. *l.* 18. *§. pen. D. de pign. act.* Sin verò mutatio rei quid addat vel detrahat, non tollat, ſecus eſt. *l.* 21. *D. eod. Vid. l.* 98. *§. fin. D. de ſolut.*

Q. 21. *An pignore æque idoneo à debitore oblato pignus ſolvatur?*

℞. AFfirmo. 1. Quia per illud quod ſubſtituitur cauſa obligationis nequaquam mutatur. 2. Quia æquum eſt, hoc conſequi debitorem quod ſine diſpendio creditoris concedi poteſt. *l.* 38. *in fin. D. de evict.* 1. obſtat, *Aliud pro alio ſolvi invito creditore non poteſt. princ. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* 2. obſtat *l.* 9. *§.* 3. *D. de pign. act.* 3. obſtat *l.* 45. *§.* 2. *D. mand.* ℞. ad 1. Id procedit eo caſu, quo ſpecies, de quâ actum erat, eſt ſolvenda. In hanc enim cadit affectio, non autem ita in pignus, quod non jure proprietatis habetur. ℞. ad 2. Ibi pignus æquè idoneum non fuit oblatum. ℞. ad 3. Ibi cauſa obligationis mutabatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

Decima-Septima,

Ad Tit. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. Lib. 3. Inſtitut.

Q. 1. *An ſtipulatio quæ cauſâ deſtituitur valeat?*

R. MInimè. 1. Cum enim verus ac proprius ſit contractus. *§. fin. Inſt. de oblig. l. non ſolum.* 31. *D. de oblig. & act.* Atque ad eum cauſa requiratur *l. 7. §. 4. D. de pact.* ſequitur, nec ſine eâ ſtipulationem valêre. 2. Quia aliarum obligationum firmandarum gratiâ adinventa eſt ſtipulatio. *Princ. Inſt. de oblig.* 3. Quia ſtipulatio quæ cauſâ caret per exceptionem doli mali eliditur. *l. 2. §. 3. D. de dol. mal. except.* Unde forma quâ ſtipulatio à pacto diſtinguitur in eo conſiſtit, quod in illâ præter intentionem & animum deliberatum non ſolum conceptio verborum ſit neceſſaria. *§. 1. Inſt. de verb. oblig.* Sed & juſta cauſa, ſive negotium deſideretur. *l. 83. D. eodem.* At notandum, *Cauſam* in ſtipulatione non ſemper & præciſè eſſe dationem, vel factum, ſed aliquandò confirmationem contra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ctus vel conventionis. *d. princ. & l. 27. C. de pact.* Paul. *lib. 5. ſent. tit. 7. §. 1.* 1. obſtat, *Atqui nuſquam in Iure ſit mentio cauſæ.* 2. obſtat, *Sub quâvis conditione (etiam inutili) ut ſi (ex. gr.) in capitolium aſcenderis) quivis contractus poteſt celebrari, ergò cauſa in contractu non ſemper eſt neceſſaria.* R℞. ad 1. Nego. Deinde, ſufficit cauſam in genere in omni contractu requiri. R℞. ad 2. Neg. conſeq. Antecedens limit. ſi ſc. cauſa aliqua ſubſit. Non enim conditio (ut cauſa) de ſubſtantialibus, ſed adminiculis contractuum eſſe legitur. *l. 72. D. de contrah. empt. Uſu verò hodierno (quod & ſuprà monuimus) ſtipulationum & pactorum confuſa eſt natura, eorumque promiſcuus uſus, ſic, ut ex quolibet pacto legibus haud reprobato valida detur obligatio.* Cum in principio dictum ſit, ſtipulationem contractum eſſe: *An ſit contractus juris civilis hîc opportunè quæritur?* Affirmo. 1. *per §. 9. Inſt. de act. in fin.* 2. *per l. ex hoc Iure. 5. D. de Iuſt. & Iur.* 3. Quia formam (verborum ſc. ſolennitatem) à Jure civili habet. *§. 1. Inſt. de verb. oblig.* At Juſg. ſolo conſenſu perficitur, & fidem duntaxat intuetur. 4. *per l. 14. D. de novat. junct. l. 17. §. 1. D. de pæn.* ubi deportatus, qui tamen Jureg. utitur, ex ſtipulatione non tenetur. Cujac. *ad l. 1. D. de verb. oblig.* Vultej. *ad princ. Inſt. eod. num. 4. & ſeqq.* Diſſent. Ræyard. 4. *var. 15.* Hotom. *ad §. Ius autem Gentium. Inſt. de Iur. nat. Gent. & Civil.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. An ſtipulatio præſentiam utriuſque contrahentis requirat?

℟. AFfirmo. *l.* 1. §. 1. *D. de verb. obl. & ibi Cujac. Donell. Duaren.* Ratio, quia ſtipulatio verbis perficitur. At hæc præſentium ſunt, non abſentium. *l.* 1. §. 1. *D. quod juſſ.* 1. obſtat *l.* 2. *junct. l.* 4. §. 1. *D. de ſponſal.* 2. obſtat *l. ea, quæ à marito ſuo.* 57. *D. de donat. int. vir. & uxor.* ℟. ad 1. Quod & nudo conſenſu conſtituantur ſponſalia. *d. l.* 4. *in princ.* ℟. ad 2. Ibi epiſtola, de ſtipulatione facta inter præſentes, ab uxore emiſſa eſt ad maritum: ut patet ex verbis (*cum petenti mihi à te* (*Domine chariſſime*) *annuerit indulgentia tua viginti ad expediendas quaſdam res meas, &c.*)

Q. 3. An valeat ſtipulatio, ſi confeſtim interroganti non reſpondeatur?

℟. MInimè. *d. l.* 1. §. 1. Verum confeſtim, cominus, & è veſtigio videtur factum, quod quis poſt interrogationem, nullo interjecto negotio extraneo, eodem die ſpopondit. *l. continuus.* 137. *D. eod.* Unde, ſi mane interroganti veſperi præſenti & audienti reſpondeatur, valet procul dubio ſtipulatio. Vid. Cujac. Gædd. *in tract. de contrah. & comm. ſtipul. cap.* 4. *concluſ.* 2. *n.* 19. *& ſeqq. & DD. in d. l.* 1. Diſſ. Alciat. 1. *paradox.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. *An ſi quis plus ſpoponderit quam fuit interrogatus, valeat ſtipulatio?*

℟. NEg. §. 5. *Inſt. de inutil. ſtipul.* Ratio, quia non concurrit utriuſque conſenſus in idem placitum. Sed hoc procedit, niſi illicò diverſitas reſponſionis placuerit. *l.* 2. §. 3. *in fin. D. de verbor. oblig.* quo caſu valebit in minus, ſive plus ſit reſponſum, ſive minus. *d. l.* 1. §. 4. *&* 5. Si enim plus, amplius non debetur, quam in ſtipulationem deductum eſt: cum ex ſolo conſenſu non ſubſiſtat ſtipulatio. Sin verò minus; cum non promiſſum ſit amplius, peti quoque amplius non poteſt. Vid. *l.* 34. *D. de Reg. Iur.* Nec obſtat *d.* §. 5. Quia regula ibi propoſita perdit officium ſuum, ſimul ac continuò diverſum placuerit (uti dictum eſt.) Vid. Mynſing. *ad d.* §. 5. *& ibi* Tim. Fab. *diſput. anniverſ.*

Q. 5. *An valet ſtipulatio, ſi promiſſa ſit res quæ nullius eſt in commercio?*

℟. MInimè. Unde rem ſacram vel religioſam, vel uſibus publicis in perpetuum relictam fruſtrà quis ſtipulatur. *l.* 83. §. 5. *D. de verb. oblig.* Idem ſi quis ſtipuletur rem cujus commercium habêre non poteſt. *l.* 34. *D. eod.* ut ſi Præſes ſtipuletur fundum Provincialem, vel Judæus mancipium

Chri-

Chriſtianum. At ſi promiſſa ſit res, cujus commercium habet ſtipulator, ſed promiſſori denegatum, ſecus eſt. *d. l.* 34. Obſtat, *Quod promiſſor eam præſtare non poßit.* ℞. Habet quod ſibi imputet. Per *l.* 35. *D. eod. junct. l.* 155. *D. de Reg. Iur.*

Q. 6. An error in re, ſeu corpore vitiet ſtipulationem?

℞. AFfirmo. *§.* 23. *Inſt. de inutil. ſtipul. l.* 83. *§.* 1. *l.* 137. *§.* 1. *D. de verb. oblig.* ut ſi hominem Stichum à te ſtipuler, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris. Aut ſi ego de alliis loquar, tu de cæpis reſpondeas. Ratio, quia ſtipulatio, ut & cæteri contractus, ex conſenſu contrahentium valet. At ubi error eſt in re ſive corpore, conſenſus non reperitur. Obſtat *l.* 22. *D. eod.* ℞. Ibi non agitur de errore circà rem, ſed circà materiam. Ut ſi ego id, quod aurum aut argentum putabam, cum æs eſſet aut ſtannum, ſtipulatus de te fuero. Quo caſu æs aut ſtannum tradendum eſt, & ſi promiſſor dolo egerit, agetur in id quod intereſt. *l.* 18. *D. de dol. mal.* Quod & in pignore, & in legato procedit. *l.* 1. *in fin. D. de pign. act. l.* 4. *D. de condic. & dem.* Non autem in emptione venditione *l.* 9. *in fin. l.* 14. *D. de contrah. empt. & vend.* ut Exercit. 18. dicetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 7. An qui ſe facturum ſtipulanti promiſit, cogatur præciſè ad faciendum? an verò liberetur præſtando id quod intereſt?

R. POſterius affirmo. *l. ſi jactum retis.* 12. *D. de act. empt. & l.* 13. §. 1. *D. de re jud. l.* 72. & 75. *D. de verbor. oblig.* Duaren. Donell. *in d. l.* 72. & 75. Gomez. 2. *reſolut.* 13. *n.* 22. Bacchov. *in not. ad Treutl. vol.* 2. *diſp.* 27. Diſſ. poſt Bartolum Cujac. *in d. l.* 72. Coraſ. 2. *miſc.* 3. Pinell. *ad l.* 1. *p.* 3. *n.* 25. *C. de bon. matern.* 1. obſtat, *Fides eſt ſervanda: ergò præciſè ad faciendum tenetur.* 2. obſtat *l.* 35. §. *pen. & ult. D. de procur.* 3. obſtat *l. Fideicommiſſa.* 11. §. *ult. D. de leg.* 3. 4. obſtat *l. hereditatem.* 28. *D. de donat.* 5. obſtat §. 7. *Inſt. de fideicomm. hered.* 6. obſtat *l.* 8. *D. de oper. liber.* R. ad 1. Neg. conſeq. Ad antecedens; fides eſt ſervanda, ſc. eo modo, quo lex contenta eſt. R. ad 2. Cogitur procurator defendere, non ut præciſè factum defenſionis præſtet, ſed ut obligationi ſatisfaciat, i. e. ut vel defendat, vel, ſi nolit, præſtet id quod intereſt. Vid. *l.* 45. *D. de procur.* R. ad 3. Id totum tribuendum favori ultimæ voluntatis teſtatoris; cum enim ab eo induſtria perſonæ legatarii foret electa, is per legatarium opus fieri ſpecialiter mandavit. R. ad 4. Verba *d. l.* (*cogendam eam per actionem præſcriptis verbis patrem adverſus eos defendere*) non continent coactionem præci-

ſam

ſam; ſed juxtà naturam actionis præſcriptis verbis, alternativam, i. e. ut aut fiat quod conventum eſt, aut id quod intereſt præſtetur. R/. ad 5. Nec ibi præciſa neceſſitas incumbit heredi, ſed eo tergiverſante hereditas habetur pro adita: ut poteſtate Juris tranſeant actiones, nec locus ſit heredibus ab inteſtato. R/. ad 6. Ibi agitur de jure ſpeciali, idque ob ſummum libertatis beneficium, quod patronus contulit in libertum. Unde & magis hic illi devinctus conſtituitur. Hæc ita de iis qui ad faciendum obligantur. *An idem in iis qui ad dandum tenentur?* non videtur. *l. 75. §. fin. D. de verb. oblig. l. 68. D. de rei vind. Moribus verò etiam in omnibus faciendi obligationibus, modò quis faciendi facultatem habeat, præciſè facere tenetur.* Chriſtin. *vol. 1. deciſ. cur. Belg. 323. n. 8. Inſtr. Supr. Cur. Holl. art. 275. Ampl. Inſtr. Cur. Provinc. art. 14. Coſtum. van Antwerp. tit. 68. art. 42. & ſeq.*

Q. 8. *An qui alienum factum promiſit ullo modo ſit obligatus?*

R/. NEg. *§. 3. Inſt. de inutil. ſtipul. l. 38. in princ. & §. 1. D. de verb. oblig.* quiſque enim de ſe, non de alio promittere debet. Obſtat *l. 5. D. de duob. reis. ubi operæ fabriles rectè promittuntur; ergò & factum alienum.* R/. Neg. conſeq. Nil enim in operis fabrilibus præter mercedem fabrorum promittitur. *Quid ſi juramentum promiſſor addiderit?* Æque non tenebitur. Niſi quod propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

pter juratam fidem ad exactiſſimam diligentiam videatur hoc caſu obſtrictus. Cum enim contractus non ſubſiſtit, juramentum, quod ſemper ſequitur naturam negotii cui adhibetur, nullius eſt momenti. Vid. *l. 7. §. 16. D. de pact. junct. l. fin. C. de non num. pecun.* Accedit, quod juramentum de re impoſſibili interpoſitum non valeat. *An verò liberetur, qui promiſit ſe effecturum, ut alius det, ſi ſummam diligentiam adhibuerit?* Haudquaquam. *d. §. 3. & §. 21. Inſt. eod.* plenarius enim effectus deſideratur. Nec etiam hoc caſu tam factum promittitur, quam pecunia. Id enim verba continent, ut alter det, vel ipſe qui promiſit. At perinde eſt, à quo ſatisfiat ſtipulatori. 1. obſtat *d. §. 3. in verb.* (*ſe effecturum*) *ergò ſi per ipſum promiſſorem non ſteterit, liberatur.* 2. obſtat, *Caſus fortuitus à nemine præſtatur. l. 6. C. de pign. act. ergò ultrà ſummam diligentiam nil requiritur.* 3. obſtat *l. 2. §. 1. & ſeqq. D. ſi quis caution. in judic. ſiſt. cauſ. fact. non obtemp.* 4. obſtat, *Promiſſio rei impoſſibilis non valet.* ℟. ad 1. d. verba (uti dictum eſt) plenarium requirunt effectum. ℟. ad 2. Antecedens procedit in iis, in quibus de transferendo rei dominio, quod penes tertium erat, tractatur. ℟. ad 3. Non ibi agitur de caſu, quo cenſetur per promiſſorem ſtare, donec effectu quod quis promiſerat, præſtetur. ℟. ad 4. Promiſſor ob proprium factum tenêtur.

Q. 9. Si quis dari vel fieri aliquid ſtipuletur, & ſi factum non erit, pœnam: an per poſteriorem pœnalem cenſeatur facta novatio?

℟. NEg. *l.* 122. *§. Flavius. D. de verb. oblig.* Quia non contrahitur nova obligatio, niſi hoc expreſſè ſit actum. *l. ult. C. de novat.* at pæna non debitoris, ſed creditoris cauſâ, ut priorem ſtipulationem firmiorem reddat, magiſque cautum ſit ſtipulatori, adjecta videtur. *§. fin. Inſt. eod.* Quapropter integrum eſt creditori, agere ex principali obligatione, vel pænam perſequi. Alterutrâ enim actione contentus eſſe debet, niſi amplius quid ſit in altera: tum enim id quod excedit creditor adhuc conſequi poteſt. *l.* 28. *l.* 47. *D. de act. empt.* Sand. 3. *deciſ. Friſic.* 4. *defin.* 4. 1. obſtat *l.*24. *D. quand. dies legat.* 2. obſtat *l.*84. *D. de verb. oblig.* 3. obſtat *l.* 44. *§. fin. D. de obl. & act.* ℟. ad 1. *in d. l.* Poſterius legatum (*decem*) debetur, non ex cauſâ novationis, ſed vi ademptionis prioris legati, eò quod videatur neglexiſſe teſtatoris voluntatem. ℟. ad 2. Ibi mora erat facta: at eo caſu datur jus potius creditori. ℟. ad 3. Non ibi vera ſit novatio, ſed quaſi. Vid. Zaſ. *Sing. intellect. c.* 4. Duaren. *in l.* 115. *D. de verb. oblig.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 10. *An ex purâ ſtipulatione, confeſtim, ſine ullo laxamento temporis agi poſſit?*

℞. NEquaquam. 1. Quia tantum ſpatium prætereat eſt neceſſe, quo traditio commodè fieri poſſit. *§. ult. Inſt. de inut. ſtipul. l. 14. D. de verb. obl.* 2. Per *l. 105. D. de ſolut.* 3. Quia conventiones humanæ civiliter ſunt interpretandæ. *l. 9. D. de ſervitut.* Et cum certum tempus in ſtipulatione non eſt conſtitutum. *§. 2. Inſt. de verb. oblig.* totum illud judici moderandum relinquitur. Schneidw. *& DD. ad d. §. 2. Inſt. de verb. oblig.* Diſſ. Cujac. *ibid.* 1. obſtat *l. 21. §. 1. D. de conſt. pecun. ex quâ decennium indulgendum debitori videtur.* 2. obſtat *l. 31. D. de re jud. ibi fit mentio duorum menſium. & quatuor. in l. fin. C. de uſur. rei jud.* 3. obſtat *l. 45. §. 10. D. de Iur. Fiſc.* ℞. ad 1. Id procedit in conſtituto tantum. ℞. ad 2. Ibi de condemnatis, quibus executio imminet, tractatur. At facilius actio quam executio decernitur. ℞. ad 3. Ibi agitur de debitoribus fiſci. In quibus multa ob ſingularem rationem ſingulariter ſunt recepta.

Q. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An duo pluresve rei promittendi Jure noviſſimo gaudeant beneficio diviſionis?*

℟. OLim in ſolidum fuiſſe obligatos, conſtat ex *§. 1. Inſt. de duob. reis.* at id correctum eſſe per *Novell. 99. c. 1.* certo certius puto. *adde auth. hoc ita. C. de duob. reis.* Baro. Mynſing. *ad d. tit. Inſtit.* Weſembec. *in Pandect. eod. n. 7.* Giphan. *in l. 2. C. eod.* Gædd. *in tr. de contrah. ſtipul. c. 5. n. 160.* Bachov. *not. ad Treutl. diſp. de verb. oblig.* Diſſ. *DD. Communiter.* Donell. *in d. authent.* Coſtal. *in l. vir uxori. 17. D. ad Sc. Vellej.* Arum. *exerc. 13. theſ. 9.* Obſtat, *Quod in d. Novell. non de omnibus reis debendi generaliter & ſimpliciter agatur, ſed de iis ſolummodò, qui alternâ fidejuſſione ſunt obligati. Quapropter etiam d. Novell. inſcribitur,* περὶ ἀλληλεγγύων. ℟. Id falſum eſt. Et verbum Græcum (ἀλληλεγγύοι) ibi duos Reos indicat. Sic qui duo rei dicuntur *in d. l. vir uxori.* Ii Græcis ſunt ἀλληλεγγύοι. Harmenop. *lib. 3. tit. 6. §. 11.* Accedit, quod & correi tacitè mutuâ fidejuſſione invicem ſunt obſtricti. At hi ante Juſtiniani conſtitutionem hoc beneficium ex Epiſtolâ Divi Hadriani habuêrunt. Vid. *l. 11. D. de duob. reis.*

Q. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An qui ſinguli in ſolidum obligantur ſtatim æſtimandi ſint duo rei debendi?*

℟. NEquaquam. Hi enim ab illis, ut ſpecies à genere, diſtinguuntur. Propriè enim & vere duo rei debendi ſunt, cum initio contractus expreſſim vel tacitè actum eſt, ut ſinguli in ſolidum tenerentur. Ut ſi quis (ex gr.) à duobus ſimul ſtipulatus fuerit dari, utriuſque fidem ſecutus in ſolidum; vel ſi duobus eandem rem pariter commodaverit, vel locaverit, vel depoſuerit. *l.* 3. *D. de duob. reis. l.* 9. *D. eod. l. cum apparebit.*47. *D. locat.* At ſi quis rem ſuam ſimul commodaverit, vel ſi quis juſſu patris filiof. pecuniam crediderit: licet cum quovis agi in ſolidum poſſit. *l.* 5. *§. ult. D. commod. l. pen. D. quod cum eo qui in alien. pot.* reos tamen debendi eſſe nemo non negaverit.

Q. 13. *An ſeparata reſponſio, vel temporis intervallum inter Caii & Mævii reſponſionem intercedens, rectè conſtituat correos debendi?*

℟. AFfirmo. *l.* 3. *D. de duob. reis.* niſi immodicum illud temporis intervallum fuerit. *l. duos reos.* 6. *in fin. D. eod.* Ronchegall. *in dd. ll.* Duaren. *comm. ad eund. tit. c.* 1. Obſtat *princ. Inſt. eod.* ℟. *in d. princ.*

actum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

actum non erat, ut conſtituerentur correi, ſed ſimpliciter ſeparatim accepti fuerunt. At *in d.l.* 3. ea fuit mentio & intentio, ut correi fierent.

Q. 14. *An ad omnem obligationem rectè accedat fidejuſſor?*

℞. NOn eſt dubitandum. *§. 1. Inſt. de fidejuſſ.* Licet vel ſit obligatio naturalis tantum. 1. obſtat *l. 6. D. de verb. oblig. ubi fidejuſſor pro prodigo non admittitur: Licet is obligetur naturaliter.* 2. obſtat *l. 11. D. de fidejuſſ. ubi pro filiof. intervenire non poteſt. Qui tamen tenetur naturaliter. l. 9. §. fin. l. 10. D. ad Senatuſc. Macedon.* 3. obſtat *§. 5. in princ. Inſt. de fidejuſſ. ubi durior conditio eſſe poſſe in fidejuſſore, quam reo principali, negatur. At in caſu, quo quid naturaliter debetur, durior eſt cauſa fidejuſſoris.* ℞. ad 1. Id ideò eſt, quod prodigus ſolum de facto, non verò Juris efficaciâ obligetur naturaliter. Eò quod is ratione deſtitutus & furioſo ſimilis lege dicatur. Vid. *d. l. 6.* ℞. ad 2. Non agitur *in d.l.* de fidejuſſore qui interceſſit pro filiofam. ſed de eo quem pater dederat. At contra patrem nulla prorſus eſt actio. Verum exceptio Senatuſconſulti etiam competit fidejuſſoribus filiorumf. *l. 9. §. 3. D. ad Senatuſc. Macedon.* niſi donandi animo acceſſerint. ℞. ad 3. Major propoſitio intelligitur ratione rei. *d. §. 5.* & hoc ſenſu negatur minor. Non enim in majorem ſummam, vel in plus iſthoc caſu fidejuſſor tenetur, ſed tantum ratione vinculi arctius obli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

gatur. Sibi enim imputet, quod pro tali fidem ſuam interpoſuerit.

Q. 15. *An fidejuſſor de facto acceptus in majorem ſummam, quam reus principalis debet, ſaltem teneatur ad concurrentem?*

℟. NEquaquam. Per *l.* 8. §. 7. *in verbis (placuit eos omninò non obligari)* D. *de fidejuſſ.* Fund. in defectu formæ conſiſtit. Eâ enim non obſervatâ totus actus corruit. Connan. 6. *comm.* 6. *n.* 8. Cagnol. *in l. in eo quod plus.* D. de R. I. Fachin. 8. *contr.* 51. Tim. Fab. *diſp. anniv. ad* §. 5. *Inſt. de inutil. ſtipul.* 1. obſtat, *Summa minor ineſt majori. l.* 1. §. 4. *in fin.* D. *de V.O.* 2. obſtat, *Qui gratificari voluit in majori, multò magis in minori voluiſſe vidêtur.* 3. obſtat, *Utile per inutile non debet vitiari. d. l.* 1. §. 5. *c. utile.* 37. *de Reg. Iur. in* 6. 4. obſtat *l.* 33. D. *mand.* 5. obſtat *d. l.* 8. §. 7. *ubi* non omninò, *i. e. non quidem in totum, ſed in concurrentem ſummam fidejuſſio valere videtur.* 6. obſtat *l* 22. *C. eod.* 7. obſtat *l.* 11. §. 1. D. *de conſtit. pecun.* 8. obſtat *l.* 24. D. *de re judic. ubi fidejuſſor mariti damnatur in ſolidum: cum maritus actione de dote conventus ſoluto matrimonio non teneatur ultrà quod facere poteſt. l.* 17. D. *eod.* ℟. ad 1. Id non attenditur, quoties pro formâ quid deſideratur. At ad formam attinet, ut non aliud promittatur, quam in ſtipulationem deductum eſt. ℟. ad 2. Hic non diſputatur quid

voluiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

voluiſſe fidejuſſor videatur, ſed an is debitè ſit obligatus ex formâ juris. ℟. ad 3. Hæc regula fallit, ubi aliquid pro formâ deſideratur. Deinde, hoc non eſt abſolutè verum, ſed ita demum, ſi *inutile* ſit ſeparatum & diſtinctum. ℟. ad 4. & 6. Ibi non agitur de debito, ſed mandato minoris ſummæ. At ſine mandato poteſt eſſe fidejuſſio, non autem ſine debito. ℟. ad 5. Negatur. Ius enim ibi planum eſt & certum. Licet enim particula (*non*) præponi debuiſſet, haud raro tamen poſtponitur. Vid. *l. non ſortem. 26. §. 3. D. de condict. indeb. l. 3. §. 2. D. de admitt. tut. l. 4. §. 3. D. rem pupill. ſalv.* ℟. ad 7. Ibi quis conſtituerat qui ipſe debebat. At qui pro alio, omninò non obligatur. *d. l. 8. §. 7.* ℟. ad 8. Marito contrà rigorem juris humanitate & benignitate ſuadente juvatur. *Vſu verò Fori in quantitatem à reo debitam fidejuſſor tenetur.* Vid. Groenew. *de ll. abrog. in d. l. 8.*

Q. 16. An liberetur fidejuſſor, ſi creditor terminum ſolvendi prorogaverit debitori?

℟. NEg. Idque ſive fidejuſſor ſciverit, ſive ignoraverit. Non priori caſu, quia cum id fieri paſſus ſit tacitè conſenſiſſe, & denuò ſe obligaſſe cenſetur. Non poſteriori, quia hîc de perpetuandâ tantum obligatione tractatur. At tunc mora Rei nocet fidejuſſori. Vid. Mynſing. 3. *obſ.* 53. Gail. 2. *obſ.* 30. Fachin. *controv.* 88. Obſtat *l.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

§. 11. D. locat. & l. 7. C. eod. ubi nudus conſenſus non ſufficit, ad hoc, ut quis ex prorogatione locationis teneatur. ℞. *in d. l.* non agitur de prorogatione temporis facta debitori, ſed locationis quæ ad tempus facta erat. At illo caſu tantum continuatur vetus obligatio. Hoc verò ulterior & quaſi nova contrahitur.

Q. 17. *Cum diſputatur, an fidejuſſor ſit ſolvendo, nec ne, an creditori incumbat probatio?*

℞. AFfirmo. Per *l. 28. D. de fidejuſſ.* non fidejuſſori; quia non ipſo Jure inter fidejuſſores hactenus dividitur obligatio. *l. 26. D. eod.* quatenus ſc. fidejuſſor beneficium allegare debet. 1. obſtat, *Quod fidejuſſor, cum excipiat, exceptionem probare debeat. l. 19. D. de probat.* 2. obſtat, *Affirmanti incumbit probatio. Ergò fidejuſſori.* ℞. ad 1. Cum fidejuſſor beneficium allegaverit, tunc à creditore aſſerenti illud locum habêre non poſſe, illud probandum eſt. ℞. ad 2. Cum creditor ſolidum petit à confidejuſſore, eò quod reliquos dicat non eſſe ſolvendo, affirmat & ſe fundat in eo quod idonei non ſint; unde hoc probare poteſt. Inſt. *Atqui negantis nulla eſt probatio.* ℞. id accipiendum de negatione facti. Quæritur porrò, *An beneficiis ordinis & diviſionis renunciare ſit permiſſum?* Cum hæc ad privatorum commodum ſpectent, & objecto tenus ſint Juris privati, non eſt dubitandum, quin eorum pactionibus ad quos pertinent tollantur. *l. pen. C. de pact.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 18. *An pro reo criminis atrocioris (puta Cædis) pœnæ ſolvendæ cauſâ fidejuſſor dari poſſit?*

℟. MInimè. Ratio 1. quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum. *l. liber homo. 13. D. ad l. Aquil.* 2. Quia iſthoc pacto non emendabitur reus. 3. Quia nec exemplum ſtatuetur, ut oportet, nec hâc ratione conſanguineis occiſi ſatis fiet. 1. obſtat 1. *Reg. 20. verſ. 38. & ſeqq.* 2. obſtat, *Quod laudetur fides Damonis & Pythiæ, quorum alter pro altero (ut refert Cic. 3. offic.) ſe vadem conſtituit apud Dionyſium Tyrannum.* 3. obſtat, *Atqui obſides pro Patriâ ultimo ſe ſupplicio ſubmittunt. Hinc* 300. *obſides in forum productos, & virgis cæſos, ſpectante populo Appius Claudius ſecuri percuſſit.* Dion. Halicarn. *lib. 6. Et Tarentinorum obſides de Saxo Tarpejo dejecti leguntur.* Vid. Liv. *lib. 25. c. 7.* 4. obſtat, *Quod multi pro ſalute Reipub. (ut Codrus, Q. Curtius, &c.) mortem oppetere haud dubitaverint. Ergò & pro amico.* ℟. ad 1. Propheta, de quo d. loco, morti adjudicatur, propter ſeveritatem diſciplinæ militaris (eò quod non paruiſſet Duci, qui captivum ad illum adduxerat.) Adde, quod acceſſerit etiam pactio & conſenſus Prophetæ, tanquam ſequeſtri, ob quem ſeveritatis ſenſus quodammodò minuitur & mitigatur. ℟. ad 2. Legibus, non exemplis eſt judicandum. *l. nemo. 13. C. de ſentent. & interloc.* ℟. ad 3. Alia eſt ratio fidejuſſorum, quam obſidum. Illi enim ex propriâ voluntate con-

conſtituuntur. At hi ex neceſſitate etiam flentes & inviti à Victore vel univerſitate traduntur. ℞. ad 4. Neg. conſeq. Cum enim Patriæ & Parentibus vitam debeamus, hæc ab illis in extremâ neceſſitate conſtitutis jure quodam ſuo à nobis repetitur. At non idem obſequium amico (cui vitam debêre haud poſſumus) præſtandum eſt. *Quid ſi agatur ex delicto civiliter ad pœnam pecuniariam?* Fidejuſſor audietur. *l.* 8. §. 5. *D. de fidejuſſ.* Idem in cauſâ criminali, in quâ mulctandus eſt reus pecuniariè. *l.* 3. *D. de cuſtod. reor.* Secus verò, ſi pœna capiti aut corpori Judici infligenda videatur. An verò crimen ſit ejuſmodi, ut fidejuſſoribus reus committendus videatur, id arbitrio Judicis relinquitur. *l.* 1. 2. 3. *d. t.* Menoch. 2. *arbitr. jud. quæſt. caſ.* 306. *n.* 16. *&* *ſeq.* Clar. 5. *ſent.* §. *ult.* *q.* 46. *n.* 11.

Q. 19. *An exceptio non numeratæ pecuniæ poſt biennium locum habeat, ſi creditor onus probandi in ſe ſuſcipere velit?*

℞. MInimè. 1. Per *tit. Inſt. de liter. oblig. l. ult. C. de condict. ex leg. l.* 8. 10. 14. *in princ. C. de non num. pecun.* 2. Quia alioquin nullus foret contractus literarum, nec ullus effectus ſcripturæ, quam ad ſolam probationem. 3. Quia tunc obligatio non ex literis, ſed ex re naſceretur. 4. Quia non licet debitori poſt lapſum biennii ne quidem juramentum offerre. *d. l.* 14. §. 3. 5. Quia tunc demum

demum hæc exceptio eſt perpetua, ſi ſc. intrà biennium mota ſit querela, vel facta proteſtatio. *d. l.* 14. §. *ult.* Duaren. *ad d. tit. C cap.* 4. Donell. *ad d. l.* 8. *n.* 21. Gudelin. *lib.* 2. *de jur. noviſſ. c.* 6. Schotan. *in exam. jurid. ad d. tit. C.* Joh. Fab. *ad d. tit. Inſt.* & Tulden. *c.* 3. *& clariſſ.* Vinn. *n.* 8. 9. Diſſent. Bartol. *in l.* 3. *& l.* 14. *d. tit. C.* Gomez. 2. *var. reſol.* 6. *n.* 7. Baro, Schneidw. Bachov. *& DD. communiter ad d. tit. Inſt.* 1. obſtat, *Quod iniqua exactio non ſit admittenda. l.* 6. *D. de offic. præſ.* 2. obſtat, *Quod omnis exceptio ſit perpetua. l.* 5. §. *ult. D. de dol. mal. except.* 3. obſtat, *Quod exceptio doli perpetuò competat. At hæc cum exceptione non numeratæ pecuniæ concurrit.* 4. obſtat, *Lapſus biennii non poteſt plus adimere debitori, quam quod prius ex biennio habuit; ergo nil præter immunitatem probandi ipſi adimere poteſt.* ℞. ad 1. Id verum eſt. At iniquam exactionem eſſe; ſi quis debitum petat, nego. Notandum enim; ſcripturam ex ſe ſolam non eſſe cauſam hujus obligationis: ſed confeſſioni literis expreſſæ accedere lapſum temporis, intra quod ille qui ſcribit, aut queri debet, aut exceptionem non numeratæ pecuniæ proponere. Unde cum hoc caſu negligentia ſcribentis culpetur contrà civilem æquitatem, quæ boni publici finem & judiciorum expediendorum facilitatem maximè ſpectat, hinc, ne ſemper in incerto forent jura earum conventionum quæ in ſcripturis exprimuntur, literarum obligatio à lege robur accepit. ℞. ad 2. Eâ ſc. exceptâ, quæ etiam ultrò à debitore per modum actionis proponi poteſt. ℞. ad 3. Exceptio doli mali ſpe-

cialis eſt perpetua. At exceptio doli, quæ concurrit cum exceptione non numeratæ pecuniæ, eſt generalis tantum. Cujus ea natura eſt & efficacia, ut illius naturam & conditionem cum quâ concurrit ſemper imitetur. *l.* 2. *§. generaliter. D. de except. dol. mal.* R. ad 4. Si retorqueatur, firmiſſimum pro noſtra ſententia erit argumentum. Nam ſi lapſus biennii id totum adimat, quod biennium debitori tribuit, ſequitur, cum biennium non ſolum immunitatem probandi concedat debitori, ſed maximè exceptionem pecuniæ numeratæ, & eam poſt lapſum tempus à lege definitum ceſſare. *Noſtris verò & aliorum moribus, ſimul ac emiſſa eſt pecuniæ numeratæ cautio, ſuæ confeſſioni acquieſcere ſcriptor debet, ac fiduciariæ conſignationi, vulgò* (**provisie van namptiſſement**) *locus erit.* Cavendum itaque, ne aliter quam ſimul cum traditione pecuniæ Chirographum emittatur: Si ſecus fecerit debitor, eſt quod ſibi imputare, ſuæque facilitati acceptum ferre debeat. Friſii, quoad non numeratæ pecuniæ exceptionem, jure ſcripto utuntur. Sand. *deciſ. Friſic. lib.* 1. *tit.* 8. *defin.* 3. niſi huic exceptioni renunciatum ſit. Sand. *lib.* 3. *tit.* 2. *defin.* 1. At uſu fori Hollandici, debitor paratus probare pecuniam ſibi numeratam non eſſe, auditur. Aut deficientibus ſibi aliis probationibus, jusjurandum deferre creditori poteſt: qui illud ſubire, aut referre neceſſe habet; juxtà *l.* 38. *D. de jurejur.*

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM DECIMA-OCTAVA,

Ad Tit. 25. & 26. Lib. 3. Inſtitut.

Q. 1. *An quis invitus ad vendendum vel emendum cogi poſſit?*

℞. NIſi ſubſit cauſa publica, aut alia juſta ratio, nego. *l.* 11. *&* 13. *C. de contrah. empt.* Gomez. 2. *variar. reſol. c.* 6. Mynſing. 5. *obſ.* 27. *&* 79. 1. obſtat, *Atqui privatis ob cauſam publicam damnum inferri non debet.* 2. obſtat *l.* 11. *D. de Reg. Iur.* ℞. ad 1. Nec quoque infertur: quia juſtum pretium venditoribus eſt perſolvendum. *arg. l.* 15. *§.* 2. *D. de rei vind. l.* 12. *D. de relig.* Nec obſtat *d. l.* 15. *§.* 2. in verbis (*modico honoris gratiâ poſſeſſori dato.*) quia *modicum in d. l.* eſt juſtum & commune pretium, quod publici honoris cauſâ, & ex æquitate ex publico poſſeſſori annumeratur. ℞. ad 2. Ibi non agitur de utilitate publicâ. Ex præced. infertur, ob publicam utilitatem ſubditis bona auferre licere. Huc pertinet *l.* 15. *§. fin. D. de injur. l.* 3. *C. de primipil.* Anton. Gabriel. *lib.* 3. *de jur. quæſit. toll. concluſ.* 2. Gail. 2. *obſ.* 56.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. *An res aliena poſſit vendi?*

℞. AFfirmo. *l.* 28. *rem alienam. D. de contrah. empt. l.* 11. *§.*2. *D. de action. empt.* non enim *dare*, ſed *tradere* duntaxat rem venditor tenetur. Obſtat, *Atqui res aliena non poteſt pignori dari. l.* 20. *D. de pignor. act. l.* 6. *C. quæ res pignor. oblig. poſſ. Ergò nec vendi.* ℞. Neg. conſeq. Ratio diverſitatis eſt, quod ſpecialiter per obligationem pignoris onus reale, quod cum re tranſit, imponatur. *l.* 12. *§.* 1. *D. de diſtract. pign.* at per venditionem, ceteraſque obligationes res ipſa non oneratur. *l.* 3. *D. de oblig. & action.*

Q. 3. *An annuorum redituum emptio ſit licita?* ut (ex. gr.) do tibi mille, ut ex domo tuâ vel fundo quotannis ſolvas quinquaginta, vel tritici tantum.

℞. AFfirmo. 1. c. 1. 2. *extravag. commun. de empt. & vendit. Novell.* 160. 2. Quia emptor ex ſuâ re fructum percipere potuit. Gail. 2. *obſ.* 7. *n.* 4. Covarruv. *var. reſol. cap.* 7. *n.* 2. Dominic. Soto 6. *de juſtit. & jur. q.* 5. *art.* 1. 1. obſtat, *Quod in emptione utrumque nequeat eſſe pretium. l.* 1. *D. de contrah. empt. vendit. l.* 1. *D. de rer. permut.* 2. obſtat, *Quod ille contractus videatur eſſe uſurarius.* ℞. ad 1. Quod nec utrumque in hoc negotio pretium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

pretium ſit. Pecunia enim, quam venditor redituum quotannis præſtat, *merx* eſt. Quam verò emptor venditori ſolvit, *pretium*. ℞. ad 2. Negatur. Cum enim uſuræ jure civili ſint licitæ, uſurarius dici nequit ille contractus, in quo (reſpectu pretii) legitimus modus uſurarum ſervatur.

Q. 4. *An arrharum jacturâ emptio perfecta annihiletur?*

℞. MInimè. Fund. Si enim emptio venditio nudo conſenſu perfecta contrahentium pænitentiâ non annihiletur, niſi ſimul præſtetur id quod intereſt. *l.* 1. *D. de act. empt. l. ſi traditio. C. eod.* multò ergò minus, ſi arrharum datio ad ejus corroborationem acceſſerit. Obſtat *princ. Inſt. de empt. vend. l. contractus. C. de fid. Inſtrum.* ℞. d. locis de contractu nondum perfecto tractatur. Weſembec. *in Paratit. D. de contrah. empt. n.* 9. Arum. *exerc.* 14. *theſ.* 9. Diſſ. *DD. Communiter.*

Q. 5. *An venditor ad dationem rei, ſicut Emptor ad dationem pretii teneatur?*

℞. MInimè. Sufficit enim traditio. *§.* 1. *Inſt. de empt. & vendit.* 1. obſtat, *Correlativorum eadem eſt ratio, & quod in uno diſpoſitum reperitur, id & in alterò diſpoſitum cenſetur. At emptor & venditor ſunt*

correlativa. 2. obſtat, *Pretium ſuccedit in locum rei. l. ſi & rem. 22. D. de hered. petit. ergò pretium venditori non acquiritur, ſi rei alienæ dominium non tranſeat in emptorem.* ℞. ad 1. Illud obtinet, quoties illorum eadem eſt ratio. At in caſu propoſito alia atque alia eſt ratio. Pretium enim, niſi detur ab emptore, nullum habêre poteſt uſum. *arg. §. 2. Inſt. de uſuf.* At res, licet facta non ſit accipientis, ſed ſolummodò tradita, alteri commodari, locari, &c. poteſt. ℞. ad 2. alia eſt rei venditæ & pretii ab emptore ſoluti ratio. Emptor enim ſolvit nummos ſuos: at venditor, rei, cujus non fuit dominus, dominium in emptorem transferre non poteſt.

Q. 6. An diſſenſus partium impediat emptionem?

℞. Diſting. Vel ille verſatur, circà materiam; vel circà perſonam, ſive modum obligandi. Priori caſu (*ut ſi æs pro auro venditum ſit.*) Affirmo. *l. 9. in princ. & §. 2. l. 14. D. de contrah. empt.* Poſteriori, nego. Obſtat *d. l. 14. in verbis* (*nam ſi inauratum aliquid ſit, licet ego aureum putem, valet venditio*) *cui adverſatur l. 41. §. 1. D. eod.* ℞. *in d. l. 14.* Agitur de inaurato ſimpliciter pro aureo vendito. Quo caſu valet quidem venditio, cum aurum quoque ſit inauratum. Sic tamen, ut indemnis ſervandus ſit emptor qui erravit. *l. 21. §. 2. D. de action. empt.* At *in d. l. 41. §. 1.* menſa argento cooperta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

non ſimpliciter, ſed ſpeciatim pro ſolida, ſive ut ex ſolido argento conſtaret, vendita erat.

Q. 7. An ergò emptio, cui dolus cauſam dedit, ſit ipſo jure nulla?

℟. AFfirmo. *l.* 34. §. 3. *D. de contrah. empt.* Fund. Quia dolus dans cauſam contractui bonæ fidei (qualis eſt emptio vendito. *tit. Inſt. de obligat. ex conſenſ.*) eum reddit ipſo jure nullum. *l.* 7. *D. de dol. mal. l.* 16. §. 1. *D. de minor. l.* 3. §. *fin. D. pro ſoc.* quapropter actione ex eo contractu deſcendente non agi debet in id quod intereſt. Diſſent. Coraſ. 2. *miſcell.* 8. Robert. 3. *animadverſ.* 1. 2. & 4. 1. obſtat *l.* 16. §. 4. *D. de minor.* 2. obſtat *l. Iulianus.* 13. §. 4. 7. & §. *ſi quis colludente.* 27. *D. de act. empt.* 3. obſtat *l.* 12. §. 1. *D. de jur. dot.* 4. obſtat, *Quod contractus bonæ fidei doli mali exceptionem in ſe contineat. l.* 7. §. *adeò.* 6. *D. de pact. ergò dolus malus contractum nunquam reddit ipſo jure nullum.* 5. obſtat *l.* 5. *C. de præd. min. verb.* (*minoris.*) 6. obſtat *l.* 5. *C. de reſcind. vend.* ℟. ad 1. Ibi non agitur de circumventione doloſâ circà cauſam eſſentialem contractus, ſed quæ incidit circà pretium ſive æſtimationem rei. Vid. *quæſt. præced.* ℟. ad 2. Et ibi tractari de dolo incidente. ℟. ad 3. Et ibi ſimiliter. Vid. quæ ad 1. objectionem reſpondimus. ℟. ad 4. Ficulnea iſta conſequentia eſt. ℟. ad 5. Iſtud verbum non ad pretium, ſed ad perſonam *minoris* pertinet. ℟. ad 6. Eam confirmare aſſertionem noſtram.

Fund.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Fund. quia ibi tractatur de reſciſſione quæ fit ipſo jure; per verba (*contrarium eſſe dolum bonæ fidei*) Vid. *l.* 64. §. 1. *D. de condic. & dem. l.* 116. *D. de Reg. Iur.* At contractus ſtricti juris, cui dolus cauſam dedit, mero jure ſubſiſtit. *l.* 5. *C. de inutil. ſtipul.* Licet enim in omnibus bona fides requiratur. *l.* 4. *C. de oblig. & act.* non tamen eodem modo: hanc enim in contractibus bonæ fidei (ut fundamentum) exigimus: ſecus verò in iis qui ſtricti juris dicuntur. Unde, ſi dolus contractui bonæ fidei cauſam dederit, actio adverſus heredem ex dolo defuncti non datur. §. 1. *verſic. aliquandò. Inſt. de perpet. & temp. act.* At id diverſum eſt in contractu ſtricti juris, quoties dolus per actionem deſcendentem ex eo contractu purgatur. *l.* 49. *D. de oblig. & act.*

Q. 8. *An Inſtrumentum, quo quantitas pretii non eſt expreſſa, probet emptionem, ſi pretii mentio facta ſit?*

℞. AFfirmo. Fund. Quia tunc præſumitur omnia ſolenniter interceſſiſſe. *l.* 30. *D. de verb. oblig.* & de certo pretio partes conveniſſe. At ſi dubitetur de pretio, eo caſu ſolum inſtrumentum nihil probat. Vid. Mynſing. 4. *obſ.* 74. Gail. 2. *obſ.* 13.

Q. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 9. An periculum rei venditæ, emptione perfectâ & re nondum traditâ, ſpectet ad emptorem, an verò ad venditorem?

℟. AD Emptorem. *l. 7. l. 8. neceſſariò. D. de peric. & commod. rei vend. §. 3. Inſt. de empt. & vend.* Ratio 1. Quia debitor ſpeciei (qualis eſt venditor) rei interitu, qui ante moram ſine ejus culpâ contingit, liberatur. *l. ſi ex legati. 23. de verb. oblig.* 2. Quia emptor ſibi imputare debet, cur rem non ante petierit. At mora cuique ſua, non alteri nocêre debet. *l. 155. D. de Reg. Iur.* 1. obſtat *l. lectos. & ſeqq. D. de peric. & comm. rei vend.* 2. obſtat *l. ex empto. 11. §. 18. D. de act. empt.* in verbis (*bonæ fidei contractus non patitur hanc conventionem, ut emptor rem amitteret, & pretium venditor retineret.*) 3. obſtat *l. ſi fundus. 33. D. locat. Ibi fundo, non ex delicto venditoris, ſed devictis hoſtibus, ante traditionem à belli Duce publicato, periculum pertinet ad venditorem.* 4. obſtat, *Res perit ſuo domino. l. 9. C. de pign. act. Ergò & venditori. l. traditionibus. 20. C. de pact.* ℟. ad 1. Ibi culpa arguitur venditoris. ℟. ad 2. Quod in caſu noſtro emptor ſuâ morâ rem amiſerit. ℟. ad 3. Id in fundo publicato ſpeciale eſt. *l. Lucius. D. de evict.* cum enim Princeps veteri poſſeſſori honoris ergò fundum ſuum concederet, iniquum erat, ad emptorem fundi publicati periculum pertinêre,

ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ac venditori, qui partem fundi retinuit, pretii retentionem aut petitionem concedere. Cum & alias in jure non tantum favoris promereatur qui de lucro captando certat, atque ille, qui de damno vitando eſt ſollicitus. ℞. ad 4. Nego rem perire ſoli domino: petit enim & creditori. Deinde, dominum fictione juris cenſetur tranſlatum eſſe in emptorem.

Q. 10. *An venditor, qui facultatem rei tradendæ habet, præcisè eam tradere cogatur? an verò liberetur præſtando id quod intereſt?*

℞. Licet venditor rem tradere ſit obligatus. *l. ex empto.* 11. §. 2. *D. de action. empt.* Cujus nomine etiam veniunt rei acceſſiones. *l.* 13. *§. ult. D. eod.* Sic ædibus aut fundo vendito, illa quoque quæ terrâ ſe tenent debentur. *d. l.* 13. *§.* 10. (**al dat aerd ende nagel-vaſt is**) non autem ruta cæſa. *l. 66. §. ult. D. de contrah. empt. l.*241. *D. de verb. ſignif.* Eum tamen, qui rei tradendæ poteſtatem habet, præſtando id quod intereſt, neceſſitatem tradendi de jure effugere poſſe, verius puto. Per *l.* 1. *l. ſi jactum.* 12. *D. de act. empt. l.* 4. 10. *C. eod.* Quocircà qui domum aut fundum vendidit mille, numerato & accepto pretio, renumerando duo millia. *l. unic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* liberatur. 1. Quia venditor rem alteri vendendo & tradendo eum efficit dominum. *l.* 15. *C. de rei vindic.* 2. Quia paria ſunt,

ſunt, res vel pretium. 3. Quia in obligationibus facti ſuccedit id quod intereſt. *l. 72. in fin. D. de verb. oblig.* Obſtat *l. 6. C. de reſc. vend. l. 5. C. de oblig. & act.* ℞. *d. ll.* accipiendæ de contractu utrimque perfecto & conſummato. *verum uſu fori venditor noſtro caſu non liberatur.* Neoſtad. *deciſ. ſuprem. cur.* 50. Mynſing. 4. *obſ.* 61. *n.* 5. 6.

obs. 183. d. lect. cond.

Q. 11. *An* Ius accreſcendi *tranſeat in emptorem hereditatis* ? i. e. Titio & Mævio heredibus inſtitutis à Sempronio ex paribus partibus, Titius partem ſuam vendidit Gajo. Poſt venditionem cohæres Mævius defecit. Utri pars deficientis accreſcat, Titio, an Gajo?

℞. Titio. 1. Quia jus accreſcendi datur reſpectu hereditatis & aditionis. At emptor *jure extranei* rem habet. *l.* 43. §. 3. verbis (*nec deſiit eſſe heres, licet res auferantur.*) 2. Quia venditâ hereditate id tantum venit, quod tempore venditionis erat venditoris. *l.* 2. §. 1. *D. de hered. vel act. vend.* 3. Quia jus accreſcendi in contractibus non habet locum. *arg. l. ſi mihi & Titio.* 110. *D. de verbor. oblig.* 4. Cum enim in contractibus id quod actum eſt ſtrictæ contrahentium diſpoſitioni relinquatur. *l. veteribus.* 39. *D. de pact.* actum aut tranſactum non videtur

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

de illis, de quibus non conſtabat. *l.* 12. *D. de tranſact.* Cujac. 12. *obſ.* 13. Gomez. 1. *variar. reſolut.* 10. *n.* 44. Graſſ. *lib. ſentent.* §. *jus accreſcendi. q.* 12. Fachin. 10. *controverſ.* 3. & 69. Diſſent. Duaren. 2. *de jur. accreſ.* 6. Alciat. *in l. re conjuncti.* 89 *D. de leg.* 3. Perez. *ad tit. C. de hered. vend. n.* 15. 1. obſtat *l.* 2 *in princ. D. de hered. vel act. vend. ibi neque amplius, neque minus juris emptorem habere (ait Ulpianus) quam apud heredem futurum eſſet.* 2. obſtat, *Quod per alluvionem accedit, ad emptorem pertinet.* §. 3. *Inſt. de empt. vendit. At jus accreſcendi inſtar alluvionis eſt, eodemque modo quo alluvio aliquid adjicit.* 3. obſtat *l.* 59. *D. de acq. hered. ubi non perſonæ, ſed hereditati accreſcit.* 4. obſtat *l.* 83. *D. eod.* ℞. ad 1. Senſus eſt, emptorem hereditatis, cum ei ſit illud jus, quod venditum eſt, & tempore venditionis fuit, eum in eo & id omne habiturum, quod tunc heres habuit. At inde non ſequitur, emptorem id jus univerſale habere, quod poſteà non jure hereditatis, quam emit, ſed aditionis, quam fecit venditor, eſt acquiſitum. ℞. ad 2. Falſum eſt, jus accreſcendi alluvionem eſſe; alluvio enim rem rei, at jure accreſcendi non portio hereditaria portioni, ſed perſonæ propriè accreſcit. ℞. ad 3. Negatur. Accreſcit enim *in d. l.* heredi heredis, i. e. ei apud quem eſt hereditas: id eſt, ei qui jure univerſali venit & hereditatem adiit. ℞. ad 4. Ibi non agitur de venditore hereditatis, ſed de eo, qui ex voluntate defuncti eam tranſtulit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An venditione* ſub pacto de retrovendendo *celebratâ huic pacto poſſit præſcribi?*

℞. Minimè. *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* Fund. Quia rebus meræ facultatis non poteſt præſcribi. *l. 2. D. de viâ publ.* at mero venditoris arbitrio ſemel permiſſum eſt, ut ei, quandocunque eodem oblato pretio, rem redimere liceret; ergò iſta libertas nullâ præſcriptione auferri poteſt. per *l. 5. C. de oblig. & action. c. quod ſemel. 21. de Reg. Iur. in 6.* Mynſing. 1. *obſ.* 16. Gail. 2. *obſ.* 18. Fachin. 2. *controverſ.* 13. Diſſent. Covarruv. 1. *reſol.* 9. Bronch. 2. *antin.* 62. 1. obſtat, *Quod omni juri præſcribatur. l. 3. C. de præſcript. 30. annor.* 2. obſtat, *Quod omni actioni præſcribatur. d. l. 3.* ℞. ad 1. Ius illud offerendi, verius eſt facultas poſita in arbitrio venditoris, quàm Jus. ℞. ad 2. Id intelligendum de actione jam natâ. At licet perfecta ſit emptio venditio, ut tamen actio nata dicatur ad perſequendam rem venditam, requiritur, ut pretium oblatum vel ſolutum ſit. *d. l. 2. & l. 13. D. de act. empt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 13. *An circumventiones in pretio ſint tolerandæ?*

R. PLuris, quam re verâ eſt, venire poſſe rem, quæ ſc. non habet certum pretium, (modò abſit monopolium, vel alia illicita conventio. *l. unic. C. de monopol.*) probat *l. 16. §. 4. D. de min. & l. 22. §. 3. D. locat.* Accedit, quod, ſi hæc ſpes lucri non toleretur, pereant contractus, pereat mercatura, quæ ſolidiſſimus Reipub. tuendæ & conſervandæ eſt nervus, ſubſiſtere non poſſit. Sed hæc vera ſunt, modo quis non decipiatur ultrà dimidium. *l. 2. C. de reſcind. vend.* 1. obſtat *Levit. 19. verſ. 13. Ne fraudem facito proximo tuo. & Levit. 25. verſ. 17. Ne fraudem facitote alter alteri. & Pſalm. 15. verſ. 2. Eum commoraturum prædicat Pſalmiſta in tentorio Iehovæ, qui integrè ambulat, exercetque juſtitiam: quique veritatem ex animo ſuo profitetur.* 2. obſtat *l. 2. D. depoſ.* 3. obſtat *l. 2. §. 1. ubi nihil intereſſe dicitur, ignorantiâ, an calliditate fallatur emptor.* R. ad 1. & 2. Quod ibi prohibeatur fraudulenta & malevola deceptio circà rem à perſonâ commiſſam: quam jus, quod eſt ars boni & æqui, vehementiſſimè averſatur. Huc refer *l. 13. §. 4. D. de action. empt. l. 5. 10. C. de reſcind. vend.* At nos de eâ agimus, quæ fraudulento contrahentium conſilio caret, eorumque incuriâ contingit. Quæ fit, cum exactâ illa & mathematicâ pretii æqualitate neglectâ paulò majori vel viliori pretio quis rem diſtraxit. Huc per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

pertinet *l.ſi voluntate.C. de reſcind. vend.* ℟. ad 3. Ibi deceptio circà rem ipſam verſatur; at noſtro caſu circà rei pretium (ut diximus) tantum.

Q. 14. *An l. 2. C. de reſcind. vend. æquitate nitatur?*

℟. AFfirmo. Quia intereſt Reipub. opulentis civibus abundare. *arg. §. fin. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* at immodicâ iſtâ læſione admiſſa, contrà bonum publicum facultatibus ſuis ſubditi exuerentur: cui iniquitati obſtat æquitas, cujus notitiam Icti profitentur. *l. 1. D. de Iuſt. & Iur.* 1. obſtat *l. ſicut. C. de oblig. & act.* 2. obſtat *l. 3. C. de reſcind. vend.* 3. obſtat, *Rem tanti eſſe, quanti vendi poteſt. l. 1. §. ſi heres. D. ad l. Falcid.* 4. obſtat, *Quod contrahentibus ſit permiſſum ſe invicem contrahendo circumvenire. l. 16. §. pen. D. de min.* 5. obſtat, *Eum qui damnum ſentit ſuâ culpâ, id ſibi imputare oportere.* ℟. ad 1. Regula *in d. l.* ſtrictè ſumpta generalis eſt: at in hypotheſi ex æquitate *d. l. 2.* effectus impeditur. ℟. ad 2. Ibi contractus jure perfectus erat. ℟. ad 3. Non negatur, carius rem vendi poſſe, modò præſcriptum *d. l. 2.* non tranſgrediatur. ℟. ad 4. Id verum eſt, ſi deceptio dimidiam partem veri pretii non excedat. ℟. ad 5. In culpâ eſſe non videtur, qui pro ignorante habetur: at lex præſumit quem verum rei venditæ valorem ignorare, eò quod nemo ſuum velle jactare intelligatur. *l. cum de indebito. 25. D. de probat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 15. *An d. l. 2. C. de reſcind. vend. jure civili locum habeat in tranſactione?*

℟. MInimè. 1. Per *l.* 16. 19. & 29. *C. de tranſact.* Ibi ſub prætextu inſtrumenti poſt reperti tranſactio bonâ fide finita non reſcinditur. 2. Per *l. In ſummâ.* 65. §. 1. *D. de condict. indeb.* 3. Per *l. Lucius Titius.* 78. §. *fin. D. ad Senatuſc. Trebell.* 4. Quia cauſa jurejurando finita ob nullam læſionem reſcinditur. *l.* 5. §. 2. *D. de jurejur.* at tranſactio & juramentum æquiparantur. *l.* 2. *D. eod.* 5. Quia ut *d. l.* 2. locus ſit, requiritur, ut contractus habeat certam quantitatem & naturam: At in tranſactione (cum ea ſit de re dubiâ) certa æſtimatio eſſe non poteſt. 6. Per *l.* 20. *C. de tranſact. junct. l.* 3. *C. quand. provoc. non eſt neceſſ.* Donell. *in d. l.* 2. *n.* 61. Ant. Fab. *decad.* 8. *error. pragm.* 10. *junct. decad.* 1. *error.* 7. Bronch. 2. *cent. aſſert.* 58. Diſſent. Bartol. Cagnol. *in d. l.* 2. Coſtal. *in d. l.* 65. Fachin. 2. *contr.* 26. Sic & propter incertitudinem *d. l.* 2. in hereditate venditâ non habet locum. Sand. *deciſ. Friſ. lib.* 3. *tit.* 4. *defin.* 15. 1. obſtat *l.* 3. §. 1. *D. de tranſact.* 2. obſtat *l.* 5. *C. de dol. mal.* 3. obſtat *l.* 36. *D. de verb. oblig.* ℟. ad 1. Vid. ſolutionem *in l.* 6. *D. eod.* ℟. ad 2. Ibi agitur de tranſactione dolo inita. ℟. ad 3. Differt exceptio doli à remedio. *d. l.* 2. Illa enim tantum promiſſori competit, re integrâ, dum ex ſuâ promiſſione convenitur. At hoc etiam in contractu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tractu adimpleto procedit, atque (re etiam ſoluta & tradita) ad eum reſcindendum accommodatur. At in curiis & Dicaſteriis hodiè remedio *d. l.* 2. in tranſactione locus eſt. Weſemb. *in parat. D. de tranſact. n. ult.* Pinell. *in d. l.* 2. *p.* 211. *&* *ſeqq.*

Q. 16. *An venditor præſtet culpam leviſſimam?*

R. EX naturâ contractus non tenetur niſi de culpa levi. Fund. quia utriuſque cauſâ hîc contractus celebratur. *l.* 5. *§.* 2. *D. commod. l.* 23. *D. de Reg. Iur. §.* 3. *Inſt. de empt. & vendit.* Vid. Marc. Anton. Delrio *cap.* 11. & Beyma *ad d. l.* 23. 1. obſtat *l.* 2. *§.* 1. *& l.* 3. *D. de peric. & comm. rei vend. ubi ſolum fatale damnum, vel vis magna eum excuſat; ergò ante traditionem de culpâ leviſsima venditor tenetur.* 2. obſtat *l.* 12. *&* 13. *D. eod. ubi ante traditionem periculum venditoris eſſe docetur.* 3. obſtat *l.* 14. *§.* 1. *D. eod. ubi ſi ante traditionem furto res perierit, venditoris damno ſit.* 4. obſtat *l.* 33. *D. locat.* R. ad 1. Neg. conſeq. Ad antecedens; ibi non agitur generaliter de omni venditione, ſed de eâ in ſpecie, quâ vinum venditum erat, atque admetiendi dies nec dum venerat. R. ad 2. *d. l.* tractat de eo caſu, quo venditor culpandus erat, quod lectos ante traditionem poſuiſſet in viâ publicâ, per quam liber eſſe debet commeatus. R. ad 3. *in d. l.* Non ſpecies, ſed materia, i. e. genus ven-

venditum erat. At genus ita facile perire no: poteſt. ℞. ad 4. Ibi res publicata erat citrà de lictum venditoris. Quo caſu cum à Repub recipiat pretium pro publicatione factâ, quid æquius, quam ut illud reſtituat? cum iniquum foret, re & pretio ſimul emptorem carere. *l.* 11 *§. fin. D. de act. empt. circà fin.*

Q. 17. *An locatione ad longum tempus factâ transferatur rei dominium?*

℞. NEquaquam. *l. non ſolet.* 39. *D. locat.* Quod etiam de utili dominio eſt intelligendum. Fund. Ne cauſa poſſeſſionis alioquin mutetur, & contrà leges quis propriæ rei conductor dicatur. *l.* 45. *D. de Reg. Iur.* Ergò qui amiſit poſſeſſionem rei locatæ, actionem contrà poſſeſſorem movere non poteſt. De hac re quid ſentiant DD. Vid. Alberic. *in d. l.* 39. Bartol. *ad l.* 1. *D. ſi ager vectigal.* 1. obſtat, *Quod hujuſmodi conductori detur actio in rem. d. l.* 1. *§.* 1. 2. obſtat *l.* 1. *§.* 3. *& ſeqq. D. de ſuperfic.* 3. obſtat *l. in omnibus.* 55. *D. de oblig. & act. in verbis (ſive conductio.)* ℞. ad 1. Ibi non de ſimplici conductore agitur, ſed de eo qui fundum vectigalem conduxit. At is utile dominium habet. ℞. ad 2. Ibi de ſuperficiario, qui ædificium proprium habet, i. e. rem immobilem in fundo alieno. *l.* 74. *D. de rei vendic.* ℞. ad 3. Mirandum, quod ob *d. l.* unquam viris eruditis exciderit, locationem

ſpeciem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſpeciem eſſe alienationis: cum de locatione ibi nihil ſcriptum legatur. A quâ quam longè abſit conductio, nemo non videt. Licet enim contractus locationis & conductionis unicus ſit, ex duobus tamen diverſis actibus (locationis ſc. & conductionis) valuit. Ita ut per illum naturalis rei poſſeſſio in conductorem, per iſtum pecuniæ dominium in locatorem transferatur.

Q. 18. *An merces in locatione conſiſtat in pecuniâ numeratâ?*

℟. AFfirmo. 1. Per *l. 1. §. 9. D. depoſ. l. 1. §. ult. D. mand. l. 19. §. ſi dominus. 3. D. locat. l. 5. §. at cum do. 2. D. de præſcript. verb.* 2. Quia venditio locationi comparatur ratione mercedis. *princ. Inſt. locat.* 3. Quia pretium emptionis pecuniam numeratam requirit. *§. 2. Inſt. de empt. vend.* At conductio, quædam quaſi emptio eſt: ac merces (ut pretium uſus) conſideratur. Vid. Donell. 13. *comment.* 6. Dominic. Arum. 14. *exercit.* 10. Diſſent. Coraſ. 2. *miſcell.* 11. Weſemb. *in paratit. D. locat.* 1. obſtat *l. & hæc diſtinctio. 35. §. fin. in fin. D. locat. ubi fructus mercedis nomine penſatur.* 2. obſtat *l. 8. l. ſi olei. 21. C. eod.* ℟. ad 1. & 2. Quod aſſeritur, id ordinariò & regulariter obtinet. At propter uſum rerum gerendarum mercedem etiam in aliis quantitatibus conſtitui poſſe, non inficior. Et *ad d. l. 21.* oleum ibi rectè ſolvitur, quia certâ pecuniæ ſummâ æſtimatum fuit. Quandò itaque ob quantitates loco mercedis promiſſas actio locati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

conducti datur, negotium in omnibus & per omnia, tanquam bonæ fidei, tractari debet.

Q. 19. An mulier cogatur ſtare locationi à marito factæ? i. e. ſi maritus fundum dotalem locaverit, an, ſubſecuto ante expletum tempus divortio, uxor colonum expellere poſſit?

R. NEquaquam. Argum *l. 8. D. de admin. tut.* Si enim tutor ſuo facto obliget pupillum; aut templi antiſtes Eccleſiam: quantò magis maritus uxorem in re, cujus ad ipſum (propter arctiſſimum vinculum conjugii) pertinet adminiſtratio. Diſſent. Cujac. 23. *obſ.* 38. Covarruv. 2. *reſolut.* 15. Bachov. *ad Treutl. vol.* 1. *diſput.* 29. *th.* 2. *lit. e.* Obſtat *l. ſi filiof.* 25. *§. fin. D. ſolut. matr.* R. Non ibi negatur, uxorem ſtare oportêre locationi à marito factæ, ſed de cautione utrimque (i. e. marito & uxori) faciendâ tractatur. Uxori; ut, quod maritus conſecutus eſt poſt divortium, reddatur: Marito; ut ab eo, ſi quid forte præſtandum eſt præter ejus temporis, à quo ſolutum eſt matrimonium, locationem, plenè liberetur. *Atque noſtram ſententiam moribus hodiernis conſentaneam eſſe probat Groenew. de ll. abrogat. ad d. l. 25. §. ult.* 1. *Quia iis ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare colono.* 2. *Quia maritus legitimus hodiè uxoris ſuæ eſt curator.* 3. *Quia ille invitâ uxore fundum dotalem alienare efficaciter poteſt.*

Q. 20.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 20. *An mercedem, pro rata temporis, quo famulus adverſa valetudine impeditus miniſterium præſtare non potuit, minuere liceat?*

℞. NEg. *arg. l. habitatores.* 27. *D. locat. & l. cum heres.* 4. *§. Stichus ſi heredi.* 5. *D. de ſtatulib.* Sed hoc procedit, ubi non diu, ſed per aliquot dies ægrotaverit. Obſtat *l.* 1. *C. de re milit.* ℞. Ibi non de captis ab hoſtibus, ſed de deſertoribus, aut iis, qui ad hoſtes transfugêrunt, agitur. At his militiæ licet à Principe reſtitutis, jure tamen ejus temporis, quo apud hoſtes fuerunt, ſtipendia ac donativa negantur. *l. pen. D. eod.* Inſt. *in d. l.* 1. *videtur quæſitum de captis ab hoſtibus: per verb.* (*poſtliminio, &c.*) *quod propriè de captivis prædicatur.* ℞. Sed *d. l.* eo verbo abutitur. Vid. *ibi Cujac.*

Q. 21. *An is, qui ob peſtem domum conductam deſeruit, integram mercedem ſolvere teneatur?*

℞. AFfirmo. Cum enim, invaleſcente peſtilentia, Deus immediate bellum gerere, & iram ſuam in homines diſtringere videatur. Bartol. *in l. naturaliter.* 5. *n.* 23. *D. de uſucap.* hinc mortales funeſtam hanc humanæ imbecillitatis cladem ob peccata cælitus immiſſam vult intueri, ut hâc ratione ad ſubmiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſam ſe recipiant deditionem. Quapropter manum Dei fugere nemo debet. Obſtat, *Atqui penſio remittitur ob timorem adventantis exercitus, aut ruinæ. l.13. §. 7. l. 27. §. 1. D. locat.* ℞. Hæc non ita immediatè à Deo ſunt. Vid. Giphan. *in l.9. C. eod.* Gail. 2. *obſ.* 23. *An merces ei minuenda, qui metu ſpectrorum in alium locum migrando conceßit?* Minimè. *arg. l. vani.* 184. *D. de Reg. Iur.* Hinc illud Horatii;

Nocturnos Lemures portentaque Theſſala rident.

At haud vanum hunc timorem eſſe tradunt Covarruv. 4. *variar.* 6. Mornac. *in d. l.* 27. §. 1. Gomez. 2. *reſolut.* 3. *n.* 3.

Q. 22. *An reus faciendi operis id ipſe præcisè facere cogatur?*

℞. DIſting. Aut operæ quæ debentur nihil habent artificii; aut in iis quid artis continetur. Priori caſu, Nego. ut ſunt, quæ (ex. gr.) in obſequio conſiſtunt, quod alicui ab aliquo debetur. Hujuſmodi enim operas rectè quis per ſubſtitutum exequetur. *l.* 16. *C. de Epiſcop. & Cler.* Poſteriori, affirmo. Inter artifices enim longe eſt differentia, & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & inſtitutionis. *l.* 31. *D. de ſolut. l.* 11. §. *ult. D. de legat.* 3. Vid. Coraſ. 2. *miſcell.* 3. *n.* 4. Sichard. *ad rubric. C. locat. n.* 4.

Q. 23.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 23. *An ob leviſſimam culpam ex natura ipſius negotii teneatur conductor?*

℞. NEquaquam. Sed levem præſtando liberatur. *l.* 5. §. 2. *D. commod. l.* 23. *D. de Reg. Iur.* 1. obſtat §. *ult. Inſt. de locat. & conduct.* 2. obſtat *l.* 25. §. 7. *D. eod. & ibi culpa leviſsima præſtanda venit.* ℞. ad 1. Rei, de quâ ibi tractatur, natura per ſe exactiorem diligentiam deſiderat. ℞. ad 2. ibi opera locata fuit. Sic & in vectura à nauta culpa leviſſima præſtatur, levis verò in cuſtodiâ.

Q. 24. *An Emphyteuſis ratione originis ſit Juriſg.?*

℞. AFfirmo. §. 2. *in fin. Inſt. de Iur. nat. Gent. & Civ.* ubi omnes contractus Juriſg. *penè* dicuntur. Ergò & Emphyteuſis. Niſi quis eam ſub d. regula comprehenſam non eſſe probare poſſit. Coraſ. 1. *miſcell.* 21. Connan. 7. *comm.* 12. Hotomann. *ad* §. *adeò* 3. *Inſt. de locat. conduct.* Diſſ. DD. *Communiter.* 1. obſtat, *Atqui formam ex Imp. Zenon. conſtitutione habet.* §. 3. *Inſt. de locat. & conduct. Ergò eſt Iuris civilis.* 2. obſtat, *Emphyteuticus contractus requirit ſcripturam, l.* 1. *C. de Iur. Emphyt. Ergò non eſt Iuriſg.* 3. obſtat *l.* 6. *D. de Iuſtit. & Iur. ubi, ſi quid additur*

Iurig. Ius Civile efficitur. At contractui Emphyteutico multa à Zenone addita leguntur in d. l. 1. ℞. ad 1. Neg. conſeq. Quod enim extrinſecus vel ex poſt facto aliunde obvenit, originem rei haudquaquam mutare poteſt. Non enim qui ſpicam excutit, novam ſpeciem facit, ſed eam quæ eſt detegit. *l.* 7. *§.* 7. *in fin. D. de adquir. rer. dom.* ℞. ad 2 Miſerabilis illa eſt conſequentia. Nonne emptio eſt Juriſg. §. 2. *Inſt. de Iur. nat. Gent. & Civil.*? At & hæc interdum ſcripturam requirit. *princ. Inſt. de empt. & vend. Vid. l.* 4. *D. de pign. & l.* 4. *D. de fid. Inſtrum.* ℞. ad 3. Antecedens procedit, quoties Juri communi quid additur in materia, non autem in formâ. Ad priorem modum tutela pertinet. Ad poſteriorem matrimonium, Teſtamentum, Emphyteuſis & ſimilia referuntur. *An verò ſit contractus bonæ fidei?* Olim ſive emptio eſſet, ſive locatio, erat bonæ fidei. At id nuſquam mutatum reperitur. Obſtat §. 28. *Inſt. de act. ubi omnes b. f. contractus recenſentur: At inter illos Emphyteuſis non habetur.* ℞. Non verbis, ſed & ſententiâ contractus b. f. continentur. Unde licet verba Emphyteuſin non exprimant, ſententia tamen eam comprehendit. Donell. *ad d. §. n.* 39. Connan. *lib.* 7. *comm. c.* 12. *An ſit contractus nominatus?* Nec id dubitandum puto per *l.* 1. *C. de Iur. Emphyt.* ubi nomen ejus à Zenone introductum legitur. Deinde *per l.* 5. *D. de præſcript. verb.* Obſtat, *Illos ſolos contractus nominatos eſſe, quorum meminit l.* 12. *tab.* ℞. Id falſum eſt: nam literarum obligatio, cujus l. 12. tab. mentio-
nem

nem non fecit (utpote quæ tunc temporis in uſu non erat) contractus nominatus eſſe non negatur.

Q. 25. *An ſola taciturnitate cenſeatur renovata Emphyteuſis ad tempus contracta?*

℞. MInimè. Fund. Quia ad Emphyteuſin præciſè deſideratur ſcriptura. *l. 1. C. de Iur. Emphyt.* 1. obſtat, *Atqui Emthyteuſis ſimilis eſt locationi. §. 3. Inſt. de locat. & cond.* 2. obſtat, *In locatione, taciturnitate utriuſque partis, introducitur reconductio. l. 13. §. fin. & l. ſeq. D. locat.* ℞. ad 1. Ita tamen, ut habeat proprias ſuas qualitates, quibus à locatione ſecernitur. Vid. *d. l. 1. C.* ℞. ad 2. Ad locationem neceſſariò non requiritur ſcriptura, unde nec in reconductione deſideratur.

Q. 26. *An Emphyteuta Jus ſuum alteri donare poſſit ignorante domino?*

℞. NOn eſt dubitandum, dummodò idoneo jus ſuum donet. 1. obſtat *l. 3. C. de Iur. Emphyt. caſus verba ad omnem Iuris Emphyteutici tranſlationem ſpectant.* 2. obſtat *l. 163. D. de Reg. Iur.* ℞. ad 1. Verba *in d. l.* duntaxat reſtringuntur ad illas ſpecies tranſlationis, quibus pretium vel quantitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

titas præſtari debet. Unde Emphyteuta jus ſuum vendere invito domino nequit: Cum huic eodem pretio illud emere ſit permiſſum. *d. l.3. §. ſed ne hâc occaſione.* Quapropter venditionem per injuriam ergà ſe, ut ergà benè meritum, rectè petit nullam declarari dominus. ℞. ad 2. d. Regula procedit, niſi diverſa ſit utriuſque ratio. At donatio gratuita eſt, & benevoli quædam ergà benè merentem affectus declaratio; At affectionis certæ cauſæ ſint donatario cum domino haud communes. At in emptione, perinde eſt venditori à quo pretium conſequatur. *An verò Emphyteuta Ius ſuum invito domino poßit oppignorare?* Affirmo. Juris enim ſui dominus eſt: At dominus rectè res ſuas oppignorat. Obſtat *l. fin. C. de reb. alien. non alien. ubi qui alienare non poteſt, non poteſt oppignorare.* ℞. Id procedit in caſu, quo ſimpliciter facta eſt prohibitio alienationis. At noſtro caſu, non prohibetur, niſi certo modo. *d. l. 1.*

Q. 27.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 27. An Emphyteuta, ſi intra triennium Canonem non ſolverit. l. 2. C. de jur. Emphyt. aut intrà biennium, ſi cum Eccleſia contraxerit. Novell. 7. c. 3. §. 2. Novell. 120. c. 8. ipſo jure jus ſuum ita amittat, ut ſine judicis ſententia declaratoria dominus expellendi eum habeat facultatem?

℟. ITa volunt DD. per *d. l.* 2. & ibi Coraſ. Vaſq. *6. controv.* 64. Sand. *part.* 1. *de prohib. alien. c.* 4. *n.* 16. At negantibus adſtipulor. Opus enim eſt ad id prævià cognitione & judicis ſententiâ. per *l.* 176. *D. R. I.* & *l. nullus.* 13. *C. de Iudæis.* Coren. *obſ.* 5. & 22. Rebuff. *ad conſtit. reg. in præfat.* Gloſſ. 5. *n.* 64. Chriſtin *vol.* 3. *deciſ.* 120. *n.* 2. 1. obſtat *d. l.* 2. *in verbis* (*volenti ei licere eum à prædiis Emphyteuticariis repellere*) *ibi domino propriâ & privatâ ſuâ auctoritate jus expellendi conceditur.* 2. obſtat, *Atqui vaſallus, ob Feloniam, ipſo jure, ſine ſententia judicis declaratoriâ, feudo privatur. c.* 1. *de feud. ſin. culp. non amitt.* ℟. ad 1. Malè id ex d. verbis infertur. Verum ſenſus eſt, licet ipſo jure commodis ſuis cadat Emphyteuta, eumque dominus repellere poſſit, haud aliter tamen repellere poſſe, quam per actionem. Voluntas enim ſive petitio domini deſideratur. i. e. neceſſe eſt, ut declaratoria ſententia, per quam Emphyteuta declaretur jure ſui contractus cecidiſſe, ex voluntate

domini pronuncietur. ℞. ad 2. id ex *d. c.* non probatur.

Q. 28. *An ad perfectionem Emphyteuſeos regulariter deſideretur ſcriptura?*

℞. MInimè. 1. Quia eſt contractus Juriſg. & ſolo conſenſu perficitur. 2. Quia *in §. 3. Inſt. locat.* in quo omnia ſubſtantialia referuntur, nulla fit mentio ſcripturæ. 3. Per *l. 4. D. de pignor.* Bartol. *in l. 1. C. de Iur. Emphyt.* Connan. *lib. 7. comm. c. 12.* 1. obſtat *d. l. 1. in verbis (ſcripturâ interveniente.) At duo ablativi conjunctim poſiti important neceſſitatem.* 2. obſtat *l. 14. §. ult. C. de Sacroſ. Eccleſ.* ℞. ad 1. Scriptura *in d. l.* tantum refertur ad pacta quæ præter naturam contractus adjiciuntur. Deinde, non ſemper duo ablativi abſolutè poſiti complectuntur neceſſitatem. Huc pertinet *§. ult. Inſt. de nupt.* (dotalibus Inſtrumentis compoſitis) *& l. 2. §. 3. D. de Orig. Iur. verbis* (exactis Regibus.) ℞. ad 2. Ibi de Emphyteuſi Eccleſiaſticâ tractatur, non Civili. Diſſent. Donell. 9. *comm.* 13. *& DD. Communiter.*

EXER-

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

DECIMA-NONA,

Ad Tit. 26. & 27. Lib. 3. Inſtitut.

Q. 1. An ſocietas ſit contractus realis?

R. NEg. 1. Quia ſolo conſenſu conſtat. *tit. Inſt. de oblig. ex conſ.* 2. Quia contractus realis ad ſui perfectionem (i. e. ut inde producatur actio) requirit interventum rei. Obſtat *l.* 4. *D. pro ſoc. ubi Societatem nos coire, & re, & verbis, & per nuncium poſſe, ait Modeſtinus.* R. 1. Ibi *res* ad ſubſtantiam Societatis non requiritur; ſed docetur, incidenter ſive per accidens præter conventionem actualiter rem interveniſſe. 2. Vel ſenſus *d. l.* eſt, quod ſocietas & *re* (i. e. tacito conſenſu) & *verbis* (i. e. conſenſu expreſſo) contrahatur. Cujac. *ad d. l.* Vid. Roland. à Valle 1. *conſil.* 91. *n.* 27. Vel quod per nuntium, per quem res mittitur, verbis (i. e.) conſenſu, non ſolemni verborum formulâ, coiri poſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. *An ſocietas ſimpliciter & indefinitè contracta complectatur* Legata, hereditates, donationes?

℟. Minimè. Tunc enim ea ſolum quæ ex quæſtu veniunt ſunt communicanda. *l.* 7. 8. 9. 10. 11. *D. pro ſoc.* Obſtat *l.* 3. *§.* 1. *& l. ſi ſocietatem.* 73. *D. eod.* ℟. Ibi ſpecialiter & nominatim bonorum & fortunarum omnium eſt contracta ſocietas. Baro *ad princ. d. t. Inſtit. & ibi* Vinn. *n.* 4.

Q. 3 *An ſocius omnium bonorum, ex communibus bonis, filioſ. ſumptus ſtudiorum cauſâ ſubminiſtare, aut filiæ dotem erogare poſſit?*

℟. Diſtinctio Donelli *in rubr. C. pro ſoc. n.* 18. non arridet. Nec ſententia Domin. Arum. *exercit.* 15. *theſ.* 2. ſimpliciter aſſerentis placet. Sed negantibus adſtipulari lubet. Niſi fortè inter ſocios convenerit, ut quicquid erogetur & quæratur communis lucri vel damni ſit. *l.* 73. *§.* 1. *D. eod.* 1. obſtat, *Atqui in ſocietatem omnium bonorum veniunt omnes boneſti & neceſſarii ſumptus bonâ fide erogati; ergo & dos, & ſumptus ſtudiorum.* 2. obſtat *l.* 52. *§. fin. D. pro ſoc.* 3. obſtat *l.* 81. *D. eod.* ℟. ad 1. Negatur conſeq. Ad anteced. Id accipiendum de ſumptibus ad promovendam ſocietatem erogatis. ℟. ad 2. Quod ſocio illata injuria ipſum

ipſum quaſi ſocium contingat. ℞. ad 3. Ubi pactum ſpeciale de dote ex communibus bonis conſtituendâ interceſſit. At hîc de caſu, quo ſocietas omnium bonorum ſimpliciter eſt contracta, diſputatur.

Q. 4. *An conventio valeat, ut ad heredem tranſeat ſocietas?*

℞. NEg. Illa enim jure improbatur. *l.* 35. *D. pro ſoc. l.* 59. *D. eod.* Ratio, quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit. §. 5. *Inſt. eod.* Cujus induſtria ac fides, quæ ad heredem non tranſeunt, in hoc contractu ſpeciatim verſantur: at in aliis tantum rei familiaris contemplatio dominatur. Cujac. 10. *obſ.* 25. Vinn. *ad d.* §. 5. Diſſ. Hotom. *in comm. ad tit. pro ſoc.* Obſtat *l. actione.* 65. §. *morte.* 9. *D. eod.* ℞. Apertè ibi docetur, verum eſſe quod in princ. dictum eſt. Et indicatur, morte unius diſſolvi ſocietatem, etſi conſenſu omnium coita ſit, plureſque ſuperſint, niſi in coëundâ ſocietate ſpeciatim convenerit, ut inter eos duraret ſocietas. At, ob publicam utilitatem, excipitur ſocietas vectigalium. *l.* 63. §. 11. *D. eod.* niſi is deceſſerit, cujus gratiâ potiſſimum inita ſit, aut ſine quo ea adminiſtrari non poſſit. Vinn. *ad d.* §. 5. *n.* 1. Deinde fallit d. Regula de jure Canonico, ſi quis ſocietatem pro ſe & heredibus ſuis juramento contraxerit. Fab. *per c. contingat. X. de jurejur.*

Q. 5. An pecunia ab uno in ſocietatem collata, cum ab altero ſit conferendus labor, opera, induſtria, ſoluta ſocietate, ſociorum ſit communis?

℟. NEg. Niſi aliter contrahentibus placuerit. Ratio, quia uſus ejus pecuniæ confertur cum operâ: At qui operam adhibuit, extinctâ ſocietate, ex eâ nihil confert. 1. obſtat §. 2. *Inſt. de ſociet. ubi opera alicujus ſæpè pro pecunia valet. Ut ſi quis ſolus (ex. gr.) naviget, peregrinetur, pericula ſubeat, ſolertiâ, gratiâ, induſtriâ valeat. l. 29. §. 1. D. pro ſoc.* 2. obſtat *l. 1. §. 1. & l. 3. §. 1. D. eod.* ℟. ad 1. Senſus *d. §.* non eſt, ut finitâ ſocietate, ſed interim, i. e. dum ſocietas adhuc manet, opera pro uſu pecuniæ accipiatur. ℟. ad 2. Ibi de univerſali omnium bonorum ſocietate tractatur.

Q. 6. Quid ſi quis contulerit operam, & pecunia ab unâ parte collata perierit, an is finitâ ſocietate ſortis partem feret?

℟. MInimè. Periit enim ſors ſocietati. Omne enim lucrum & damnum interim commune eſt. §. 2. *Inſt. de ſociet. l. 52. cum duobus. §. 2. D. eod.* Unde is qui contulit pecuniam, quod ſuum eſt auferet.

feret. Vid. Bartol. Bald. Vultej. *in l. 1. C. pro ſoc.* 1. obſtat, *Res perit ſuo domino. l. 9. C. de pignor. act. Ergò non periit utrique.* 2. obſtat, *Pecunia collata manet conferentis.* 3. obſtat, *Quod qui operam attulit & induſtriam ita duplici damno afficeretur.* ℞. ad 1. & 2. Licet qui contulit ſit dominus ſortis, durante tamen ſocietate ejus utriuſque quaſi dominium cenſetur. ℞. ad 3. Neg. Quia ejus opera exactiſſimè æſtimatur.

Q. 7. *An ſocius ſocio etiam levis culpæ nomine teneatur?*

℞. Affirmo. Fund. Quia in contractu ſocietatis utriuſque contrahentium verſatur utilitas. *l. 5. §. 2. D. comm.* Eſtque *Levis culpa* in hoc negotio, omiſſio ejus diligentiæ quam quis rebus ſuis adhibet. *§. fin. Inſt. de ſociet.* Obſtat *l. quod Nerva. 32. D. depoſ. ubi levis culpæ reus dicitur, qui non ad eum modum, quem hominum natura deſiderat, diligens eſt.* ℞. Propter electionem & mutuam repræſentationem perſonarum in officio gerendo, ſufficit hic ea diligentia, quam ſocius propriis rebus adhibet. Deinde, *in d. l.* non de diligenti, bono, & frugi patref. tractatur, ſed de homine ſocorde & ſupinè negligenti res eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 8. *An literæ commendatitiæ obligent commendantem?*

℞. HAudquaquam. *l. ſi verò. 12. §. cum quidam. 12. D. mandat.* Huc enim pertinet illud Ciceronis *lib. 1. de petit. conſul. Nervos atque artus ſapientiæ eſſe: non temerè credere.* Obſtat *l. ſi literas. 7. C. eod. §. tua tantum. 6. Inſt. eod.* ℞. Diſting. Vel ſunt generaliter conſcriptæ; vel commendator ſe ſpecialiter literis ſuis ad aliquid obligavit. Priori caſu procedit *d. l. 12. §. 12.* Fund. quia non ſtatim omni qui loquitur eſt credendum. Bald. *in rubr. C. de conſtit. pecun. n. 13.* Poſteriori verò caſu *d. l. 7. & d. §. 6.* Hinc mercator, qui epiſtolâ familiari ad aliquem miſſâ, ab eo petiit, ut ei quem commendavit mutuos det 1000. aureos; quos ſe vi iſtarum literarum ei redditurum pollicetur, validè obligatur. Ratio, quia iſta perſonæ commemoratio rem convertit in mandatum, ac juſſu ejus cum debitore illo contractum vidêtur. Atque etiam hæc diſtinctio in literis fiducialibus (Credentie Brieven) obſervanda eſt. Boër. *deciſ. 282. & DD. in l. Lucius. D. de fidejuſſ. An verò ex conſilio competat actio mandati?* Neg. *l. 47. D. de Reg. Iur.* niſi eo quis inductus ſit ad id, quod alias non feciſſet, illudque non conſulentem, ſed alium concernat. *d. §. 6. l. 6. §. planè. 5. D. eod.* Vid. Hotomann. *ad d. §. 6.* Donell. *ad rubric. C. eod. n. 17.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 9. *An mandans homicidium, eâdem, quâ mandatarius, pœnâ ſit plectendus?*

℞. AFfirmo. Per *l. 6. §. 3. D. mand. l. 11. §. 3. D. de injur. l. 15. §. 1. D. ad L. Cornel. de Sicar. & l. 169. D. de Reg. Iur.* Gomez. 3. *reſol. 3. n. 39.* Forſter. *diſput. 18. ad Inſtitut. theſ. 17.* Arum. *exercit. 15. theſ. 8.* Diſſent. Menoch. 2. *de arbitr. jud. cent. 3. caſ. 353.* Clar. *in §. fin. quæſt. 89. n. 2.* Obſtat *§. 7. Inſt. mand. rerum turpium (ut impoßibilium) nullum eſt mandatum, nulla obligatio, nulla actio.* ℞. Reſpectu contrahentium concedo. Reſpectu verò Reipub. ſive tertii, in cujus præjudicium illud mandatum eſt, nego. Nec enim mandatarius, author cædis, principaliter ex mandato, ſed ex ipſo delicto propter mandatum tenetur. *An verò mandans expreſſè, ut quis vulneret, aut percutiat, ordinariâ homicidii pœnâ teneatur, ſi mandatarius occiderit?* Neg. Ratio, 1. quia in delictis principium, non exitus inſpici debet. *l. 53. D. de furt. l. 3. §. 1. D. ad L. Cornel. de Sicar.* 2. Quia dolus in delictis pro fundamento requiritur. *l. 1. D. eod.* At in hoc caſu mandatarius in dolo, mandans in culpâ verſatur. Obſtat *d. l. 15. §. 1. D. eod.* ℞. Id procedit. 1. Cum mandatum de vulnerando ſimpliciter intervênit: cogitandum quippe erat, ex percuſſione percuſſum poſſe mori. Secus verò, ſi limitatè, ita ut ad occidendum referri nequeat. 2. Si quis directè dolo malo mortis cau-

ſam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſam dedit. Verum licet mandans in d. caſu ordinariam homicidii pœnam effugiat, arbitrariam tamen (cum res peſſimi exempli ſit) illi imponendam cenſemus.

Q. 10. *An mandatario, qui exceſſit fines mandati, ratione exceſſus, adverſus mandantem detur actio negorum geſtorum?*

℞. MInimè. *§. 8. Inſt. l. 33. & l. 36. §. 2. & 3. D. mand.* Aliud enim factum videtur, quam mandator voluit. *l. 5. D. eod.* Benedict. Carpzov. *part. 2. Iuriſprudent. Romano-Sax. conſt. 20. defin. 11. num. 4.* Schotan. *in Exam. Iurid. ad tit. mandat.* Obſtat, *Atqui datur actio negotiorum geſtorum, ſi nullum eſt mandatum, ac res utiliter geſta eſt. §. 1. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contr.* ℞. Utilitas iſthoc caſu id operatur, ut voluntas præſumatur. At in caſu controverſo, cum contrà mandatum negotium geſtum eſt, voluntas nequicquam inducitur.

Q. 11. *An procurator ad litem certum ſalarium promiſſum petere poſſit actione mandati?*

℞. MInimè. *l. ſalarium, 7. D. mandat.* Fund. Cum enim mandatum ex amicitiâ originem traxerit, gratuitum

tum ſit eſt neceſſe. *§. ult. Inſt. mand.* at nil magis amicitiæ contrarium, quam merces. Verum extra ordinem petendum eſt. *l. qui mutuam.* 56. *§. ſalarium.* 3. *D. mand.* 1. obſtat *l.* 6. *in princ. D. eod. Si remunerandi gratiâ (inquit Ulpianus) honor (i.e. ſalarium) intervenit, erit mandati actio.* 2. obſtat *l.* 1. *§. in honorariis.* 10. & 12. *D. de extraord. cognit. ubi ſalarium non promiſſum extrà ordinem peti poteſt: ergò ſi promiſſum ſit, competit actio ordinaria.* ℞. ad 1. Senſus eſt, quod honorarii interventus non mutet naturam hujus contractus, nec impedimento ſit, quo minus de aliis rebus, quæ (ſi ſc. ſalarium non interveniſſet) mandati judicio petuntur, ſit mandati actio. ℞. ad 2. Negatur conſeq. Diſtinguendum enim inter facta quæ reſpiciunt utilitatem publicam (*ut docere literas, Advocationis officio fungi, &c.*) & ea quæ privatam duntaxat concernunt commoditatem (*ut procuratorem agere, &c.*) Propter illa indiſtinctè & ſimpliciter datur actio extraordinaria. At propter hæc, ſi nihil, aut ſimpliciter & incertum quid promiſſum ſit. Connan. 7. *comm.* 14. Donell. *ad l.* 1. *C. mandat. n.* 11. Obſervandum & obiter, ſalario à Sale dicta: ut enim ſine ſale nihil poteſt ſervari eduliorum, ita & ſine ſtipendiis nemo officium facit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An mandatum (re ſc. integra) morte utriuſque finiatur?*

℟. OMninò. §. *item ſi adhuc.* 10. *Inſt. mandat. l.* 26. *in princ. D. eod. l. fin. D. de ſolut. in verbis (mandatum morte diſſolvitur.)* 1. obſtat *l.* 49. §. 1. *D. de judic.* 2. obſtat *l.* 17. §. *impubes.* 2. *D. de Inſtit. act.* 3. obſtat *l.* 12. §. *fin. & l. ſeq. D. mandat.* 4. obſtat *d. l. ult. D. de ſolut. in princ. ubi ei, qui mandatu meo poſt mortem ſtipulatus eſt, rectè ſolvitur.* ℟. ad 1. Ibi res deſiit eſſe integra. ℟. ad 2. Id utilitas promiſcui uſus, i. e. commerciorum, exigit. ℟. ad 3. Ibi agitur de caſu, quo mandatum eſt, ut poſt mortem aliquid fieret. ℟. ad 4. Ibi conventum erat, ut poſt mortem mandantis ſolveretur. Secus ergò, ſi nulla talis lex obligationis conſtituta ſit. Aliter Cujac. 1. *obſ.* 38. qui ordinem verborum *d. l. ult.* immutavit. Quam trajectionem probat Barnabas Briſſonius. Improbat Donell. 16. *comm.* 23. Vid. D. Wiſſemb. *part.* 1. *exercit. ad Pandect. diſput.* 32. *theſ.* 19.

Q. 13. *An mandatarius de culpa leviſſima teneatur?*

℟. AFfirmo. *l.* 8. *procuratore.* 13. *in verbis (dolum & omnem culpam, non improviſum caſum) & l. in re mandatâ.* 21. *C. mandat. in verbis (aliena verò negotia ex-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

acto officio geruntur: nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpâ vacuum eſt.) Fund. Quia quoties opera præſtanda eſt, exactiſſima diligentia requiritur. *arg. l.* 3. *D. naut. caupon. ſtabul. junct. l.* 25. §. 7. *& ſeq. D. locat.* At mandatum in operâ ſive facto negotioſo conſiſtit. Vid. Vultej. 1. *diſcept.* 15. Gail. 1. *obſ.* 45. *n.* 4. *& ſeq.* Carpzov. *Iuriſprud. Romano-Saxon. part.* 2. *conſtitut.* 20. *defin.* 11. *n.* 6. Obſtat, *Atqui mandantis gratiâ regulariter initur; ergò tantum venit dolus & lata culpa. l.* 8. *§. fin. D. mandat.* ℟. Neg. conſeq. Ratio juris ſingularis in hoc contractu jam aſſignata eſt. *An verò & mandans de culpâ leviſſimâ teneatur?* Non eſt dubitandum, propter *l. ſi ſervus.* 61. *§. quod verò.* 5. *D. de furt.* Huc pertinet *tit. D. quod quiſq. jur. in alter. ſtatuer. ut ipſe eod. jur. utat.* Vid. Bartol. *in d. §. quòd verò.* Vincent. de Franc. *deciſ.* 146. *Quid ſi mandatarius mandatum exequendo, non ex mandato, ſed caſu fortuito damnum ſenſerit?* Id mandatori non imputabit. *l.* 26. *§.* 6. *D. mand. arg. l.* 6. *C. de pign. act.* Quapropter mandati actione non conſequetur damna, quæ captivitate, naufragio, vel in ſuorum morbum erogatione ipſi acciderunt. Synopſ. Baſil. 14. *tit.* 1. *lib.* 53. *tit.* 1. *c.* 35. §. 1. Bartol. *in d. l.* 26. §. 6. Leonin. *conſil.* 59. & 93. Coſtal. *in l.* 2. §. *ſi conſervatis. D. de leg. Rhod. de jact.*

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

Vigesima,

Ad Tit. 28. 29. & 30. Lib. 3. Inſtitut.

Q. 1. An detur actio negotiorum geſtorum, ſi quis ſe voluntariò immiſcuit rebus alienis?

R. AFfirmo: ſi ſc. id factum ſit animo ſubveniendi rebus alterius. Quis enim alium defenderet, aut aliena curaret negotia, ſi ea utiliter gerendo, dominum de eo quod impendiſſet obligatum non habêret? *§. 1. Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex contract. naſc. l. 1. 2. D. de negot. geſt.* Nec enim æquitas patitur, alicui officium ſuum eſſe damnoſum. Huc pertinet *l. ſolvendo. 39. D. eod.* Obſtat *l. 36. D. de Reg. Iur. Ibi culpa eſſe pronunciatur, ſi quis rei ad ſe non pertinenti immiſcuerit.* R. Id non intelligendum de eo, qui ob utilitatem, ſed qui temerè & affectu proximo nocendi res ejus curavit.

Q. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. *An & propter ſcientis rem utiliter geſtam, competat actio negotiorum geſtorum?*

℞. ET id reſolutivè affirmandum cenſeo. Modo abſens fuerit à negotio. *arg. d. §. 1. in verbis (etiam ignorantes obligantur) & d. l. 2. in princ. in verbis (licet ignorantis)* 1. obſtat *d. §. 1. & d. l. & quod paßim in jure de abſente agatur.* 2. obſtat, *Scientia inducit tacitum conſenſum l. 18. D. mand. ergò competit in caſu propoſito actio mandati.* ℞. ad 1. Non ex verbis, ſed ex æquitate (ex ſententia ſc. legis) opinio noſtra firmatur. Huc pertinet *l. ſcire. 17. D. de legib. & l. 6. §. 1. D. de verbor. ſignif.* ℞. ad 2. Neg. conſeq. Antecedens accipitur de ſciente qui ſimul præſens fuit in negotio, & non contradixit, cum contradicendo actum impedire potuiſſet. Alias nuſquam ex ſolâ ſcientia mandatum præſumitur.

Q. 3. *An fœmina negotia alterius gerere poſſit?*

℞. AFfirmo. *l. 3. §. 1. D. de negot. geſt. l. 31. §. 6. D. eod.* Huc pertinet *l. 1. D. de verb. ſignif.* 1. obſtat *l. 4. & 18. D. de procurat.* 2. obſtat, *Quod mulier ſeſe obligare non poßit. tot. tit. D. & C. ad Senatuſc. Vellej.* ℞. ad 1. *d. ll.* loquuntur de procuratore ad lites. Qualis mulier eſſe prohibetur. *l. 2. D.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

de Reg. Iur. excepto ſingulari caſu, de quo *in* *fæminas*. 41. *D. de procurat.* ℟. ad 2. Falſum id eſt, ſi abſolutè intelligatur. Quapropter i limitandum hoc modo, quod ſc. *pro alio* inter cedendo ſe obligare mulier non poſſit. At ſi voluntariò alterius negotium extrajudicialiter ſuſceperit, non ſe pro alio obligat, ſed proprio nomine, illi, cujus negotium geſtum eſt, tenêtur.

Q. 4. *An quæ in morbum uxoris maritus impendit, jure repetat?*

℟. NEquaquam. Ratio 1. quia in compenſationem fructuum, quos maritus conſtante matrimonio è dote percipit, matrimonii onera ſubire debet. *l. 65. §. fin. D. pro ſoc. l. 7. D. de Iur. dot.* 2. Quia æquum eſt, ut, fortuitis caſibus, uxoris maritus particeps ſit, nec ejus ſpernat infelicitatem. Quapropter ni animitus flectatur ad eam, eique curam inferat competentem, dote abuti videtur. Unde uxori alimenta præſtare, eique medicinâ ſuccurrere, marito lege imperatur: Et nolens officio judicis ad id compellitur. *l. 22. §. 8. D. ſolut. matrim.* 3. Quia id affectione maritali (quâ nulla major exiſtit) expenſum cenſetur. *l. 13. C. de negot. geſt.* 1. obſtat, *Atqui ſumptus funeris repetit. d. l. 13. ergò & qui in morbum erogati ſunt.* 2. obſtat, *Quod æquiparantur. l. 3. C. de religioſ.* ℟. ad 1. Negatur conſeq. Ratio diverſitatis, quod impenſa funeris ſit æs alienum dotis. *l. 16. D. de religioſ.* Unde rectè eam repetit ab eo, ad quem dos uxoris reverſa eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

eſt. At uxorem ægram eamque vivam curare, pertinet ad eum, cujus eſt onera matrimonii ſuſtinere. ℟. ad 2. Non ibi de marito tractatur.

Q. 5. *An matri alimenta quæ liberis ſuis præſtitit actione negotiorum geſtorum ſint reddenda?*

℟. CUm id facti ſit, judici definiendum relinquitur. Unde diſtinguendum, vel recipiendi animo mater alimenta præſtitit. *ut ſi (ex. gr.) proteſtata ſit, ea in rationes retulerit, & ſit pauperior, liberi divites.* vel defuncta eſt munere pietatis, quam debet liberis, & affectu materno ea fecit. *ut ſi (ex. gr.) dives ſit, ſplendideque vivat, nunquam petierit, vel proteſtata ſit, ac nihil alimentorum in rationes retulerit.* Priori caſu, datur repetitio. Fund. 1. Quia onus alendi regulariter ex Juris ordine matri non imponitur. *l.* 5. §. 14. *D. de agnoſc. & alend. liber.* 2. Quia nemo præſumitur ſuum velle jactare. *l.* 25. *D. de probat.* Poſteriori verò, negatur. *l.* 34. *D. l.* 1. & 11. *C. de negot. geſt.*

Q. 6. *An vitrico, qui ſumptus alimentorum, ſeu mercedes magiſtris pro privignis ſuis expendit, ejus erogationis nomine detur repetitio?*

℟. ET hæc quæſtio facti eſt, ac proinde judicis arbitrio committenda. Vid. *quæſt. præced.* Quapropter &

hoc caſu ſecundum *l.* 15. *C. de negot. geſt.* diſtinguendum ita videtur. Aut paterno affectu aliquid erogavit: Aut ut aliquando repetiturus. Priori caſu, nego. Quia Privigni, nec non filii eorum, ſunt liberorum loco. *l.* 40. *D. de rit. nupt.* At pater liberos alere tenetur. *l.* 5. *§.* 6. *& ſeqq. D. de agnoſc. liber.* Vid. Cujac. 9. *obſ.* 18. Poſteriori autem caſu, affirmo, per *l.* 3. *§.* 7. *D. de muner. & honor.* At in caſu plenè dubio repetitio locum habêbit. Fund. quia nemo (niſi ſc. ex cauſâ pietatis) ſuum velle perdere videtur. *l.* 25. *D. de probat. junct. l.* 34. *D. l.* 1. *&* 11. *C. de negot. geſt.*

Q. 7. *An ille negotiorum geſtor, qui acceſſit, ut quædam gereret, cum nemo abſtinuit, etiam teneatur de iis quæ non geſſit?*

℟. NEquaquam. *l.* 20. *C. de negot. geſt.* Excipe ergò, ſi acceſſerit ut geſturus omnia; aut vir diligens etiam ea geſturus eſſet: Aut ſi alius qui ea gerere voluit, ejus contemplatione abſtinuit. *l. ſi pupilli.* 6. *§. ult. D. eod.* Ibi Bartol. add. Jul. Pac. 2. ἐναντ. 54. Obſtat *l. in commodato.* 17. *§. ſicut autem.* 3. *D. commod. in verbis (neque enim impunè peritura deſeret.)* ℟. Ibi de eo qui curationem omiſit, poſtquam gerere incepit, tractatur.

Q. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 8. *An negotiorum geſtor de levi, an verò de culpâ leviſsima teneatur?*

℞. TAntum de levi. *l.* 20. *C. de negot. geſt.* 1. Quia nulli officium ſuum debet eſſe damnoſum. *l.* 61. §. 5. *D. de furt.* 2. Quia alioquin abſentium negotia facillimè dſererentur. *arg.* §. 1. *Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex contr.* Quis enim eorum curam ſuſciperet, ſi non ea diligentia ſufficeret, quam bonus paterf. pro communi hominum naturâ adhibet? 3. Cum negotiorum geſtor emolumentum non ſentit, iniquum eſſe debet, eum ex ſuâ beneficentiâ incommodum ſentire. *l.* 10. *D. de Reg. Iur.* Vid. Petr. Fab. *in l.* 23. *D. de Reg. Iur.* Sichard. *in d. l.* 20. Arum. *exerc.* 15. *theſ.* 11. Diſſent. Donell. 15. *comm.* 15. Cujac. *in not. ad lib.* 1. Sent. Paul. *c.* 4. *in princ.* 1. obſtat *l.* 11. *D. de negot. geſt.* 2. obſtat *l.* 22. *C. eod.* 3. obſtat *l. in re mandata. C. mandat. ubi aliena negotia exacto officio geruntur.* 4. obſtat *l.* 24. *C. de uſur. ubi omnis diligentia à negotiorum geſtore præſtanda eſſe docetur.* 5. obſtat *l.* 36. *D. de Reg. Iur.* 6. obſtat, *Quod ſic in mandato tantum præſtanda foret culpa levis, contrà l.* 13. *C. mandat.* 7. obſtat *d.* §. 1. *Inſt.* ℞. ad 1. Culpæ nomine (cum ejus ſimpliciter ſit mentio) nunquam intelligitur culpa leviſſima. ℞. ad 2. Culpa leviſſima præſtabitur, intervenente ſc. pacto ſpeciali, de caſu fortuito præſtando. *Vid. d. l.* ℞. ad 3. Ibi agitur de mandato. ℞. ad 4. Omnis diligentia *in d. l.* pro exactâ, non pro exactiſſimâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

(quæ culpæ leviſſimæ opponitur) ſumitur. ℟. ad 5. d. Regula non procedit in eo, qui ex neceſſitate, ob utilitatem alterius, ſe obtulit rebus gerendis. Deinde, ſi & accipiatur de negotiorum geſtore, ſenſus eſt, *Culpa eſt, &c.* i. e. culpæ levis reus eſt, &c. ℟. ad 6. Id negatur. Ratio diverſitatis, quia ſi renuat mandatarius, alius procurator quæri poſſet. At ſi non geſſiſſet geſtor, neglecta relinquerentur negotia. Æquum itaque, hunc illo levius conſtringi. ℟. ad 7. Ubi agitur de caſu, quo alius diligentior adminiſtraſſet, qui gerentis intuitu abſtinuit.

Q. 9. An in dividendis rebus communibus, ut quis enormiter læſus dicatur, requiratur deceptio ultrà dimidium?

℟. Affirm. Unde ſi duo dividant res communes, atque ex iis unus duplo plus acceperit, quam alter; hic ad reſcindendam diviſionem rectè experietur. At ſi tanta læſio non ſit, læſo per *d. l. 2.* non ſuccurretur. Diſſent. Molin. *ad conſuet. Pariſ.* §. 148. Argentr. *ad conſuet. Britan. art.* 267. Obſtat *l. 3. C. commun. utriuſq. Iudic. in verbis (vel perperam, &c.)* ℟. Vox (*perperam*) *in d. l.* de inæqualitate enormi, dimidium juſti pretii egrediente, exaudienda eſt. Quod enim in genere dicitur in lege allegatâ, id limitandum ex *d. l. 2.* in quâ de hâc materiâ ex profeſſo tractatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tur. Cæterum in Gallicis Tribunalibus, ad quartam juſti pretii læſionem ad reſcindendam diviſionem ſufficere, tradit Joh. Imbert. *in Enchirid. verb. diviſio.*

Q. 10. *An diviſio rei communis ſorte facta propter læſionem ultra dimidium poſſit reſcindi?*

℞. AFfirmo. Per argum. *l. 2. C. de reſcind. vend junct. l. 1. C. commun. utriuſq. judic.* Fachin. 8. *controv.* 36. Bachov. *not. ad Treutl. vol.* 1. *diſput.* 19. *theſ.* 12. *lit. C.* Diſſent. Pinell. *ad d. l. 2. part. 2. c. 1. n. 6.* Anton. Faber. *decad. 8. error. pragm. err. 2.* Obſtat, *Quod beneficium d. l. 2. non concernat illa quæ ex ſorte dependent.* ℞. Sors, non ad æſtimationem, ſed ſolum ad aſſignationem portionis ſpectat. Quapropter non ex ſorte, ſed ex præcedenti æſtimatione, læſio (ob quam datur d. remedium) ortum habet.

Q. 11. *An diviſioni bonorum triginta annorum ſpacio præſcribatur?*

℞. MInimè. Si enim nemo invitus in communione vel ſocietate detineatur. *l. ult. C. commun. divid. l. 26. ſi non ſortem. §. centum. 2. D. de condict. indeb. l. cum pater. 77. §. dulciſſimis. 20. D. de leg. 2.* conſequens eſt, aliquem & poſt annum triceſimum ad diviſionem provocare poſſe. Arg.

l. 14. §. 2. *D. commun. divid. l.* 70. *D. pro ſoc.* Coſtal. *ad l.* 1. *D. famil. erciſ.* Fachin. 6. *controv.* 36. Perez. *ad tit. C. commun. divid. n.* 6. Obſtat, *Atqui actiones perſonales* (*quales & ſunt familiæ erciſcundæ & communi dividundo*) *triginta annis tolluntur. l.* 1. §. 1. *C. de annal. except.* ℞. Id verum eſt, ſi cohæredum vel ſociorum unus res communes tot annis ſolus poſſedit. Falſum verò, ſi omnes & ſinguli pro indiviſo poſſideant. Quo caſu, alter alterius partem uſucapere non poteſt. Vid. DD. præalleg.

Q. 12. *An defunctus poßit impedire, quò minus dividatur hereditas?*

℞. NEquaquam. *per ll. quæſt.* 11. *allegatas.* 1. obſtat, *Voluntas defuncti pro lege eſt ſervanda. Novell.* 1. 2. obſtat *l. Lucius Titius.* 78. *D. ad Sc. Trebell. ibi communio præcipitur.* 3. obſtat, *Atqui teſtator poteſt prohibêre alienationem, ergò communionem imponere poteſt.* ℞. ad 1. Ea ſc. quæ competens eſt, nec repugnat legibus. *d. Nov. c.* 1. *l.* 55. *D. de legat.* 1. ℞. ad 2. Non ibi de communione in perpetuum duraturâ tractatur. ℞. ad 3. Negatur conſeq. Ratio diverſi juris eſt, quod non ita per alienationis prohibitionem lites & diſcordiæ naſcantur, quam per communionem, ſi in eâ inviti manêre cogantur.

Q. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 13. *An qui alieno nomine ſolvit debitum, id ab eo qui ſuum recepit poßit repetere?*

℞. MInimè. *Repetitio nulla eſt* (inquit Paulus *in l.* 44. *D. de condict. indeb.*) *ab eo, qui ſuum recepit, tametſi ab alio, quam vero debitore ſolutum eſt.* Fund. 1. Quia quod ſolutum eſt, reverâ debebatur. 2. Imputet ſibi, qui ſolvit. Obſtat *l.* 19. *§. quamvis.* 1. *D. eod.* ℞. Ibi is qui falsò credebat ſe eſſe debitorem, de facto, ſuo nomine ſolvit debitum alienum. At in condictionibus non origo pecuniæ, ſed perſona ſolventis ſpectatur. *l.* 6. *C. de condict. indeb. junct. l.* 7. *C. ſi cert. petat.* Vid. Duaren. *ad tit. de condict. indeb. n.* 7. Vir. *deciſ.* 228. *lib.* 2.

Q. 14. *An filiof. qui per induſtriam & operam ſuam auxit rem patris, poſt obitum ejus quid præcipuum aſſignandum ſit?*

℞. NEg. Fund. Quia quicquid acquirit (excepto peculio caſtrenſi vel quaſi) cedit patri. *princ. Inſt. per quas perſon. nob. oblig. acquir.* Niſi fortaſſe labore ſuo extrà rem patris quid comparaverit. Fund. Quia ſic quæſita peculio adventitio accenſenda ſunt. *arg. l.* 6. *C. de bon. quæ liber.* Quod verò attinet ad filium emancipatum,

operæ, quas patri præſtitit, ipſi ſolvendæ ſunt. Vid. Salycet. & Bald. *in l.* 13. *C. famil. erciſc.*

Q. 15. *An creditor invitus teneatur admittere particularem ſolutionem?*

℟. NEquaquam. §. 1. *Inſt. quib. mod. tollit. oblig.* Ratio 1. Quia nemini per alterum iniqua conditio inferri debet. *l.* 74. *D. de Reg. Iur.* At per partes ſolutio incommodi plena eſt. *l.* 3. *D. famil. erciſc.* 2. Quia cum aliud ſit pars, aliud totum, hoc modo forma obligationis mutaretur. Vid. *l.* 99. *D. de ſolut.* 3. Qnia ut oblatio partis reprobatur. *l.* 9. *C. eod.* ita & ſolutio. Huc pertinet *l.* 13. §. *offerri.* 8. *D. de act. empt. l.* 41. §. 1. *D. de uſur.* Adde 4. quod non tantum ſolidum non ſolviſſe dicatur, qui nihil ſolvit, ſed & qui non totum. Vid. *l.* 32. *D. de verb. ſignif. & l. ſolidum.* 85. *D. de ſolut.* Donell. *in l.* 21. *D. de reb. cred.* Bronch. *cent.* 1. *aſſert.* 63. Diſſent. Fulgoſ. *in d. l.* 21. *n.* 4. & ibi Decius, & Alciat. *n.* 6. 1. obſtat §. 1. *in fin. d. tit. Inſt.* 2. obſtat *l.* 21. *D. de reb. cred.* 3. obſtat *l. fin. D. quib. mod. pign. ſolv.* 4. obſtat *l.* 2. §. 1. *D. de verb. oblig.* 5. obſtat, *Pars compenſari poteſt, ergò & ſolvi.* 6. obſtat *l.* 41. *D. de Reg. Iur.* ℟. ad 1. Ibi de eâ ſolutione, quæ cum acceptilatione comparatur, agitur. At acceptilatio non fit niſi inter conſentientes. ℟. ad 2. Non ibi de ſolutione partis tractatur, ſed de ſolutione partis liquidæ tantum. ℟. ad 3. *d. l.* de diverſis ſummis integris loquitur. ℟. ad 4. Ibi agitur quatenus res alioquin

quin individua dividatur, cum ab heredibus, qui pro parte hereditaria ſolvere poſſunt, ſolutio eſt facienda. ℞. ad 5. Compenſatio non adfert realem præſtationem, ſed ipſo jure imminuit petitionem. ℞. ad 6. *d. l.* procedit, ſi in utroque eadem militet ratio. At actor minorem ſummam petendo, prodeſt reo, ne majores ſportulas ſolvat: Reus verò obtrudendo per partes ſolutionem, graviter actori nocet.

Q. 16. *An aliud pro alio invito creditori ſolvi poſſit?*

℞. NEg. *d. princ. Inſt. quib. mod. tollit. oblig.* Ut enim contracta eſt obligatio, ita eſt ſolvenda. Sed hoc intelligendum, niſi neceſſitas aliud imperet. Quapropter, ſi res periit; aut ſi res aliena debeatur, quæ abſque ſummo incommodo à domino redimi nequit. Hiſce & ſimilibus caſibus loco rei ſolvitur ejus æſtimatio. 1. obſtat *l. 22. D. de reb. cred. ibi æſtimatio pro vino ſolvi poteſt.* 2. obſtat *l. 57. D. de ſolut. ibi decem in mille ſolvuntur.* 3. obſtat *Novell. 4. c. 3.* ℞. ad 1. Id falſum eſt. Sed id tantum indicatur, ſi æſtimatio petatur, quæ, & cujus temporis præſtanda ſit. ℞. ad 2. Rectè, ſc. ſi præceſſerit talis obligatio, vel voluntas partium ſubſecuta ſit. ℞. ad 3. Ibi ſubeſt neceſſitas. Nec enim debitori quod ſolveret deberet, aderat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 17. *An quod in diem debetur, invito creditori ante diem rectè ſolvatur?*

℞. AFfirmo. *l.* 50. *D. de oblig. & action. l.* 38. *§.* 16. *& l.* 137. *§.* 2. *D. de verb. oblig.* Fund. Cum enim dies pro debitore cenſeatur adjectus. *l.* 17. *D. de Reg. Iur.* rectè favori pro ſe introducto renunciare poteſt. *l. pen. C. de pact.* Accedit, quod debitor creditori plus præſtare poſſit. At ſi diem prævenit, plus quam debet ſolviſſe intelligitur. *l.* 15. *D. de annuis legat.* Donell. *in l. eum qui.* 41. *§. quoties. n.* 47. *& ſeq. D. de verbor. oblig.* Berlich. *deciſ.* 153. Arum. *exercit.* 16. *theſ.* 3. Diſſent. Cujac. 23. *obſ.* 22. Æmil. Ferret. *ad d. l.* 38. *§.* 16. 1. obſtat *l.* 122. *D. de verbor. oblig.* 2. obſtat *l.* 39. *D. de ſolut.* 3. obſtat *l.* 18. *D. de conſt. pecun.* ℞. ad 1. Ibi dies adjectus erat in gratiam creditoris. ℞. ad 2. Opportunum tempus *in d. l.* illud eſt, quod commodum eſt debitori. Quale haud dubiè eſt, ſi ante diem conſtitutum ſolvere velit. ℞. ad 3. Rectè, ſed ita, ut intereà res ſit periculo creditoris.

Q. 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 18. Cum compenſatio pro ſolutione ſit. arg. l. 18. in fin. D. commod. l. 2. 3. 4. D. & l. 4. C. de compenſat. An ergò is cui res legata eſt ſub conditione dandi centum, compenſando videatur obtemperare voluntati teſtatoris?

R. AFfirmo. *dd. ll. & l. dediſſe. 76. D. de verb. ſignif.* Diſſent. Gomez. 1. *variar. reſolut. cap.* 12. *n.* 77. niſi fortaſſe defunctus ſolutionem veram & ſpecificam voluiſſe probetur. Quod contingit, ſi (ex. gr.) in alimenta quæ diſpoſuit ſolvi velit; cum ex compenſatione nemo alatur. Obſtat, *Legatum non debetur, niſi ſpecificè legatarius condicioni paruerit. l. 2. 45. & 55. D. de condic. & demonſtr. atqui ſolvere juſſus, compenſando ſpecificè conditioni non paruit.* R. Minor eſt falſa. Quod enim lex pro ſolutione habet, id perinde eſt, ac ſi formaliter ſolutio interveniſſet. Vid. Menoch. 2. *præſumpt.* 48. *n.* 35. Adde, quod compenſationis manifeſta ſit æquitas, & ad lites dirimendas valeat. *l.* 2. & 18. *D. de compenſat.* Quapropter & qui jurejurando ſe ſoluturum promiſit haudquaquam compenſando reus perjurii peragetur. Covarruv. *ad cap. quamvis. part.* 1. §. 4. *n.* 8. *de pact. in* 6. Fachin. 1. *controv.* 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 19. An ceſſionario (i. e. ei, cui ex. gr. vendita vel donata eſt actio) compenſatio à debitore objici poſſit ejus nomine quod ipſe debet?

R. AFfirmo. Cum enim ipſe (utpote procurator in rem ſuam) ſimulac litiſconteſtatio vel denunciatio de ceſſione facta eſt, compenſare poſſit, quod domino debetur. *l.* 18. *D. de compenſat.* Cujac. 24. *obſ.* 37. Sand. *de act. ceſſ. cap.* 20. *n.* 12. *& ſeq.* rectè & debitor id quod ſibi à ceſſionario debetur compenſabit. Fund. Quia iniquum eſt, petere id quod quis mox eſt reſtituturus. Ant. Fab. *in Cod. Sabaud. lib.* 4. *tit.* 23. *defin.* 3. Vincent. de Franc. *deciſ.* 53. Neoſtad. *deciſ. Cur. Holland.* 71. *An verò ceſſionario compenſatio objici poſſit ejus nomine quod ipſe cedens debet?* Diſting. Vel agit ex cauſâ oneroſâ, vel ex cauſâ lucrativâ. Hoc caſu, affirmo. Illo, ſubdiſtinguendum eſt, vel agit actione directa nomine cedentis. Vel actione utili, nomine proprio. Priori caſu, affirmo. Ratio, ne alioqui, ſi creditor per ceſſionem jus compenſandi poſſit auferre, iniqua conditio debitori inferatur. Poſteriore caſu, nego. *DD. ad l. ejus.* 9. *C. de compenſat. & ibi Cyn. Salycet. Caſtrenſ. & Sebaſt. Medic. in tractat. de compenſat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 20. *An compenſatio ipſo jure citrà factum hominis contingat?*

℟. AFfirmo. *l. fin. C. de compenſat. §. 30. Inſt. de action.* Solutio enim hoc ipſo temporis momento retrorſum facta cenſetur, quò invicem deberi cæptum eſt, non ab eo, quo reus eam propoſuit, vel Judex admiſit. Unde concurrentis hinc inde quantitatis uſuræ non præſtantur. *l. cum alter.* 11. *D. l.* 4. *C. eod.* 1. obſtat *d. §.* 30. *ibi in judicio eſt opponenda. Ergò non fit ipſo jure.* 2. obſtat, *Atqui opponi debet exceptio doli mali. l. ſi unum ex familia. §. ſed ſi uno. D. de legat.* 2. ℟. ad 1. Negatur conſeq. Ad antecedens; Opponenda eſt ante rem judicatam, at non per modum exceptionis: niſi ita reus velit; vel dubitetur, an competat. Quapropter dicendum, compenſationem quidem ipſo jure fieri, ſi ſc. debitum ſit proprium, certum & liquidum, aut facile liquidatio poſſit inveniri, ſic tamen, ut eam objici neceſſe ſit. *§. pen. Inſt. de action.* Quomodò enim judex, cui non conſtat quid debeatur utrimque, in condemnatione compenſationis rationem habebit? Ant. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 23. *defin* 4. Weſembec. *in paratit. ad tit. de compenſ. num.* 8. Guid. Pap. *quæſt.* 171. ℟. ad 2. Id falſum eſt. Hoc enim tantum *in d. l.* innuitur, compenſationem fieri ipſo jure, ratione exceptionis doli, eò ſc. quod doli mali exceptio inſit. Plura de hâc materiâ ad tit. de action. dicemus.

Q. 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 21. *An acceptilatio ſit Juris Civilis?*

R. Affirmo. *l.* 107. *D. de verb. oblig. l. pen. D. de ſolut. l.* 1. *C. de acceptil. l.* 77. *D. de Reg. Iur.* fit enim per ſtipulationem. *§.* 1. *Inſt. quib. mod. toll. oblig. & ibi Vultej.* Cujac. 5. *obſerv.* 36. Obſtat *l.* 8. *§. filiusf. ult. D. de acceptilat. Hoc jure utimur (inquit Ic.) ut Iurisgentium ſit acceptilatio.* R. Origine eſt Juriſg. inſpecto ſc. conſenſu quem habet. Formâ verò Juris civilis eſt. i. e. ſi ſpectamus verba ſolemnia, quibus ea perficitur. Fit enim τυπικοῖς ῥήμασι, ut ait Theophilus *in d. tit. Inſtit.* Acceptione enim tollitur verborum obligatio, non verò obligatio Juriſg. niſi miniſterio ſtipulationis Aquilianæ ante in verborum obligationem fuerit transfuſa. *§.* 2. *Inſt. d. tit.* Unde & Juriſg. dicitur, quod hodie modus inventus ſit, quo accommodaretur omnibus Juriſg. obligationibus. Hinc imaginaria ſive ficta ſolutio appellatur. *d. §.* 1. quod ex vi & poteſtate legis imaginem veræ & naturalis ſolutionis habeat.

Q. 22. *An acceptilatio inutilis vim pacti habeat?*

R. Affirmo. *l.* 27. *§. pen. D. de pact. l.* 8. *in princ. & l.* 19. *D. de acceptil.* Fund. Propter naturalem conſenſum, ne à reo petatur. Donell. & Cujac. *in l.* 1. *§. ſi quis ita. D. de verb. oblig.* Diſſent. Duaren. *ad d. §.*

Zaſ.

Zaſ. *ad rubr. tit. Inſt. quib. mod. ſolv. oblig.* Obſtat, *Inutilis ſtipulatio pactum non producit. l.* 1. *§.* 2. *D. de verb. oblig. Ergò nec acceptilatio.* ℟. Neg. conſeq. Ratio differentiæ eſt, quia ſtipulatio parit obligationem, acceptilatio verò liberationem. At leges proniores ſunt ad liberandum, quam ad obligandum. *l. Arrianus.* 47. *D. de oblig. & act.* Coſtal. *in l.* 13. *D. de ſervitut.* Arum. *exercit.* 16. *theſ.* 13.

Q. 23. *An hodie, ſi inter contrahentes diſertè non ſit expreſſum, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt, ex circumſtantiis, conjecturis, & indiciis veriſimilibus (ope ſaltem exceptionis) contingat novatio?*

℟. MInimè. Tum enim Juſtiniani Imp. conſtitutione cenſetur novata obligatio, cum nominatim & ſpecialiter inter contrahentes id actum probatur. *l. ult. C. de novat. §. pen. Inſt. quib. mod. tollit. oblig.* Giphan. *in d. l. ult.* Merenda 1. *controv.* 25. Ronchegall. *in l.* 3. *D. de duob. reis. n.* 17. Menoch. *de recuper. poſſ. remed.* 9. *n.* 379. Benedict. Carpzov. *Iuriſpr. Forenſ. Romano-Saxon. part.* 2. *conſt.* 19. *defin.* 14. Diſſ. Salicet. *in d. l. fin.* Afflict. *deciſ.* 44. *n.* 15. Maſcard. *de probat. concluſ.* 112. *n.* 20. Gail. 2. *obſ.* 30. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de novat.* Obſtat, *Si in criminalibus hujuſmodi indicia ſufficiunt. l. fin. C. de probat. multò ergò magis in civilibus id locum habebit.* ℟. Id procedit, niſi lex obſtet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſtet. At hoc caſu, ſolennitas ſub quâ actus celebrandus eſt. *d. l. fin.* expreſſim continetur: Unde & in formâ ſpecificâ adimpleri debet. *Nec moribus noſtris à Iure civili receſſum cenſeo.* Grot. *lib.* 3. *Introduct. part.* 43. *n.* 7. Groenew. *de ll. abrogat. ad d. §. pen. Inſt.*

Q. 24. An delegatus, qui exceptione perpetuâ delegantem ſubmovêre poteſt, eâdem exceptione ſe tueri poſſit adverſus eum cui delegatus eſt?

℟. NEg. Per legem & rationem *in l.* 12. *D. de novat. & l.* 19. *D. eod.* Accedit, quod & ſibi imputare debet, quod creditori, cui delegatur, ſtipulari permiſerit. *l.* 1. *C. de novat. ubi Sichard. n.* 4. *& Cyn. n.* 1. Obſtat, *Atqui fidejuſſori datur exceptio realis, quâ principalis debitor ſe tueri poterat. §. ult. Inſt. de replicat. ergò & delegato.* ℟. Neg. conſeq. Ratio diverſitatis; quia quod à fidejuſſore petitur, id ab ipſo debitore peti videtur. *d. §. ult. junct. §.* 6. *Inſt. de fidejuſſ.* At debitor delegatus ex alterius perſona exceptionẽ non habet, quia donandi animo illam remiſiſſe exiſtimatur. *d. l.* 12. *Quid ſi delegatus deprehendatur eſſe non ſolvendo, an adverſus delegantem creditori detur regreſſus?* Nequaquam. *l.* 3. *C. de nov.* Fund. quia actio, quam creditor contra delegantem habuit, delegatione cenſetur extincta. Niſi callidè perſuaſerit delegans, debitorem eſſe idoneum. *l.* 7. *§. ult. & l. ſeq. D. de dol. mal.* Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 6. *n.* 52. *junct. n.* 55. *& ſeqq.* Perez. *in tit. C. de novat. n.* 13.

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

VIGESIMA-PRIMA,

Ad Tit. 1. & 2. Lib. 4. Inſtitut.

Q. 1. An furtum rectè definiatur in l. 1. §. fin. D. de furt. & §. 1. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc.?

℟. AFfirmo. Hinc, ut furtum commiſſum dicatur, requiritur. 1. *Contrectatio rei.* Sola enim furti faciendi cogitatio (in foro ſc. Soli) non facit furem. *l.* 223. *D. de V. S.* ſecus verò in foro Poli. *c. ſi propterea de pænit. diſt.* 1. uti nec ſola verba, aut ſcriptura. *l. ſi quis uxori.* 52. *§. neque.* 19. *D. de furt. Contrectare,* hoc loco, non ſolum auferre, ſed & attingere rem, quæ de loco ad alium locum moveri poteſt, ſignificat. *l. cum quærebatur.* 11. *C. unde vi. junct. l.* 3. *§.* 18. *D. de acq. poſſeſſ* Unde, qui re commodatâ abutitur, non ablatione, ſed contrectatione furti crimen contrahit. *§.* 6. *Inſt. d. t.* uti & qui rem furtivam celat. *§.* 4. *Inſt. eod. l. qui vas.* 48. *§.* 1. *D. de furt.* Et qui furandi cauſâ conclave intravit,

vit, ſi nihil attigerit, fur non eſt. *l. vulgaris.* 21. §. 7. *D. eod.* licet id mutatum jure canon. *c. tres perſonas.* 23. *q.* 4. nonnulli exiſtiment. Ex prædictis notandum, rei immobilis furtum non fieri. *l. verum eſt.* 25. *D. eod.* §. 7. *Inſt. de uſucap.* legitur tamen, furti damnatum colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, dominum poſſeſſione ejus intervertiſſet. Aul. Gel. 11. *Noct. Attic. c. ult.* 2. *Ut res ſit aliena.* Propriæ enim rei (ut talis) furtum non committitur. *l. creditoris.* 15. §. *dominus.* 1. *l.* 43. §. 1. *D. eod.* Quapropter Dametas cum hiſce à Menalcâ furti redargueretur apud *Virgil. in Bucol.*

Non ego te vidi Damonis (peſſime) caprum
Excipere inſidiis multum latrante Lyciſca?

ei ita reſpondit, non furtum ſe commiſiſſe, quod caper ille ſuus eſſet.

An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?
Si neſcis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat.

Dominus in hâc definitione etiam is intelligitur, qui in re alienâ quid juris habet. §. 10. *d. t.* & *l.* 15. §. 1. & 2. *D. d. tit.* At rei hereditariæ (cum hereditas jacens nullius in bonis ſit. *l.* 1. *D. de rer. diviſ.*) furtum non fit. *l.* 68. *D. de furt.* 3. *Furandi affectus*, i. e. ut illa contrectatio ſit doloſa. §. 7. *Inſt. eod.* Unde ſi quis putet, ſe voluntate domini rem attingere, cum tamen eo invito fiat, furtum non facit. Sicut è contrà, fur eſt, qui volente domino rem con-

trectat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

trectat, cum exiſtimet, id eo invito fieri. *l. 56. §. pen. D. eod.* In iis enim, quæ merè ab animo dependent, magis ſpectandum, quod eſt in opinione, quam quod in rei veritate. *l. 18. §. 3. D. de injur.* Ex prædictis doli incapax in furti crimen non incidit. §. 18. *Inſt. d. t.* Vid. Nemeſin Carolinam *artic.* 165. 4. *Noluntas domini.* Per *d. §. 7. & l. 1. §. 5. D. de injur.* 5. *Ut contrectanti animus lucri aut commodi faciendi adſit.* hinc, qui alio fine aliena attingit, furti non tenetur. Ut ſi quis alicujus ancillam libidinis cauſâ rapuerit. *l. verum. 39. D. de furt.* vel ut domino injuriam inferat, res ejus contrectaverit. Per *l. 53. D. eod.* 1. obſtat, *Propoſitum & intentio delinquentis maleficia diſtinguit. l. 14. D. ad l. Cornel. de Sicar. Ergò voluntas domini non eſt ſpectanda.* 2. obſtat, *At etiam volenti & ſcienti domino furtum fit. l. 20. C. de furt. §. 8. Inſt. d. t.* 3. obſtat, *Commodatarius alteri rem commodans furtum facit. l. 54. §. 1. Ergò & fur ille eſt, qui nihil. lucratur.* ℞. ad 1. Negatur conſeq. Antecedens in publicis, non autem privatis delictis procedit. Cum enim (ex. gr.) Homicidium eſt perpetratum, ſola voluntas occidentis attenditur, nec diſquiritur, an occiſus voluerit, nec ne: cum populus, cujus jus hoc crimine turbatur, nunquam illud voluiſſe cenſetur. At in delicto privato, (cum in eo de læſi jure tractetur) non ſatis eſt, delinquentem voluiſſe; ſed ut noluntas privati, qui læſus eſt, concurrat, neceſſe eſt. Inſt. per *l. 53. D. de furt.* ℞. Quod voluntas delinquentis, in furto, & ſimilibus, noluntatem domini includat. ℞. ad 2. Publicâ

utili-

utilitate, in peſſimum genus hominum, contra ſtrictam juris rationem jus ita ſcriptum eſt. Deinde, ibi non eo animo dominus conſenſit, ut re ſuâ privaretur; ſed ut furem in ipſo facto deprehenderet, eumque duplici judicio alligaret. ℟. ad 3. Negatur conſeq. Eſt enim & quod hoc caſu commodatarius lucretur: cum ad retribuendum qui quid accepit naturaliter obligetur. *l. 25. §. conſuluit. 11. D. de petit. hered.* At hoc novum lucri genus appellat Scholiaſtes Baſilic. *lib. 6. tit. 12. c. 55.*

Q. 2. *An furtum lege naturali turpe ſit & prohibitum?*

℟. Affirmo. 1. *l. 1. §. fin. D. de furt. §. 1. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* 2. *l. natura. 14. D. de condict. indeb.* 3. Quia non ſolum Judæorum, ſed & omnium ferè Gentium legibus damnatur, ac fures, (tanquam Reip. hoſtes, & peſtes humani generis) vituperantur & puniuntur. 4. Quia ſicut bona animi & corporis, ita bona fortunæ, privatis dominiis Jureg. ſive jure naturali ſecundariò, diſtincta ſunt. *l. 5. D. de Iuſt. & Iur.* Idque ex ratione naturali, ut incommodis ex rerum communione pullulantibus occurreretur, atque humanæ ſocietates, novis artibus, ac continua indefeſſâque hominum induſtriâ, florentes & glorioſæ redderentur. 5. Quia (*teſte Cicerone lib. 3. offic.*) *detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, ac cætera quæ poſſunt aut corpori*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

pori accidere, aut rebus externis. Et poſtea ſubdit: *ſi propter ſuum emolumentum quiſque ſpoliet, aut violet alterum, neceſſariò diſrumpi eam, quæ maxime eſt ſecundum naturam, humani generis ſocietatem: quemadmodum totum corpus interiret, ſi unumquodque membrum proximi membri valetudinem ad ſe traheret.* 6 Vultej. *ad d. §. 1. n. 3.* Ant. Auguſt. 4. *emendat.* 4. 1. obſtat, *Furtum naturâ turpe eſt & prohibitum. l. 42. D. de verb. ſignif. ergò non Iureg. ſed eo Iure, quod natura omnia animalia docuit.* 2. obſtat, *Quod naturâ omnia ſint communia. l. hos accuſare. 12. in fin. D. de accuſat. c. dilectiſſimis. 12. q. 1. ergò lege naturali furtum non eſt prohibitum.* 3. obſtat, *Quod Iudæis à Petro ad Chriſti fidem converſis omnia fuerint communia. Act. Apoſtol. cap. 2.* 4. obſtat, *Quod apud Aegyptios & Lacedæmonios furta (præſertim eduliorum) fuerint impunita.* Aul. Gell. *noct. Attic. lib. 11. c. 18. Atque adeò, lege apud Aegyptios cautum refert* Joann. Ferrar. *in d. tit. Inſt. ut, qui furtis operam dare vellent, nomina ſua Principi ſacerdotum ederent, cui, ut primum furabantur, furta deferebant, ad quem rerum ſubtractarum domini ad res furtivas præciſè ſignificandas accedebant. quibus adinventis bona furto ablata reſtituebantur, detractâ illorum quartâ portione, quæ furi ex lege cedebat.* 5. obſtat, *Quod Cardaces apud Perſas rapto vixerint. Alex. ab Alexand. Genial. dier. lib. 6. c. 10. Cymbri ab ipſis incunabulis ad furta ſint aſſueti. Argivi & Brutii more genti inſito latrones ſint, illorumque ingenia latrociniis lætentur, & rapinis gaudeant. Alexand. ab Alexand. lib. 4. c. 13. ergò juſtum & æquum*

& æquum furtum eſſe videtur. ℟. ad 1. Negatur conſeq. Et *in d. l.* genus pro ſpecie, *natura* pro *lege naturali* ſumitur. Quoties enim in Jure *legis* mentio fit, id de facto hominis intelligitur. Eſt itaque *lex naturalis* illud Juſq. quod non ſolum à naturali non diſcrepat, ſed ab eo deſcendit, & naturali ratione conſtat. *l. 1. D. de acquir. rer. domin.* diciturque jus naturale ſecundarium, tanquam ob ipſo naturali jure primævo conſtitutum. ℟. ad 2. Naturam ab initio res indiviſas reliquiſſe haud inficior. Cui & Virgil. in ſua apum Repub. lib. 4. Georg. hiſce alluſit:

Venturæque hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt.

At naturâ depravatâ, rerum diviſionem Deus approbavit, & Gentes humanæ ex naturali ratione amplexæ ſunt. At Plato *lib. 4. de Repub.* mandavit, omnia fore communia, quaſi hoc ſolo remedio, plura delicta, quæ paſſim propter avaritam patrantur, ſe ſubmovere poſſe arbitraretur. ℟. ad 3. Iſta communio, quo ad ſolum bonorum uſum, non autem quoad rerum proprietatem, & abſolutum earum dominium, eſt intelligenda. Atque & ita accipiendum illud *in Act. Apoſt. cap. 4. Quod multitudinis credentium cor unum fuerit, unaque anima, nec quiſquam eorum aliquid ſuum eſſe diceret, ſed omnia illis eſſent communia.* ℟. ad 4. Impunitas turpitudinem facti non tollit. Pænæ enim remiſſio & indulgentia probrum non abolet. *l. generalis. C. de ſentent. paſſ.* Quæ reſponſio & applicanda hiſtoriæ,

ſtoriæ, quâ narratur, Dionyſium Syracuſanum ſeniorem eos dilexiſſe, qui in Urbe noctu hominibus veſtes abriperent, ut hoc modo Syracuſani crebra ſua nocturna convivia relinquerent. *Plutarch. in apophtegm.* ℞. ad 5. Non niſi fatuus conſequentiam admittet. Cum enim non corruptelâ morum, ſed juſtitiâ *Salus populi concludatur*: quicquid ab eâ deflectit, id juris nomen mereri nec poteſt, nec debet, ſed tanquam injuſtum & impium averruncandum eſt.

Q. 4. *An liceat ingredi ædes alienas, rei furtivæ inveſtigandæ cauſa?*

℞. AFfirmo. *arg.* §. 4. *Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Præſertim ſi periculum ſubſit, rem apud poſſeſſorem perituram; aut is ſuſpectus ſit de fugâ. Verum ut inquiſitio concedatur, hæc concurrant neceſſe eſt. 1. Ut indicia ac præſumptiones haud leves vigeant contrà eum, in cujus ædibus res ablatæ perquirendæ ſunt: Aut dominus rei furtivæ ſaltem juraverit, ſperare, quod quærit ibi ſe inventurum. Vid. Platon. *lib.* 12. *de ll.* Coraſ. *ad l. congruit.* 13. *n.* 13. *D. de offic. Præſid.* Salycet. *in l. requirendi. C. de ſerv. fugitiv.* Hippol. de Marſil. *in l.* 1. *in princ. n.* 24. *D. de quæſt.* 2. Ut inquiſitio fiat non per ipſos dominos rerum ablatarum, ſed juſtitiæ miniſtros & executores. 3. Ut ea inſtituatur ex auto-

autoritate magiſtratus. *l.* 1. *§.* 1. *& ſeqq. l.* 3. *D. de fugitiv.* Clar. *lib.* 5. *ſent. §. furtum. n.* 3. Oldend. *Claſſ.* 7. *act.* 3. *&* DD. *in d. §.* 4. *Inſt.* Joann. Bonifac. *de furt. ad verb. contrectatio. n.* 83. *& ſeq.* 1. obſtat *d. §.* 4. *ibi inquiſitio videtur ſublata.* 2. obſtat, *Durum videtur & inhumanum patrisfam. ſecreta domus propalare, at grave & admodum præjudiciale eſt, vel paupertatem honeſti viri detegere, vel divitias invidiæ & periculis exponere. l. meminimus.* 2. *C. quand. & quib. quart. pars. lib.* 10. *tit.*34. ℞. ad 1. Negatur. Sed 1. ſola actio furti prohibiti conſopita refertur. 2. Vel quod requiſitio ſecundum veterem obſervationem (*per lancem ſc. & licium*) ſit abolita. Ritus verò & exitus ita perſcrutandi res furtivas ex ruderibus antiquitatis petendi ſunt. Vid. M. Aurel. Galvan. *de uſufruct. diſſert. variar. cap.* 15. *num.* 7. ℞. ad 2. Iſtud gravamen tollit prudentia judicis. Ejus enim eſt, animadvertere, num hæc perquiſitio per odium petatur, an per æquitatis rationem. At iis obſervatis quæ prædicta ſunt, haud facile inimico petentis Judex notam inuret. Cum alias exiſtimationi & viri probi famæ graviſſimè obſtet furti ſuſpicio, quâ carere non videtur, in cujus domo res ablatæ perquiruntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. *An furem capere propriâ autoritate ſit permiſſum?*

℟. FUrem ab aliquo capi poſſe (ſi periculum ſit in morâ) docet. *l. 56. interdum. §. qui furem.* 1. *D. de furt.* uti & à creditore debitorem fugientem. *l. ait Prætor.* 10. *§. debitorem.* 16. *D. de his qu. in fraud. creditor.* Vel colligentem ſarcinulas, ut ſubinde fugam arriperet. Hippol. de Marſil. *in l. fin. C. de probat.* Idem & procuratori creditoris concedendum eſſe videtur, per ea quæ allegat Bald. *in l. pignoris gratiâ. C. de pign. act. huc refertur l. quis ſit fugitivus.* 17. *§. apud Cælium.* 15. *D. de ædil. edict.* Alexand. 1. *vol. columm. ult. conſil.* 288. 1. obſtat *l.* 48. *D. de furt. ex quâ apparet, indiſtinctè rem ſubreptam auferre furi licere.* 2. obſtat *l.* 13. *D. de eo quod met. cauſ. & ſimiles.* ℟. ad 1. Ibi factum ſolum narratur. Deinde, is, cujus res erat, dici poteſt, ex autoritate judicis (& ſic ſecundum juris ordinem) furi rem abſtuliſſe. ℟. ad 2. *d. l.* in theſi vera eſt, at in hypotheſi, cum ſubeſt neceſſitas, perdit officium ſuum. *arg. l. fin. in quib. cauſ. reſtitut. in integr. non eſt neceſſ.* At in quibus caſibus furem vel debitorem apprehendere conceditur, in iis curandum, ne privati carceris crimen contrahatur. Quod qui committit crimini læſæ majeſtatis involvitur. *l. 2. C. de priv. carcer.* Cæterum hujus delicti reus eſt, ſi quis captum ultrà viginti horas detineat. *l. capite quinto. D. ad l. Iul. de adulter.* niſi debito tempore officiali

X denun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

denunciaverit. Ut & *l. Iuliâ de vi publ.* tenetur, qui hominem dolo malo incluſerit. *l. qui cætu. D. ad l. Iul. de vi publ.*

Q. 5. *An extremâ famis urgente neceſſitate, eſculenta & poculenta auferre ſit permiſſum?*

℟. NEquaquam. *arg. l. 43. §. 5. D. de rit. nupt. non ignoſcendum eſt ei (inquit. Ic.) quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam egit.* Quapropter ſi ullâ ratione illa neceſſitas evadi poſſit, furti reatum incurret, cibum qui furatur. Nec enim ſola neceſſitas aliquem peccato ſubducit. *l. ſi quis propter. 3. X. de furt.* Vid. Iul. Clar. 5. *ſentent. §. furtum. n. 24. & ſeq.* Leſſ. 2. *de Iuſtit. & Iur. c. 12. dubit. 12.* Ameſ. *de conſcient. lib. 5. c. 50. in fin.* Diſſent. Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. in verbis (niſi habeat gratiam.) n. 15. & ſeqq.* 1. obſtat *Matth. 12. & c. diſcipulos. 26. diſtinct. 5. de conſecrat. Ibi diſcipulis fame oppreſſis & per ſegetes tranſeuntibus ſpicas avellere & edere licuit.* 2. obſtat, *Quod neceſſitas excuſet à peccato. l. 162. D. de Reg. Iur. c. quod non eſt. X. eod.* ℟. ad 1. Id lege permittente licuit. *Deut. 23. verſ. 24. & ſeqq.* ℟. ad 2. Id intelligendum de tanta neceſſitate, cui nullo alio modo occurri poteſt. Unde in hypotheſi diſtinguendum videtur, inter obtentum ſimplicis neceſſitatis, & neceſſitatẽ cum quâ conjuncta eſt

cibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

cibi denegatio. Priori modo (quoniam adeundo magiſtratum, aut precibus, aut labore à privatis quis poſſit ſublevari) nego. Ita enim ſubveniendum eſſe neceſſitati dictat naturalis ratio, ne pigritia interim inſtruatur. Poſteriori, affirmo. Huc pertinet *arg. l. 4. D. de agnoſc. & alend. liber.* Hinc Plato ex vicini puteo aquam peti, ſi quis in ſuo ad cretam uſque aquæ exquirendæ cauſâ foderit. Ad hunc caſum refer & *l. 2. §. 2. in fin. D. ad leg. Rhod. de jact.* in quâ cibaria conferenda eſſe docetur. Et quod diximus hoc poſteriori caſu, id ſub hiſce cautionibus accipiendum eſt. 1. Quod pari neceſſitate ipſe poſſeſſor non teneatur. 2. Et ut, ubi fieri poteſt, fiat reſtitutio. *Proverb. 6. verſ. 30, 31.*

Q. 6. An verba (ope & conſilio) conjunctim requirantur, ut quis furti teneatur? an verò alterutrum feciſſe ſufficiat?

℞. POſterius affirmo. Modò qui opem tulit, aut conſilium dedit, affectum furandi habuerit. *l. 36. & 52. §. neque. D. de furt. l. 53. §. ult. D. de verb. ſignif. & ibi* Alciat. *n. 30. & ſeqq.* Weſenbec. *in Paratit. de furt. n. 11.* Diſſent. Donell. *15. comm. 29. &* Ræyard. *de auctorit. prudent. c. 13.* 1. obſtat *§. 11. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* 2. obſtat *d. §. verſic. certè qui nullam, in fin.* 3. obſtat, *Actione furti non tenetur niſi qui furtum fecit: at qui ſolum conſilium dedit, furtum non fecit.*

℞. ad 1. Si lex cum lege conferatur, d. verba disjunctim jus explicuiſſe, deprehendetur. ℞. ad 2. Id accipiendum de nudo conſilio, non autem de eo caſu, quo ex conſilio furtum eſt ſecutum. ℞. ad 3. Major non eſt ſimpliciter vera. Falſum enim eſt, illum duntaxat ex delicto tenêri, qui ipſe formaliter deliquit, ut ex mandantibus, &c. conſtat. Deinde, & minor neganda, ſi ſc. ex conſilio factum ſit ſecutum. At argumento hoc modo formato (actio furti non datur, niſi furtum à fure fuerit perpetratum) facili negotio, & furem, & qui eum conſilio juvit, furti crimen contraxiſſe, evincetur.

Q. 7. *An creditor, qui non poteſt à debitore ſuum conſequi, ſtricto jure, pro fure ſit habendus, ſi rem debito æquivalentem ei ſurripuerit?*

℞. AFfirmo. 1. Per *l.* 1. §. 2. *D. quod vi aut clam. Parvi refert (inquit Ic.) utrum jus faciendi habuerit, an non. Sive enim jus habuit, ſive non, tamen tenetur interdicto.* Tueri enim jus ſuum per legitima remedia quiſque debet, non injuriam comminiſci. 2. Quia quemque per judicem id quod ſuum eſt repoſcere oportet. *l.* 7. *D. ad leg. Iul. de vi privat. l.* 14. *C. de Iudæis. princ. Inſt. de act.* Quapropter creditor, qui ſine auctoritate judicis res debitoris occupavit, legibus tertiâ parte bonorum mulctatur. *l. ult. D. eod.* & quaſi infamis omni honore privatur. *d. l. junct. l.* 1. *D. eod.*

Quanto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Quanto verò etiam odio jus alienorum bonorum invaſores proſequatur, Vid. *d. l. 7. D. & l. in poſſeßionem. C. ad leg. Iul. de vi public. Adde text. Deut. 24. verſ. 10. 11. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum ejus, ut pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit.* Ripa *in c. ſæpè. n. 90. X. de reſtitut. ſpoliat.* Iaſon *in l. non eſt dubium. C. de ll.* Hippol. de Marſil. *ſing.* 167. Quæ ſi omni ætate homines obſervaſſent, ſub prætextu debiti, à fucata & impoſtoria mercaturâ nemo non abſtinuiſſet. 1. obſtat, *Ius vigilantibus ſcriptum eſt. l. pupillus. 24. in fin. D. qui in fraud. cred.* 2. obſtat, *Dicet Ic. fortaſſe, putabam id mihi licuiſſe.* ℟. ad 1. Id verum eſt, ſi legitimo modo (per juris ſc. publici vigorem) quis ſibi vigilaverit & conditionem fecerit meliorem. ℟. ad 2. Error juris licet imperitum, aut mulierem excuſare poſſet, Iuris doctorem tamen (licet minorenem) à remedio reſtitutionis penitus ſubmovet. Non enim auditur Ic. (ſc. ut doctor, ſed ut Juris dolor) ſi quid erravit in iis, quæ ad doctrinam pertinent & profeſſionem. Vid. *l. 2. §. 43. D. de orig. Iur.* Vid. Bartol. & Bald. *in l. 1. C. qui & adv. quor.*

Q. 8. Si plures rem alienam furandi cauſâ ſuſtulerint, quam ſinguli ferre non poſſent, (ex. gr. tignum, aut trabem) an omnes & ſinguli furti actione in ſolidum teneantur?

℟. AFfirmo. *l. ita vulneratus.* 51. §. *fin. D. ad leg. Aquil. l.* 21. §. 9. *D. de furt.* Ratio, ne delicta maneant impunita. *d. l.* 51. §. *fin. l.* 14. *C. de pæn.* 1. obſtat *l.* 1. *D. ſi famil. furt. feciſſ. dic. Si plures* (inquit Ulpianus) *ſervi furtum admiſerint, ſufficit, ſi æſtimationem offerre velit dominus, eumque tantum offerre, quantum ſi unus liber furtum feciſſet.* 2. obſtat, *Quatenus quis contrectavit, eatenus conveniri debet. Ne ulterius pæna progrediatur quam reperitur delictum. l.* 22. *C. de pæn.* ℟. ad 1. *in d. l.* Non plures homines liberi deliquêrunt, ſed plures ſervi ejuſdem domini. At hi ſimul, cum dominus idem eſt, unius loco habentur. Unde, ne evertatur illius patrimonium, ſufficit prædicta oblatio. ℟. ad 2. Id procedit, cum delictum ſit dividuum. Accedit, aſſertionem noſtram, pro utilitate publica ac communi, contrà ſubtilem diſputandi rationem, jure civili receptam eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 9. An tabellarius, qui perferendam pecuniam accepit, furti teneatur, ſi eam ſuppreſſerit, vel in uſus ſuos converterit?

℞. AFfirmo. Idem & in illo, cui adminiſtratio pecuniæ privatæ commiſſa eſt. Vid. *l. tutor.* 33. *D. de furt. l.* 7. *C. eod. & ibi* Sichard. Moller. 4. *ſemeſtr.* 2. At adminiſtrator publicarum pecuniarum, ſi quid interceperit, de peculatu tenetur: niſi earum periculum ſuſcepiſſit. Quo caſu, de accuſatione peculatus quaſi cum eo deciſum videtur: ita ut pecunias interverſas, non tanquam reus criminis, ſed tanquam privatus debitor debeat Reipublicæ. *l. ſacrilegi.* 9. *§. Labeo.* 2. *& §. is autem. D. ad leg. Iul. peculat.* Quod aſſeritur de tabellario in caſu propoſito, id & aſſerendum de eo, qui epiſtolam familiarem, quam perferendam accepit, ſuppreſſit. Multò itaque magis furti nomine eſt damnandus, ſi cum horrendâ execratione ſui literas ſibi ab alio dari curavit, eaſque doloſè intercepit, nec quò debuit pertulit, nec reſtituit. Vid. ſuprà *exercit.* 2. Et cum pænali furti nec manifeſti actione ille teneatur, qui furem, vel rem furtivam ſciens celaverit. *l.* 48. *§.* 1. *D. l.* 14. *C. de furt. §.* 4. *in fin. Inſt. d. tit.* Gell. 11. *noct. Attic.* 18. Turpis furti nota procul dubio illi adhæret, qui res furtim & ſceleratè ablatas non ſolum ſuſcepit, ſed invito domino ſibi retinuit, ac petenti earum reſtitutionem ſe oppoſuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 10. An furtum ſimplex (i. e. quod neque violentum eſt, neque ſacrilegii, peculatus, vel plagii induit nomen ac ſpeciem) ſtrangulationis, ſeu capitis pœnâ poſſit coërceri?

℟. MInimè. Licet quis vel tertium alieno non abſtinuerit. 1. Quia pœna ſimplicis furti lege divinâ & civili eſt pecuniaria tantum. *Exod.* 22. *verſ.* 1. *&* *ſeqq.* §. 5. *Inſt. de oblig. quæ ex delict. Novell.* 134. *c. ult.* 2. Quia jure divino, Effractores, Plagiarii, Sacrilegi morte plectuntur. *d. c.* 22. *verſ.* 2. *Deut.* 24. *verſ.* 7. *Ioſu.* 7. ergò non fures ſimplices. Firmat enim exceptio regulam in caſibus non exceptis. Ita & Jure civili furem nocturnum, effoſſorem violentum, ex cauſâ neceſſitatis duntaxat occidere licet. *l.* 45. *D. ad l. Aquil. l.* 9. *D. ad l. Cornel. de Sicar.* 3. Quia cum pœnæ delictis congruæ ſint imponendæ, proportio inter delictum & pœnam eſt adhibenda: At qualis inter vitam hominis & nummos aliquot ſurreptos eſſe poteſt? 4. Quia ſi quis equum aut bovem occidit, tanti duntaxat condemnatur, quanti is plurimi fuit anno retrorſum computato. *princ. tit. Inſt. de leg. Aquil.* iniquum ergò eſt, eum capite puniri, qui equum, aut bovem abſtulit. 5. Per §. 4. *Inſt. de publ. Iudic.* ubi ſtuprum morte non punitur. ergò minus furtum. Fund. Quia res ablata reſtitui poteſt: cum virginem ſuſcitare poſt rui-

nam (ut inquit Hieronym. *in c. ſi Paulus. 32. q. 5.*) ipſe Deus non poſſit. Vid. Petr. Martyr. *in loc. commun. claſſ. 2. loc. 12.* Carpzov. *Part. 3. rer. crim. quæſt. 91. n. 24.* 1. obſtat, *Leges divinæ forenſes ſunt ſublatæ. Ergò nos non obſtringunt.* 2. obſtat, *Exemplum Achani. Ioſu. d. cap. 7.* 3. obſtat 2. *Samuel. 12. verſ. 1. & ſeqq. ubi Rex furem virum mortis appellavit.* 4. obſtat, *Quod creſcentibus delictis pænæ ſint exaſperandæ. l. 28. §. 15. D. de Pæn.* 5. obſtat, *Conſtitutio Frederici Barbaroſſæ Imp. qui quinque aut plurium ſolidorum furem laqueo ſuſpendendum, ſummæ verò minoris, ſcopis & forcipe excoriandum & tundendum voluit. lib. 2. Feud. tit. 27. de pac. tenend. §. ult.* 6. obſtat *Crim. conſtit. Carol. V. art. 156. & ſeq. quâ Imp. ob tertium furtum ſtrangulari (ut incorrigibilem) jubet parvæ rei furem.* 7. obſtat *Conſuetudo.* 8. obſtat, *Proportio inter delictum & pænam non ſpectat abſolutè & ſimpliciter materiam delicti & pænæ, ſed ex fine (publico ſc. bono, & tranſgreßione legis & inobedientia) æſtimanda eſt. Ergò, ſi aliter ſocietas humana ſalva eſſe nequeat, in delictum, per quod fortunæ bonis nocetur, legiſlator optimo jure capitis pænam ſtatuere poteſt. Ratio, quia alias pæna non eſſet proportionata.* Rx. ad 1. Antecedens procedit in iis, quæ merè forenſes ſunt, & ſoli Politiæ Judaicæ deſerviêrunt. Ut ſunt Leges de anno Jubilæo. *Levit. 25. verſ. 10. & ſeqq.* de potu zelotypiæ. *Numer. 5.* de immunitate Neogami ab expeditione militari, primo conjugii anno. *Deut. 24. verſ. 5.* de ſpicilegio in agris relinquendo. *d. c. Deut. verſ. 19.* de fra-

triâ ducendâ. *Deut.* 25. *verſ.* 5. & id genus aliæ. At lex de plectendis furibus principium ſuum habet in jure morali, ac octavum Decalogi præceptum interpretatur. At hujuſmodi leges ſoli Hebræorum Oeconomiæ non ſunt accommodatæ, neque ſolis Judæis ſcriptæ, neque adventu Chriſti antiquatæ. Quapropter hâc diſt. neganda eſt conſequentia. Vid. Guilielm. Zepper. 1. *explanat. leg. Moſaic. Forenſ. cap.* 7. 8. 9. 10. ℞. ad 2. Is commiſerat ſacrilegium. ℞. ad 3. Non ibi lex, ſed exemplum proponitur. Deinde id totum directioni divinæ, ut eò magis ob peccata propria Rex confunderetur, eſt tribuendum. Accedit, quod per vim ovicula ibi abrepta videatur. ℞. ad 4. Principem ſub arctiori & graviori pænâ delictum prohibere poſſe, modò conſiſtat in eodem genere pænæ. ℞. ad 5. Non ibi agitur de furto ſimplici, ſed de eo, per quod pax publica turbatur. Ut ex *d. tit.* qui de graſſatoribus & turbatoribus pacis publicæ inſcribitur, apparet. ℞. ad 6. Prædura, rigida, neque aliis Principibus facile imitanda lex eſt. Deinde, & falſum eſt, quod de incorrigibilitate adfertur. Cum enim juſtus ſepties de die cadere & reſurgere dicatur. *Prov.* 24. *verſ.* 16. quis deſperabit de eo, qui ter furatus eſt? ℞. ad 7. Non tam quærendum, quid fiat, quam quid fieri debeat. Pænam enim capitalem per ſtatuta aut conſuetudinem adverſus fures conſtitutam haud inficior: at ferè non aliter (*ut ait. Oldend. claſſ.* 7. *act.* 3.) ac araneæ muſcas retinêre ſolent, cæteris animalibus pervolantibus. Deinde, non hodie ob ſim-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſimplex furtum, ſed quod cum vi & effractione eſt conjunctum, furum collis catenam circumdari videmus. ℞. ad 8. Poſito & conceſſo antecedente, conſequentia tamen in furto ſimplici, quod ejuſdem generis pænâ graviori poteſt coërcêri, inde haud evincetur. Quapropter *manticularii*, & *cingari*, qui mirabili manuum dexteritate marſupia, ſudariola, chirothecas, & ſimilia ſurripiunt, licet pro furtis puniendi ſint, non tamen ultimo ſupplicio ſubjici debent. Unde nec judicem furem ſimplicem ad laqueum damnantem, nec Juriſconſultum ita de Jure reſpondentem in foro conſcientiæ tutum eſſe exiſtimo.

Q. 11. *An ſi fur rupto laqueo de patibulo ceciderit, jure adhuc ſuſpendi poſſit?*

℞. INdiſtinctè affirmo. Ratio, quia manca & illuſoria ſententia eſt, quæ non executioni mandatur. At executione carebit, niſi funiculo fur vitam finierit. Accedit, Reipub. intereſſe, ne delicta ſint impunita. *l. ita vulneratus.* 51. *D. ad leg. Aquil.* Poſtremò, quia in criminalibus nemo damnatur, niſi de cujus malitia & nocentia judici conſtet. *l. fin. C. de probat.* Diſſent. Boër. *deciſ.* 217. *n.* 18. Jul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 98. *n.* 9. Domin. Arum. *exercit.* 17. *quæſt.* 8. 1. obſtat, *Caſus hic dubius eſt, & legibus non deciſus: præſtat ergò, nocentem abſolvere, quam innocentem damnare. l.* 5. *D. de*

pæn. & *l. Arrianus. D. de oblig.* & *act.* 2. obſtat, *Atqui in cauſâ criminali ad probandam accuſati innocentiam ſemper novæ probationes* & *præſumptiones recipiuntur.* 3. obſtat, *Iuſto Dei judicio ille à pænâ liberatus videtur, præſertim ſi de ſuâ innocentiâ proteſtatus fuerit.* ℟. ad 1. Cum enim leges velint, nocentes puniri, legibus ſatisfactum non dicetur, niſi ſententia plenum conſequatur per executionem effectum. Deinde, ridiculum eſt, laboratque falſâ hypotheſi, quod de caſu dubio hic movetur: quia non niſi in pleniſſimè convictum ſententia jure ferri poteſt. ℟. ad 2. Id verum eſt. At ficulnea ex ſolâ fracturâ laquei pro innocentiâ probatio aut præſumptio habetur. ℟. ad 3. Mera hæc conjectura eſt. Quandoquidem fracturam laquei, vel fraudulenter artibus Diabolicis, vel ex debilitate funiculi contigiſſe, poſſibile eſt. Nec movet proteſtatio rei, cum eâ moram nectere velle cenſeatur. Si itaque judex cuncta rimatus fuerit, rerumque ordinem plenâ inquiſitione diſcuſſerit, nec ex abrupto judicium protulerit, non eſt, quod innocentem ſe effuſurum ſanguinem, aut impium juſtificaturum, verêri debeat. Cavendum itaque, ne præcipitata judicis ſit ſententia. Hæc enim noverca juſtitiæ dicitur, nec jure ſubſiſtit, aut defendi poteſt. *c.* 2. & *C. cum Bertoldus. X. de re judic.* Bartol. *in l. prolatam. C. de ſentent.* & *interl.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt.* 42. *n.* 2. Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. X. de conſtitut. n.* 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. An condictio furtiva contrà heredes detur in ſolidùm? an pro parte, quæ pervenit?

℞. PRius ſimpliciter affirmo. 1. Per *l.* 7. *§.* 1. *&* 2. *junct. l.* 9. *D. de condict. furt. l.* 49. *D. de oblig. & act. adde l.* 157. *§.* 2. *D. de R. I.* 2. Quia eſt actio perſecutoria rei. Finge itaque, quem ſurripuiſſe 1000. quatuor heredes reliquiſſe: atque ad unum ex iis 50. perveniſſe. Is tenebitur condictione furtivâ, non ſolum in 50. ſed in ſolidum, pro parte hereditariâ. i. e. in 250. Vid. Duaren. *ad tit. de condict. furtiv.* Fab. 4. *conjectur.* 1. Ant. Matth. *diſput.* 30. *theſ.* 4. Schotan. *in exam. jurid. ad d. tit.* Diſſent. Cujac. 13. *obſ.* 37. 1. obſtat *l. unic. C. ſi ex delict. defunct.* 2. obſtat *l.* 4. *in fin. & ll. ſeqq. D. de alienat. judic. mut. cauſ.* 3. obſtat *l.* 3. *§. pen. D. de pecul.* 4. obſtat *l. ult. C. junct. l.* 6. *§.* 4. *D. rer. amot.* 5. obſtat *l.* 9. *§. ult. junct. l. ſeq. D. de tut. & rat. diſtrah.* ℞. ad 1 Ibi non tractatur de actione rei perſecutoriâ, ſed eâ, quæ immediatè ex delicto deſcendit. ℞. ad 2. Ibi de reſtitutione in integrum ex delicto defuncti quæritur: non autem de actione ordinariâ. ℞. ad 3. Non ibi de patre, ut herede, ſed ut domino peculii, res eſt. ℞. ad 4. Actio rerum amotarum eſt actio quædam ſingularis diſtincta à condictione furtivâ. *l.* 1. *D. eod.* Hæc enim in odium furti, illa verò in honorem conjugii eſt adinventa. ℞. ad 5. *Condictio furti in d. l.* 9. *§. ult.* pro pænali furti

furti actione, quæ morte interit, accipienda eſt. Vid. *l. alleg. ſeq.*

Q. 13. *An quis rem ſuam furi ejuſve heredi condicere poſſit?*

℞. NOn eſt dubitandum. *§. ult. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. ult. D. uſufr. quemadm. cav.* Obſtat, *Ei ſoli condici poteſt res, qui dare, i. e. dominium transferre poteſt. §. 14. Inſt. de action. Atqui fur dare non poteſt. Fund. 1. quia condictio furtiva competit ſoli domino. l. 1. D. de condict. indeb. at qui dominus eſt, amplius dominus fieri non poteſt. 2. in l. 54. D. de Reg. Iur.* ℞. Minor negatur. Odio enim furti rem ſic lex interpretatur, quaſi dominus rei ſuæ domino excidiſſet. Cum enim eâ mente rem alienam contrectet fur, ut ſuam, opinione ſaltem furis, is, cui res ſubtracta eſt, dominus eſſe non videtur. *An verò hæc condictio ſit actio perſecutoria rei?* Affirmo. *l. 7. §. 2. D. de condict. furt.* Verè enim & propriè ex delicto non deſcendit. Obſtat, *Atqui oritur ex cauſa furtivâ. l. 2. & 5. D. eod. ergò ex delicto.* ℞. Delictum non eſt ejus cauſa efficiens principalis, ſed tantum *cauſâ ſine qua non.* Vid. Bachov. *exercit. ad Ant. Fab. decad. 78. err. 1.* D. Wiſſenb. *part. 1. exercit. ad ll. Pandect. diſput. 26. theſ. 2.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 14. *An adverſus raptorem etiam detur actio furti manifeſti?*

℟. AFfirmo. *princ. Inſt. de vi bon. raptor. junct. l. ſi vendidero. 80. §. cum raptor. 3. D. de furt.* ſiquidem raptor in rapinâ deprehendatur. *l. 7. §. 1. D. de furt.* 1. obſtat *l. 88. D. eod.* 2. obſtat *l. 1. D. vi bon. rapt. in verbis. qui rem rapuit, & furti nec manifeſti tenetur in duplum, &c.* ℟. ad 1. & 2. *in d.* locis raptor non probatur fuiſſe deprehenſus. Borcholt. & Cujac. *in d. princ. Inſt.* Bernh. Sutholt. *diſſert.* 16. §. 44. adde Joann. Boniſac. *in tractat. de furt. ad verb. (furtum) n.* 38. & Accurſ. *in d. l.* 80. §. 3.

Q. 15. *An raptor mitius puniendus, quam fur manifeſtus?*

℟. MInimè. Cum enim rapina majus delictum ſit, quam furtum, majori etiam pænâ raptor plectendus eſt. Hinc fur improbior nuncupatur. *l. 2. §. 10. D. vi bon. rapt.* Adde, quod & rapina furtum in ſe contineat. *l. 1. D. princ. Inſt. eod.* & raptor delictum ſuum publicare, fur autem ſuum celare dicatur. *d. l. 2. §. 24.* Vid. Duaren. *ad d. tit. c. 3.* Cujac. *in paratit. C. eod.* Rainald. Corſ. *lib. 1. indag. jur. c. 5. & 25.* Obſtat, *Quadruplo, ad quod raptor tenetur, ineſt rei perſecutio: at fur manifeſtus ultrà rei perſecutionem in quadruplum damnatur. d. princ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

d. princ. junct. §. 18. *Inſt. de action. l.* 9. §. 5. D. *de public. ergò levius raptor punitur.* ℟. Negatur conſeq. Fund. 1. Quia raptor indiſtinctè ad quadruplum tenetur. Et deprehenſus in delicto etiam pænâ furti manifeſti. 2. Quia raptor ob violentiam præterea criminaliter de vi publicâ vel privatâ damnatur. Cum condemnatus furti manifeſti ulterius non plectatur. At ſingulari caſu, qui extat *in l. Chriſtianis.* 6. *C. de pagan.* raptor in duplum, ex re & pænâ confectum obligatur. Cur autem in rapinâ quadruplo inſit rei perſecutio, non autem in furto manifeſto, ratio eſſe videtur: vel quod raptor (ut palam delinquens) minus ſit infeſtus, rarius noceat, faciliuſque devitari poſſit, quam fur. Aut quod apertiſſimis periculis ſe exponat; dum enim aliena capere tentat, aut in delicto (ſervato ſc. moderamine inculpatæ tutelæ. *l.* 1. *C. und. vi.* & ibi *Bartol. & Salycet.*) jure nectatur; aut deprenſus in facto promeritas pænas luit. Aut quod legumlatores majori odio illos proſequantur, qui fraude, quam qui vi deliquerunt. Hinc Cicero *lib.* 1. *officior.* ait: *Vi aut fraude fit injuria: fraus quaſi vulpeculæ, vis Leonis videtur: utrumque ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna majori.* Moribus verò (quod obſervandum) pænæ quadrupli & ſimiles exoleverunt. At iis, ſi civiliter agatur, raptor ad reſtitutionem rei raptæ, & ad damna, expenſas, & intereſſe tenetur, ſimulque ad fructus perceptos & percipiendos. Vid. *l.* 4. *C. und. vi.* Si verò criminaliter, judicio de vi publicâ aut privatâ intecti-

tectitur. Vid. *not. Bartol. in l.* 2. *§.* 1. *D. de vi publ. & tot. tit. D. & C. eod.*

Q. 16. *An dominus, qui vi inermi rem ſuam penes alterum exiſtentem propriâ authoritate ſibi arripuit, teneatur actione vi bonorum raptorum?*

℞. MInimè. 1. text. *in l.* 2. *§. hâc actione.* 18. *D. vi bon. rapt. hâc actione (inquit Ulpianus) is demum tenetur, qui dolum malum adhibuit. Si quis igitur rem ſuam rapuit, vi quidem bonorum raptorum non tenebitur, ſed aliter multabitur.* 2. *Per princ. Inſt. eod.* in verbis (*qui vi res alienas rapit, &c.*) 3. Quia ad hanc actionem dolus requiritur. *d. §.* 18. at is non poteſt imputari domino, qui rapit rem ſuam, non ut decipiat poſſeſſorem, ſed ut rei ſuæ incumbat. *Arg. l. cum creditor.* 55. *D. de furt.* 4. Quod amittat rei raptæ dominium ex conſtitutione Valentiniani Imp. *l. ſi quis in tantam.* 7. *C. unde vi.* eò quod antea nulla civilis pæna (& proinde nec actio vi bonorum raptorum) in eum competierit. 1. obſtat, *Hæc actio eo tantum caſu ceſſat, quo dominus errans in jure rem ſuam violenter ſibi vindicavit. d. l.* 2. *§.* 18. *ergò regulariter eâ tenetur.* 2. obſtat *§.* 1. *Inſt. eod.* 3. obſtat *d. §.* 1. in verbis (*& imprudens Iuris eo animo rapuerit, quaſi domino liceat etiam per vim, &c.*) ℞. ad 1. Antecedens falſum eſt. Accedit, quod in *d. §.* 18. Ic. indefinitè dominum, non quâ ignorans eſt, ſed quâ domi-

dominus eſt, ab hâc actione eximat. ℟. ad 2. Ibi non de domino, ſed de extraneo occupatore tractatur. Extraneus enim invadens res alienas eſt in dolo: Unde & iſtâ actione tenetur. *d. princ.* niſi per ignorantiam invaſerit. *d. §. 1.* ℟. ad 3. Hoc docet d. loco Imp. licet vero domino à Jure permiſſa ſit occupatio etiam violenta rei ſuæ, eum tamen qui dominus non eſt in jure errare, ſi putet ſibi ad ſimilitudinem domini idem jus competere.

Q. 17. *An dominus violenter invadens rem ſuam ante Valentinianum Imp. ejus amiſerit dominium?*

℟. NEquaquam. Ab ipſo enim prius iſta amiſſionis pæna prodiit. Vid. *§. 1. Inſt. vi bon. rapt. §. recuperandæ. 6. Inſt. de Interdict.* Cum enim Jure publico ſit parendum, illis, qui tyrannico ſpiritu, poſthabitâ ſanctiſſimâ judiciorum majeſtate, pro jure violentiam (ſub quâ nec dici poteſt civilitas, nec haberi) uſurpant, occurrendum Imp. videbatur. Accedit, quod vis ferè ſemper ſit conjuncta cum ſtrepitu, aut periculo ſaltem armorum, quibus quies civitatis perturbatur. 1. obſtat *l. 4. C. fin. regund. quæ eſt conſtitutio Conſtantini Imp.* 2. obſtat, *Quod & à Marco Imp. conſtitutum fuerit, eum eſſe violentum occupatorem, & amittere Ius ſuum, qui etiam ſine violentiâ rem ſibi debitam privatâ autoritate occupavit. l. extat. 13 D. quod met. cauſ. l. pen. D. al Iul. de vi priv*

3. ob-

;. obſtat, *Atqui dominus hoc caſu abſolvendus videtur. d. l.* 4. ℞. ad 1. *in d. l.* non agitur de domino, ſed de eo, qui lite ſuperatus eſt, quemque conſtitit non fuiſſe dominum. ℞. ad 2. Ibi de creditoribus tractatur: at eorum pejor quam dominorum erat conditio. Sed hoc correctum fuit, ac mutatum conſtitutione Valentiniani *in l.* 7. *C. unde vi.* à Theodoſio in ſuum codicem receptâ. *l.* 3. *C. Theodoſ. d. t.* quamque confirmavit Athalaricus Gothorum Rex apud Caſſiodor. *lib.* 9. *var. cap.* 18. ℞. ad 3. Negatur. Licet enim ſecundum Conſtantinum dominus pænâ amiſſionis dominii non mulctaretur, quæ demum à Valentiniano annis ferè quinquaginta poſt prodiit: cum tamen *d. l.* 4. à Juſtiniano libris codicis ſit inſerta, etiam ea ſecundum jus à Valentiniano inductum eſt intelligenda.

Q. 18. *An creditor vi armata ſibi uſurpans res debitoris teneatur lege Juliâ de vi pub.?*

℞. AFfirmo. *l.* 1. *& tot. tit. D. ad leg. Iul. de vi publ.* & non tantum ſub *d. l.* chirographarios comprehenſos puto, verum etiam fiduciarios & hypothecarios. omnes enim, qui armis ad aliorum injuriam abutuntur, ex æquo armata temeritas vocat ad æqualitatem ſupplicii. *Quid ergò ſi vi inermi, an incidet in pænam legis Iuliæ de vi privata?* Id de omni indiſtinctè creditore affirmare temerarium eſt. Quapropter diſtinguendum videtur. Vel agitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

agitur de fiduciario, i. e. de eo qui fiduciæ ſibi traditæ dominium habet, aut ſi ea nondum tradita ſit, tamen habet jus pignoris cum ſpe dominium pet traditionem adquirendi. Vel agitur de hypothecario, i. e. eo qui dominium non habet, ſed Jus in re. Vel de chirographario, i. e. de eo, qui habet actionem duntaxat perſonalem ad petendum obtinendumque quod ſibi debetur. Fiduciarius d. lege Iuliâ non tenetur. Paul. *lib. 5. ſentent. tit. 26. §. ult.* Quia ad ſimilitudinem veri & perfecti domini dolo carere exiſtimatur. Idem in Hypothecario, Iure ſc. veteri, obtinebat. Paul. *d. loc.* At tempore Juſtiniani ille perinde ac chirographarius mulctam *d. l.* patitur. Cum in libris noſtri Imp. hâc in parte inter illos diſcrimen nullum reperitur. Vid. *l. ult. D. ad leg. Iul. de vi privat. l. 5. C. ad leg. Iul. de vi publ.* Creſcente enim ſub Impp. Iure Romanorum, etiam odium, crimen, & pæna raptorum crevit; maxime ſub Conſtantino *l. 1. & 4. C. Theodoſ. d. l. Iul. de vi pub. & priv.* & Valentiniano *in l. 7. C. unde vi.* 1. obſtat *l. 12. in fin. & l. ſeq. D. quod met. cauſ. l. pen. & ult. D. ad l. Iul. de vi publ. ubi omnis creditor, qui ea uſurpat quæ ſibi non debentur, punitur lege Iulia de vi privatâ. Ergò & fiduciarius.* 2. obſtat *l. 3. C. de vi bon. rapt.* 3. obſtat Paul. *lib. 2. ſentent. tit. 14. §. ſi quis. ubi creditor qui ſine judice pignus abduxit violentiæ inſimulatur. Ergò & olim hypothecarius d. l. Iuliâ tenebatur.* ℞. ad 1. Neg. conſeq. Ad antecedens: *d. ll.* de chirographariis accipiendæ ſunt. Non autem de fiducariis. Ratio diffe-

differentiæ, quod hic, propter Ius quod habet in fiduciâ, non creditoris, ſed domini Iure cenſetur: At ille planè verſatur in re, in quâ nihil Iuris habet, quamque ſcit ſe ſine fraude domino auferre non poſſe. ℞. ad 2. Senſus d. l. non eſt, quod hypothecarius ſit Reus publicæ legis Iuliæ, ſed duntaxat ejus violentiæ, ex qua naſcitur actio vi bonor. raptor. obſervandum enim, *d. l. ſub tit. C. de vi bon. rapt.* contineri. ℞. ad 3. Negatur conſeq. D. Paul. locus ad chirographarium pertinet, qui rem debitoris ſibi non obligatam vindicavit, ut ſibi in eâ ſine conventione ac ſine Iudice pignus conſtitueretur. *An verò chirographarius vi bonorum raptorum teneatur, ſi vim non armatam rei mobili intulerit?* Non eſt dubitandum. *princ. Inſt. vi bon. rapt.* Hic enim in dolo qui vim adjunctam habet verſatur. Idem aſſero de hypothecario creditore. *l. 3. C. eod.* Fund. Quia rapuit rem alienam. *l. 1. §. cum prædium. D. de pign. l. 44. §. non mutat. D. de uſucap.* Diverſum itaque eſt in fiduciario. Vid. *l. 2. §. 18. D. de vi bon. rapt. An verò jus crediti amittat, qui per vim invaſit rem debitoris?* Id videtur per text. ſuprâ alleg. Quod & Principum ante Iuſtinianum conſtitutionibus inductum puto. Vid. *l. 1. §. ne quid autem. D. de vi & vi arm. d. l. 12. in fin. & l. ſeqq. D. quod met. cauſ. l. pen. D. ad l. Iul. de vi priv.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 19. *An Creditor, qui ſine vi abſque judice bona debitoris occupavit Jure civili puniatur?*

R. OMnino. Non quidem pæna legi Iuliæ de vi pub. Eò quod ejus occupatio vi careat armorum. Se de vi privatâ. *per ll. in fin. q.* 18. *alleg* Idque è fontibus politicis exhauſtum videtur *Actum enim eſt de illâ Republicâ, in qua qui potentiores videntur inter privatos, nec vindictam oppreſſorum timent, nec publicæ poteſtatis animadverſionem ſibi agnoſcunt eſſe pertimendam.* Hinc Athalaricus apud Caſſiodor. invaſores non ſolum ſecundum legem Valentiniani privatione ſui Iuris, ſed & deportation mulctavit. *An verò actio vi bonorum raptorum hoc caſu habeat locum?* Non videtur: hæc enim vim omninò deſiderat. *l.* 2. *§. damni.* 9. *D. de vi bon. rapt.* 1. obſtat *d. l.* 2. *§.* 18. *D. eod* 2. obſtat, *Atqui & vim facit, qui rem ſine judice occupavit.* R. ad 1. *d. l.* intelligenda de eo, qui violenter ſibi bona debitoris occupavit R. ad 2. In actione vi bonorum raptorum vis vera exigitur. At vis, de quâ D. Marcus *in d. l.* vera non eſt, ſed interpretativa tantum. *An verò & credito ſuo privetur is, qui ſine vi occupaverit bona debitoris?* Procul omni dubio. *d. l.* 13. *& l. pen. & Novell.* 60. *c.* 1. ut hâc ratione coërceatur temeritas convellentium publicam quietem & autoritatem judiciorum. Vid. *l.* 14. *C. de Iudæis l.* 176. *D. de Reg. Iur.*

EXER-

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

VIGESIMA-SECUNDA,

Ad Tit. 3. 4. & 5. Lib. 4. Inſtitut.

Q. I. *An dominus, cujus navis, ſine ulla nautarum culpâ, fune rupto, aut cum à nullo regeretur, in navem alterius impacta damnum dederit, lege Aquiliâ teneatur?*

R. NEquaquam. *l.* 29. §. 2. *in fin. &* §. 4. *D. ad l. Aquil.* Bachov. *vol.* 1. *ad Treutl. diſp.* 18. *theſ.* 5. *lit. C.* Arum. *exercit.* 17. *theſ.* 13. Diſſent. A. Fab. 5. *conject.* 17. qui textum *in d. l.* 29. §. 2. *in fin.* immutat. 1. obſtat, *Quod domino ſit imputandum, quod non proſpexerit, ut ab aliquo navis regeretur, & bonis funibus eſſet inſtructa.* 2. obſtat *l.* 9. §. 1. *D. de damn. infect.* 3. obſtat *l.* 5. §. 4. *D. ad exhib. ubi & de præterito damno cautio exigitur.* R. ad 1. Caſus propoſitus (utpote fortuitus) excuſat dominum. R. ad 2. Cautio de damno infecto, de quâ *in d. l.* non requiritur propter damnum illa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

illatum, ſed per ſublationem eorum quæ per vim fluminis allata erant inferendum. ℞. ad 3. Ibi navis erat in agro in quo damnum illatum erat. At nos de damno ſimpliciter per navim illato quærimus. *Cæterum hodie, ſi ortâ tempeſtate, vi ventorum, aut alioqui ſine culpa damnum datum ſit, illud utrinque eſt commune. Edict. 19. Iulii 1551. art. 46. & Edict. ult. Octob. 1563. tit.* **van Schepen die malkander beſchadigen.** *Atque ita in ſupremâ Hollandiæ Curiâ judicatum refert* Neoſt. *deciſ.* 48. *& ſeq.* Coren. *obſ.* 40. *n.* 1. *& obſ. ult.* Groenew. *de ll. Abrog. ad d. l.* 29. *§.* 2.

Q. 2. *An vicinus in cujus ædibus ortum eſt incendium, ſi nulla illius culpa probari poſſit, teneatur vicino ad reſarciendum damnum?*

℞. NEquaquam. 1. Quia in dubio incendium caſui fortuito imputatur. *§. 2. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. l. contractus.* 23. *in fin. D. de Reg. Iur.* 2. Quia quilibet probè res ſuas curaſſe præſumitur. 1. obſtat, *Incendia plerunque culpâ inhabitantium fiunt. l. 3. §. 1. D. de offic. præfect. vigil. ergò malè inter caſus fortuitos numeratur.* 2. obſtat, *Quod incendium ſine culpâ fieri non poſſe dicatur. l. 11. D. de peric. & commod. rei vend.* ℞. ad 1. Ex antecedente conſequentia non ſequitur, ſi non culpa probari queat. Nonne & fatali damno, ut per vim majorem, aut dolo tertii, aut culpa familiæ accidere

accidere potuit? ℞. ad 2. Eſto; hinc tamen non ſequitur, culpâ domini illud ſubortum fuiſſe. At illi negligentia famulorum obeſſe non debet, *d. l.* 11. niſi parum diligens in iis eligendis fuerit. Breviter itaque, vel culpâ vicini damnum datum eſt, vel ſine ejus culpâ contigit. Illo caſu tenetur; hoc verò non item. Verum actoris eſt probare vicinum in culpâ fuiſſe. 1. Quia in dubiis reo plus favendum, quam actori. 2. Quia actore non probante reus eſt abſolvendus. *l. 4. C. de edend.* 3. Cum enim ignem in ædibus habêre ſit permiſſum; rectè onus probandi hoc caſu transfertur in actorem: Quoties enim quid fit de genere permiſſorum, præſumptio militat pro faciente.

Q. 3. An incendio exorto, ne ignis longius ſerpat, aliaſque ædes abſumat, impunè liceat diruere & demoliri ædes medias alienas?

℞. Diſtinguo: Vel certo conſtat de incendio & periculo ædium alienarum; vel dubium eſt, an omninò ſint combuſturæ. Priori caſu, affirmo. Vid. *l. ſi quis ſumo. 49. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. 3. §. 7. D. de incend. ruin. nauf. junct. l. 162. D. de Reg. Iur.* Angel. Aretin. *in tract. maleſic. verb. incendiario. n. 10. in med. verſic. an autem ille.* Cardin. Tuſch. *tom. 4. part. concluſ. 63. n. 1. & ſeq.* Poſteriori verò, nego. Verum licet tunc denegetur actio l. Aquiliæ, & Edictum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

de incend. ruin. ceſſet, is tamen qui ignem immiſit, vel in cujus domo per ejus negligentiam incendium ortum eſt, vel in ſubſidium, vicini, quorum ædes per illam deſtructionem ſunt conſervatæ, damnum reſarcire tenentur. Sand. *deciſ. Friſic. lib. 5. tit. 7. def. 3.* Vid. Gail. 2. *obſ.* 22. Obſtat, *Atqui cum res periit ob communem ſalutem, damnum communi contributione eſt reparandum. arg. l. 1. & 2. D. ad l. Rhod. de jact.* ℞. Id procedit, quando periculum omnium eſt æquale, & omnes æque ſervari poſſunt: Non autem ſi ædes interciſæ in majori erant periculo, quam illæ, quæ ſunt ſervatæ. *An ergò Princeps ad defenſionem civitatis demoliri poßit ſuburbia?* Affirm. Et cum neceſſitas hoc caſu adjunctam habet publicam utilitatem, damnum omnes reparare tenentur, atque læſis deinde in ſuburbiis ædificia extruendi poteſtas fieri debet. Ex prædictis etiam colligendum, Principem, ſi pax aliter obtineri non poteſt, remittere poſſe damna tempore belli per injuriam ſubditis illata. Sed quod ex neceſſitate ita remittitur, id communi contributione reſarciendum, aut ex publico ſolvendum eſt. *arg. l. 1. & 2. D. ad l. Rhod. de jact.*

Q. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. *An ædes pro viciniæ ſalute propter incendium dirutæ communi contributione ſint reſtaurandæ?*

℟. DIſting. Aut actum eſt de damno reſarciendo, aut non. Illo caſu, quod convenit, eſt ſervandum. *l.* 34. *D. de Reg. Iur.* Hoc verò ſubdiſtinguendum eſt, aut ædes æque certò periiſſent, aut dubium eſt, an perituræ fuiſſent. Priori caſu, nego. *l.* 49. *§.* 1. *D. ad l. Aquil.* Poſteriori, affirmo. *l.* 7. *§.* 4. *D. quod vi aut. clam.* Damnum enim pro communi utilitate acceptum commune eſſe oportet. *l.* 1. *&* 2. *D. ad l. Rhod. de jact.* Bald. *Gloſſ. in d. l.* 2. Vid. Gail. 2. *obſ.* 22. *n.* 5. Sand. *lib.* 5. *deciſ. Friſic. tit.* 7. *defin.* 3.

Q. 5. *An & Ic. propter damnum rebus imperitiâ ſuâ datum, lege Aquiliâ poſſit conveniri?*

℟. MAxime. Per *l.* 8. *§.* 1. *D. ad l. Aquil. &* *l.* 132. *D. de Reg. Iur.* 1. obſtat, *Iudex litem ſuam facit, ſi per imprudentiam malè judicaverit. princ. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex delict. ergò & Ic.* 2. obſtat, *Edictum quod quiſq. jur. &c. in iis locum habet qui jus iniquum dixêrunt.* ℟. ad 1. Neg. conſeq. Ratio diverſi juris: quod judicis officium publicum ſit, & ex neceſſitate deferatur. Icti verò, ut & Medici, ab initio eſt voluntarium. ℟ ad 2.

Hinc nihil inſertur contra Ictos. Propriè enim & directò edictum iſtud procedit in iis qui magiſtratum aut legis ferendæ poteſtatem habent. *l. 1. §. 1. D. quod quiſq. Iur. in alter. ſtat.* quales fuêrunt Prætores; ut & in iis qui jus iniquum ab illis impetrarunt. At Icti non jus conſtituunt, ſed de jure conſtituto reſpondent. Diſſ. Jaſon. Zaſ. *aliique. DD. ad d. tit.* At hîc notandum, haud aliter imperitiam nocêre Icto, quam eo caſu, quo quid agendum tanquam peritus ſuſcepit. *d. l. 8. §. 1. l. 27. §. 29. D. ad l. Aquil.* atque hoc modo *d. l. 132.* reſtringenda eſt. Fund. ne alias alicui officium ex neceſſitate & amicitiâ præſtitum contingat eſſe damnoſum. *At moribus, nil Advocatis propter imperitiam imputatur, ut & ignorantiam medicorum terra tegit.*

Q. 6. An fur nocturnus, ſi ſe telo non defendat, Jure occidatur?

℟. MInimè. Haud aliter enim impunè feret qui furem nocturnum occiderit, quam ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit. *l. 9. D. ad leg. Cornel. de Sicar.* Quapropter pro neceſſaria defenſione ſui ipſius, vel rei ſuæ (ſc. non modicæ) recuperatione, furem nocturnum interficere licet, modò clamor occidentis præceſſerit, iſque furem non cognoverit, nec capere potuerit, nec teſtes adfuerint. vid. Clar. *lib. 5. ſent. in §. homicidium. verſic. ultima eſt defenſio* Novell. *in pract. crim. cap. 78. n. 2.* Hippol. de Marſil. *in l. furem. n. 2. D. ad l. Cornel. de Sicar.* Atque & ita intelligendum, quod *Exod. 22. verſ*

22. *verſ.* 2. de fure in effoſſione deprehenſo generaliter proponitur. Obſtat, *Atqui lex* 12. *tabul. furem noctu deprehenſum occidere permittit. l.* 4. §. 1. *D. ad leg. Aquil.* ℞. *d. l.* in uſu non fuit, ejuſque tantum meminit *d. l.* 4. At notandum ex conſtitutionibus Impp. legem iſtam 12. tab. hodiè in agris obtinere. *l.* 1. *C. quand. lic. unicuique ſin. judic.*

Q. 7. *An qui alicui mortiferum vulnus inflixit teneatur de occiſo?*

℞. Affirmo. Siquidem ſimpliciter lethale fuerit. Quapropter ſi quis aliquem non confeſtim vitâ privarit, ita tamen vulneraverit, ut eo ictu certum eſſet illum moriturum, eundemque alius ex intervallo occiderit, utrumque eorum pænæ homicidii ordinariæ ſubjugandum cenſeo. Per *l. ita vulneratus.* 51. *in princ. D. ad l. Aquil.* Obſtat *l.* 11. §. 3. *D. eod. in verbis (ſi alius mortifero vulnere percuſſerit, alius poſteà exanimaverit, prior quaſi vulneraverit, poſterior, quia occidit, tenetur.)* ℞. *d. l.* Non agitur de vulnere ſimpliciter & abſolutè mortifero, ſed de quo incertum erat, an ex eo vulneratus eſſet moriturus. Sunt enim vulnera mortifera duplicis generis. 1. Ex quibus mors certo certius eſt inſecutura: & hæc per excellentiam dicuntur lethalia. 2. Ea quæ ſunt difficilis curationis, & ex quibus quidem plerunque, at non ſemper, vulnerati moriuntur. Ad prius pertinet *d. l.* 51. Ad poſterius *d. l.* 11. §. 3. At & vulnus lethale putandum, licet ex eo læſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

in continenti non expiraverit, ſed poſt breve aliquod tempus obierit. Vid. *l.* 21. §. 1. *D. eod.* verum Medicis in hâc re plurimum fidei tribuendum videtur. *Moribus verò & judiciorum praxi, vulneratus, qui diem quadrageſimum attigit, non ex vulnere, ſed fato mortuus cenſetur.* Vid. Grot. *lib.* 3. *manud.* 34. §. *pen.* Ant. Fab. *lib.* 4. *C. tit.* 15. *defin. ult.*

Q. 8. *An homine in rixâ occiſo, ſi ignoretur, cujus ictu perierit, omnes capite ſint plectendi?*

℟. NEg. 1. Quia præſtat in dubio nocentem dimittere, quam innocentem condemnare. *l.* 5. *& pen. D. de pæn. arg. l.* 47. *D. de oblig. & act.* 2. Quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridianâ clariores. *l. ult. C. de probat.* 3. Quia incertum eſt, an omnes animum occidendi habuerint. At licet gladio non feriendi, non tamen ab omni pænâ excuſandi ſunt. Clar. *in* §. *homicidium. n.* 37. Sand. 5. *deciſ. Friſ. tit.* 9. *defin.* 5. 1. obſtat *l.* 11. §. 2. *D. ad l. Aquil. in verbis (quod ſi non apparet, cujus ictu perierit, omnes, quaſi occiderint, teneri Iulianus ait.)* 2. obſtat *l.* 3. §. 4. *D. ad leg. Cornel. de Sicar. & l.* 6. *C. de vi publ. ex quibus auctor jurgii vel pugnæ capite eſt mulctandus.* Bald. *in l.* 1. *C. de ſerv. fug.* Gail. 2. *obſ.* 109. *n.* 3. 3. obſtat, *Intereſt Reipub. delicta puniri. l.* 51. §. 2. *D. ad l. Aquil.* ℟. ad 1. Omnes, quaſi occiderint, tenentur: ſed non quoad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

quoad pænam mortis ex judicio publico legis Corneliæ de Sicariis omnibus irrogandam, ſed quoad pænam pecuniariam ex lege Aquiliâ domino agenti applicandam. ℟. ad 2. *d.* §. 4. in auctore ſeditionis obtinet. Et *d. l. 6.* de invaſore poſſeſſionis alienæ loquitur: at hîc de ſimplici cæde quæritur. ℟. ad 3. Intereſt & Reipub. ibi eſſe pænam, ubi & noxia eſt: At omnes non occiderunt. Deinde id procedit, cum auctor facti non ignoratur: Alias enim (cum peccata ſuos teneant auctores *l. 22. C. de pæn.*) æquitas naturalis ſuadet, ne nocentium odio innocentes prægraventur. Cum & judicantium interſit, ne ſub velamento juſtitiæ ſanguinem effundentes ipſimet horribili coram Deo ſanguinis judicio ſubjciantur.

Q. 9. An & ex lege Aquiliâ conveniri poſſit is, qui hominem liberum vulneravit, vel occidit?

℟. Directò, nego. Utiliter, (ratione ſc. ejus quod abeſt) concedo. *l. 5. §. ult. l. 7. in princ. l. liber homo. 13. D. ad l. Aquil.* 1. obſtat, *Atqui injuriarum tenetur qui hominem liberum vulneravit. §. 7. & 9. Inſt. de injur.* 2. obſtat, *Corpus liberum non poteſt æſtimari, ergò ob id lege Aquiliâ agi non poteſt. Ratio, quia in eâ corporis fit æſtimatio.* ℟. ad 1. Id non impedit, quo minus & utiliter teneatur ex lege Aquiliâ. ℟. ad 2. Conſequentia, ſi intelligatur de actione utili, neganda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

eſt. Deinde, cum homo liber eſt occiſus, *quinquaginta aurei* non ſunt æſtimatio hominis, ſed in pænam perſolvuntur. Nec enim ullo hoc caſu cicatricis aut deformitatis habetur ratio. Moribus verò, ob hominem liberum occiſum, quantum ob eam rem judici æquum videtur, actio viduæ liberiſque (licet occiſi heredes non ſint) accommodatur. Quo caſu, mercedes medicis præſtitæ, cæteraque impendia in curationem facta computantur, ut & operarum, quibus ob id caruerunt & carituri ſunt, pro computatione reditum vitaliuum, ratio habetur. Grot. *lib.* 3. *introduct. part.* 33. *n.* 2. *& ſeqq.* Vid. Sand. *lib.* 5. *deciſ. Friſic. tit.* 9. *defin.* 5. *in fin.* Clar. §. *fin. quæſt.* 58. *n.* 32.

Q. 10. *An* Intereſſe *in lege Aquiliâ poſſit excedere duplum æſtimationis rei peremptæ?*

℟. AFfirmo. Nuſquam enim modus huic rei præſcriptus legitur. Vid. §. 10. *Inſt. l.* 23. §. 1. *Iulianus. D. ad l. Aquil.* 1. obſtat *l. unic. C. de ſent. qu. pro eo quod inter.* 2. obſtat *l.* 29. §. *item Labeo.* 3. *D. eod. ex quâ utilitatis interverſæ non eſt ineunda æſtimatio.* ℟. ad 1. Ibi de contractibus agitur Deinde, id quod Intereſt, hic non eſt aliquid quod ad rem accedit, ſed eſt ipſa æſtimatio quæ petitur. ℟. ad 2. Ibi parandæ utilitatis ſpes erat incerta. Vid. *l.* 21. §. 3. *D. de action. empt.* Secus ergò, ſi illa indubia ſit & certiſſima.

Q. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. An in ineunda æſtimatione, ſingularis quædam corporis perempti affectio ſit ſpectanda?

R. MInimè. *l. ſi ſervum.* 33. *D. ad leg. Aquil. l. pretia.* 63. *D. ad l. Falcid.* Nec enim unquam in æſtimatione ejus quod intereſt habetur ratio affectionis, niſi in juramento in litem, propter dolum. *arg. l.* 4. §. 1. *D. de in lit. jur.* Obſtat *l.* 35. *D. de min. l.* 54. *D. mand.* R. In illis & ſimilibus locis non agitur de æſtimandâ affectione, ſed de actione ob affectionem dandâ: ſive actio illa ſit ordinaria, ſive interdictum, ſive reſtitutio in integrum. Nec enim *in d. l.* 35. ſpectatur affectio minoris: ut ſc. illi præſtetur, quanti ex affectione ſuâ intereſſe putat, ſed ut reſtituatur in integrum. Vid. Donell. 26. *comm.* 15.

Q. 12. Cum ad injuriam dolus requiritur, & animus infamandi; an actor in dubio probare teneatur, animum adfuiſſe?

R. DIſting. Vel id quod objicitur ſuâ naturâ, aut moribus eſt probroſum. Aut non. Hoc caſu, affirmo. *arg. l.* 32. *D. de V. S.* Vid. Maſcard. *de probat. concluſ.* 902. *n.* 6. *& ſeqq.* Illo nego. Ea enim, quæ ſua natura contumelioſa ſunt, præſumuntur animo injuriandi facta: Niſi à conjuncta forte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

perſona prolata ſint. *l. unic. C. de emend. propinq.* Unde onus probandi animum abſuiſſe tunc incumbit reo. Huc refer *l. 5. C. de injur.* Clar. *lib. 5. ſent. §. injuria. n. 12.* Gail. 2. *obſ.* 101. & 106. Accedit, quod reus, qui factum confitetur, ſi Jure factum dicat, id ipſum (*Iure factum*) probare teneatur. Alciat. *in l. deteſtato. 40. D. de verb. ſignif. n. 20. & ſeqq.*

Q. 13. *An animum infamandi abſuiſſe probet reus, eò quod injuriam intulerit cum proteſtatione honoris?*

℟. NEg. Quapropter non excuſatur, ſi quis dixerit (*Tu mentiris, (domine) ſalvo honore tuo.* aut, *quod mihi pace tua liceat dicere, fur es, &c.*) Fund. quia proteſtatio actui contraria nihil operatur. *l. 21. in princ. D. de acquir. hered.* Vid. Gail. 2. *obſ.* 101. *n.* 3. Guid. Pap. *deciſ.* 465. Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. injuria. n. 13.* At jurejurando ſe purgare poteſt, ſi jurat, ſe non animo injurandi læſiſſe actorem. *l. 5. hâc lege.* 8. *D. de injur.* Idque & extrà judicium etiam olim fuiſſe oblatum, teſtatur & illuſtrat clariſſimus Matth. *de crim. ad tit. de injur. cap. 11. n. 10. An verò reus capitis, aut famæ, injuriarum conveniri poßit, ſi excipiendo teſtibus objecerit, ipſos eſſe* infames, fures, perjuros, adulteros, &c.? Id non videtur. Ignoſcendum eſt enim ei, qui ſanguinem ſuum qualitercunque redemptum voluit. *l. 1. D. de bon. eor. qui mort. ſibi conſc.*

Acce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Accedit, quod ad evitandam pænam mortis, etiam adverſarium corrumpere ſit jure permiſſum. *l.* 18. *C. de tranſact.*

Q. 14. *An qui alicui verum crimen conviciandi animo objecit, Jure civili excuſetur ab injuria?*

℟. OMninò. Idque in tantum, ut nec recantationi, nec æſtimationi injuriæ poſſit eſſe locus. Non priori, quia verum convicium recantari nullo modo poteſt. Non poſteriori, quia Reip. intereſt, peccata nocentium manifeſtari. *l.* 18. *D. de injur.* At utraque pæna locum habebit, ſi quis alicui vitium aliquod naturæ, aut fortunæ, contrà bonos mores exprobraverit. 1. obſtat, *Atqui adeſt animus injuriandi.* 2. obſtat *d. l.* 18. *Non procedit eo caſu, quo profertur delictum, quod noviſſe non intereſt Reipub. ita DD. communiter.* Vid. Sand. *lib.* 5. *deciſ. Friſic. tit.* 8. *defin.* 5. 3. obſtat, *Quod in æſtimationem ſaltem injuriæ reus condemnandus ſit.* Sand. *d. tit.* 8. *defin.* 7. 4. obſtat *l.* 5. *C. de injur. Ubi qui verum crimen objecit, tenetur injuriarum, ſi id fecerit convicii conſilio.* ℟. ad 1. Licet haud aliter ob contumeliam reus injuriarum puniatur, niſi animus infamandi adfuerit; inde tamen non ſequitur, ſemper & indiſtinctè eum teneri, qui animum infamandi habuit. Fallit enim (idque ob bonum publicum) ſi quis nocentem infamaverit. *d. l.* 18. ℟. ad 2. Paulus *in d. l.* genera-

neraliter de criminibus admiſſis loquitur: & ſic etiam extrà judicium infamandi animo nocenti crimen objicere concedit, ut vel hâc ratione peccata nocentium innoteſcant. ℟. ad 3. Inſulſum id eſt & iniquum, atque adeò contrà Reipub. utilitatem. Fund. Cum enim accuſatores ſummæ invidiæ exponerentur, & propterea plerunque ab accuſando deſiſterent, è re Reipub. viſum fuit, permittere, ut vel per rixam incaleſcentes convitio detegerent nocentes. Accedit, quod cum nocens (*puta, latro, fur, mercator ſtellio, &c.*) jam opprobrii plenus ſit, nihil aut parum exiſtimationi ejus decedere intelligatur, dum ſcelus admiſſum ei exprobratur. Huc pertinet illud Horatii *Sat. 1. lib. 2.*

-------- *Si quis*
Opprobriis dignum laceraverit, integer ipſe,
Solventur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

℟. ad 4. Verba *d. l.* (*Fides veri*) non ſpectant ad veritatem criminis objecti, ſed ad eam narrationem, quam precibus ſuis complexus erat conſultor Victorinus: cum enim indicaſſet, ſe non conviciandi animo, nec dolo malo homicidii crimen objeciſſe, reſcripſerunt Diocletianus & Maximianus Impp. ſi id probare potes, fides veri à calumniâ te excuſat: ſed ſi in rixam prolapſus convicii conſilio falſum crimen objeciſti, teneris.

Q. 15. An injuriam verbalem verbis repellere in continenti ſit permiſſum?

℞. Affirmo. *l. 25. D. de Procur. & l. 39. D. ſolut. matr. §. 4. D. ad l. Aquil.* 1. Quia grave eſt, juſtum dolorem temperare. 2. Quia delicta liquida (quatenus ſc. ſunt eadem, & ejuſdem qualitatis) compenſantur. *l. 10. §. 2. D. de compenſat. Huc refer c. ult. X. de adulter.* 3. Quia ignoſcendum eſt ei, qui provocatus ſe ulciſci voluit. *l. 14. §. 6. D. de bon. libert.* 4. Quia delinquere non cenſetur, qui id agit, non ut alteri, ſed ne ſibi nocitum ſit. *l. 2. §. 9. D. de aqu. & aqu. pluv. arcend.* 1. obſtat, *Atqui delicta ſunt punienda.* 2. obſtat, *Quod vim vi duntaxat repellere liceat. l. 3. D. de Iuſt. & Iur.* ℞. ad 1. Cum convicia conviciis repelluntur, delicta non manent impunita, ſed injuriarum mutua compenſatione quaſi puniuntur. ℞. ad 2. Quod *in d. l.* agatur ſimpliciter de injuria. At quod affirmatur de genere, id & de ſingulis ejus ſpeciebus eſt aſſerendum. Accedit, quod fama vitæ æquiparetur. *arg. l. 8. D. de manum. vindict.* Vid. Vaud. 2. *variar. quæſt.* 29. Gail. 2. *obſ.* 101. *n.* 3. Sand. *deciſ. Friſic. lib. 5. tit. 8. defin.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 16. *An actio injuriarum ad palinodiam, ſit civilis, an criminalis?*

℞. CIvilis. 1. Quia hæc actio neque ullâ publicâ lege conſtituitur; neque petit actor reum arbitrio judicis puniri. 2. Quia & hoc caſu admittitur procurator. *l.* 11. *§. agere.* 2. *D. de injur.* Mynſ. *cent.* 2. *obſ.* 98. Gail. 1. *obſ.* 65. Bronch. 2. *miſcell.* 58. Diſſent. Robert. Marant. *part.* 4. *ord. jud. diſt.* 1. *n.* 17. *& ſeq.* At tenendum, hodie Uſu forenſi injuriarum nomine agi civiliter & criminaliter. Civili actione experitur læſus ad palinodiam, & mulctam ſibi, aut (ſi malit) pauperibus applicandam. Actio verò criminalis eſt arbitraria, ac ſoli fiſco competit, ac propter antiquatam inſcribendi neceſſitatem procuratorem admittit. Buſius *in l.* 42. *§.* 1. *D. de Procurat.* Vinn. *in §.* 10. *in fin. Inſt. de Injur.* Cæterum à palinodiâ reus abſolvitur, qui ante litem conteſtatam profitetur, pænitere ſe convicii temere objecti: nolle dictum quod inconſulto calore protulerat. Vid. Sand. *lib.* 5. *deciſ. Friſic. tit.* 8. *def.* 7. *An verò & de levi ſeu modicâ injuriâ agi poßit criminaliter.* Affirm. *d. §.* 10. *in verb. (de omni.)* 1. obſtat *l.* 7. *§.* 6. *D. eod. Ubi ex teſtimonio ICti poteſt hodiè de omni injuriâ, etiam de atroci, civiliter agi. Ergò de atroci tantum criminaliter agi ſolitum fuit.* 2. obſtat *l.* 1. *§. ſit injuriâ.* 1. *D. de extraord. crim. Ubi non omnes, ſed atrociores duntaxat extrâ ordinem vindicantur.* ℞. ad 1. Negatur conſequentia. Hoc enim potius

potius inde infertur: de atroci olim criminaliter actum fuiſſe, fortè publico judicio ex l. Cornelia: at id poſteâ exoleviſſe, atque & actionem civilē (ex cauſis ſc. lege Cornelia comprehenſis) ad æſtimationem injuriæ datam fuiſſe. ℟. ad 2. Non innuit Ic. leviores injurias prorſus extrà ordinem non puniri; ſed graviter extrâ ordinem tunc animadverti, cum gravior eſt injuria.

Q. 17. An actor, qui injuriam ad animum revocavit, ſi civilem actionem omiſerit, reus æquè hodiè criminaliter poſſit coërceri?

℟. AFfirmo. Idque moribus atque uſu fori inrroductum eſt. Obſtat, *Atqui ſtatutum ſanciendo pænam pecuniariam, videtur eo ipſo criminale judicium ſuſtuliſſe.* ℟. Diſting. Si levior ſit injuria quæ facta eſt: concedo. Nuſquam enim moribus noſtris (Vid. Matth. *de crimin. ad tit. de injur. cap. 4. n. 5.*) in levioribus criminalia redduntur judicia. Cæterum ſi gravior ſit injuria, nego. ut ſi (ex. gr.) calumniator aliquis dolo malo ſciens hominem innocentem detulerit aut accuſaverit: Aut ſi quis, diffamandæ virginis aut matronæ honeſtæ cauſâ, ſe cum eâ concubuiſſe jactaverit. Coler. *deciſ.* 161. *n.* 26. Sand. *lib.* 5. *deciſ. Friſic. tit.* 8. *defin.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 18. *An ob quamcunque contumeliam ſcripto factam reus capitali pænâ ſit afficiendus?*

R. NEquaquam. Placet enim diſtinctio DD. vel quis famoſo libello vitam & ſalutem alterius appetiit: vel famam ejus duntaxat atque exiſtimationem. Priori caſu, affirmo. *l. unic. C. de famoſ. libell.* in verbis (*ſi quis devotionis ſuæ ac ſalutis publicæ cuſtodiam gerit, &c.*) ſecundum quam ille pænâ capitali afficitur, qui ejus ſpectaculo in alterius cervice crudelem animum ſuum ſatiare voluit. Agitur enim de ejuſmodi libello, quo crimina capitalia atque ad ſalutem Reipub. pertinentia alicui objiciuntur. Poſteriori verò caſu, nego. Tunc enim extrâ ordinem reo pæna infligenda eſt. Vid. *l. 5. §. ſi quis librum. D. de injur. l. ob carmen. 21. D. de teſtib.* Vid. Gomez. 3. *reſol. 6. n. 1.* Proſper. Farinac. *quæſt. 105. n. 424.* Quæ diſtinctio ex eadem ratione obtinet & in eo, qui libellum inventum non illicò conſumſit, ſed aliis ſenſum ejus dolo malo manifeſtavit. Cæterum garrulitas (utpote linguæ vitium & impotentia) non dolo, ſed culpæ imputanda eſt. Ut verò pænâ mortis *d. l. unic.* conſtituta obtineat, requiritur; 1. Ut reus famoſi libelli, ejus author, ſcriptor, aut compoſitor ſit. 2. Ut in eo nomen author non expreſſerit. *Ordin. crim. Carol. V. art.* 110. cum enim, nomine auctoris ſuppreſſo, injuria adverſus ipſum vindicari nequeat: hinc & ſeveriori pænâ eum poſteà manifeſtatum plecti volue-

voluerunt Impp. 3. Ut crimen capitale in eo objectum falſum deprehendatur. 4. Ut læſus, non actione injuriarum, ſed famoſi libelli, agere velit. De hiſce requiſitis vid. latè Carpzov. *part. 2. criminal. quæſt. 98. n. 17. & ſeqq.*

Q. 19. *Cum anni lapſu extinguatur injuria, l. ſi non convicii. 5. C. de injur. an, ſi abſenti facta ſit injuria, id de anno utili, an continuo ſit accipiendum?*

℟. PRius affirmo. 1. Quia plerunque ubi Prætor de anno locutus eſt, ICti verba Prætoris de anno utili interpretantur. Vid. *l. 1. junct. l. 6. D. de calumn. l. Aedibus. 38. junct. l. ſciendum. 19. §. ult. D. de ædil. edict. l. 1. D. de vi & vi arm. junct. d. l. 1. §. annus. 39.* 2. Quia actiones Prætoriæ ex delictis, quæ actionem injuriarum proximè præcedunt, anno utili terminantur. Vid. *l. 1. D. ſi is qui teſtam. lib. eſſe juſſ. l. 1. §. in hâc actione. 13. D. vi bon. rapt. l. 2. l. 3. C. eod. adde & l. 4. D. eod. l. 1. D. de incend. ruin. naufr.* Cujac. *in l. 14. §. 1. D. quod met. cauſ.* Govean. *1. var. lect. 10.* Gail. *2. obſ. 105. n. 3.* Jul. Clar. *in §. injuria. n. 9.* 1. obſtat, *Prætoris imperium anno continuo finitur. princ. Inſt. de perpet. & temp. act. Ergò & omnes actiones Prætoriæ. Niſi fortaſſe nominatim dixerit de anno utili.* 2. obſtat *l. 5. C. de injur. quæ computat annum ex eo die, quo injuria facta*

eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

eſt. At non ex eo, quo quis reſcivit ſibi factam injuriam. Ergò intelligendus annus continuus. 3. obſtat, *Quod actio injuriarum, cum perſequatur vindictam, ſit odioſa.* ℞. ad 1. Infirma eſt conſequentia: multas enim anno utili nominatim Prætor circumſcripſit: alias Icti. anno utili finiri teſtantur: Sunt & de quibus nihil nominatim expreſſum eſt, ſed in iis per annum, utilis annus intelligitur. Vid. Matth. *de crim. ad tit. de injur. c. 1. n. 17.* Sunt & perpetuæ, veluti furti manifeſti, & arborum furtum cæſarum. *d. princ. Inſt. l. 7. §. pen. D. arb. furt. cæſ.* ℞. ad 2. Neg. conſeq. Ratio; quia in caſu *d. l.* injuria facta erat in rixâ, id eſt, præſenti, qui eam ignorare non poterat. At cum abſenti facta eſt, tunc annus computatur ex eo die, quo quis cognovit ſibi injuriam illatam. Vid. *l. 6. D. de calumn. l. 55. cum ſex. D. de Aedil. edict.* ℞. ad 3. Publicæ diſciplinæ ratio odium hoc & duritiem tollit. Nec enim nimis arctandus actor, nec quoq; lapſu breviſſimi temporis ſtatim ſecuritas Reo tribuenda eſt. At notandum, licet anni præſcriptione injuria (quoad ſc. vindictæ perſecutionem) extinguatur; actionem tamen legis Aquiliæ, quâ damnum per contumeliam factum perſequimur, eſſe perpetuam.

Q. 20.

Q. 20. An & injuria literis facta eodem temporis ſpatio tollatur?

℞. DIſting. Aut quæritur de actione prætoriâ; aut de publicâ accuſatione. Priori caſu, annalis præſcriptio obſtat. Poſteriori verò, eſt perpetua, & non niſi vicennii ſpatio jure civili excluditur. Ratio 1. Quia non ex Edicto, ſed conſtitutione Principis deſcendit. Vid. *l. querela.* 12. *C. ad l. Cornel. de Falſ. junct. princ. Inſt. de perpet. & temp. act.* 2. Quia de injuria reali licet perpetuò queri, ergò multò magis de famoſo libello. Fund. quia injuria manu facta non illicò lege Corneliâ pænâ capitali vindicatur. At quæ literis facta eſt, eam publico judicio vindicandam voluerunt Impp. *in l. unic. C. de famoſ. libell.* Vid. Zaſ. *in l. cum lex. n.* 22. *D. de legib.* Gail. 2. *obſ.* 104. *n.* 4. Weſenbec. *parat. de injur. n.* 13. Diſſent. D. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de injur. in fin.* Sed malè.

Q. 21. An actio injuriarum ex lege Corneliâ deſcendens anni lapſu perimatur?

℞. MInimè. 1. Quia eſt actio civilis: At hæc perpetuò competit, i. e. uſque ad 30. annos, niſi nominatim breviore ſpatio concludatur. *princ. Inſt. de perpet.*

perpet. & temp.act. Nuſpiam verò in Jure actio legis Corneliæ nominatim anni ſpacio circumſcripta reperitur. 2.Quia omninò differt ab actione Prætoriâ: at inter hanc & illam nihil intereſſet, ſi anno quoque expiraret. *Gloſſ. in l. ſi non convicii. 5. C. de injur.* Bartol. *in rubr. Inſt. de Injur. num.2.* Mynſing. 1. *obſ.* 84. Hieronym. Schurff. *cent.* 1. *conſil.* 61. Clar. 5. *ſent. §. injuria. n.* 9. Neoſtad. *deciſ. Cur. Holland.* 18. Diſſent. *antiquus gloſſator* Bulgarus, *& cum eo* Accurſius *in d. princ. Inſt.* Oldend. *in Claſſ.* 7. *ſub tit. act. de injur.* 10. *n.* 7. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de Injur. in fin.* 1. obſtat *l.* 17. *§. 6. D. de injur. Ubi injuria tempore aboletur. Et temporis lapſus ibidem cum diſsimulatione & pacto comparatur.* 2. obſtat *d. l.* 5. *C. de injur.* ℞. ad 1. Non ibi igitur de atroci injuria manu facta, ob quam L. Corneliæ actio datur, ſed de aliâ, de quâ actio prætoria redditur. ℞. ad 2. *d. l.* loquitur de convicio, & ſic de injuriâ verbali: At de eâ non agitur ex lege, ſed ex edicto Prætoris. *l. Lex Cornelia.* 5. *D. eod. An verò accuſatio anno terminetur?* Non videtur. Sed annis 20. finitur. *l. querela.*] *C. ad leg. Cornel. de Falſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 22. *An læſus, qui poſt acceptam atrocem injuriam ſacræ Synaxi interfuit, dein injuriarum agere poſſit?*

℞. NEg. Quia diſſimulatione ſublata cenſetur. Huc pertinet §. *ult. Inſt. de injur.* Sic & oſculo pacis (cum illud fraternæ dilectionis ſymbolum ſit) remittitur injuria. 1. obſtat, *Atqui iſta ſacræ menſæ communio ſufficiens diſsimulationis genus eſſe non videtur.* Vid. Sand. *lib. 5. deciſ. Friſic. tit. 8. defin.* 12. 2. obſtat, *Quod nemo, modò abſit vindicta, unquam prohibeatur famam tueri & honorem.* ℞. ad 1. Falſum id eſt, quâ ſolius læſi ratio habetur. Unde hoc caſu officium magiſtratus ab officio & pietate actoris ſeparandum eſt. Illius enim eſt, delictis, ſi probentur, pænam condignam irrogare: At hujus, conſcientiam ſuam liberare. Cum enim nemo ad ſacram menſam admittatur, niſi profeſſus, ſe ex animo omnem offenſionem depoſuiſſe, atque injuriam acceptam condonaſſe; annon probè Chriſtianam hanc profeſſionem obſervavit, qui vix dimiſſo ſacro cætu & injuriam recolit, & vindictam ſpirat? ℞. ad 2. Neminem etiam prohiberi, diſſimulando injuriam, juri ſuo renunciare. Generoſi enim animi eſt, malum & calumnias contemnendo ſuperare: Et verè Regium, *cum rectè agas, audire malè.* Deinde, quod objicitur, ex ſententia etiam Theologorum locum ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

habet, ſi læſus probaverit, lenitate & patientiâ ſuâ indies deteriorem exiſtere adverſarium: Tunc enim judicio & pænâ corrigendus, quem ſacræ conciones ad officium & meliorem mentem reducere non potuerunt.

Q. 23. *An damnatus in cauſis injuriarum, ſtricto jure, vitet infamiam, ſi ei judex expreſſim reſervavit honorem?*

℟. NEquaquam. *l.* 63. *D. de furt. l.* 40. *D. de injur.* Fund. Quia non ut facti quæſtio, ita & pænæ irrogatio arbitrio judicantis committitur. Vid. Matth. *de crimin. ad tit.* 18. *lib.* 48. *tit.* 3. *n.* 14. Verum ut omnis calumniandi occaſio Garrulegiſtis præcidatur, tria hoc caſu requiruntur. 1. Ut quis, non ad ſui defenſionem, ſed doloſè, ſponte, & affectu injuriandi quem convitiis proſciderit. 2. Ut convitia objecta ſint plane falſa, conficta, & nullatenus probata. 3. Ut ſententia libello actoris ſit conformis. Obſtat, *Iudex reum poteſt non damnare; ergò & eum (ſalvâ ejus bonâ exiſtimatione) damnare poteſt.* ℟. Negatur conſeq. Licet enim in judicis arbitrio ſit, utrum condemnet, an abſolvat: ſi tamen condemnet, legis tenorem ſervare neceſſariò debet. *l. ordine decurionum.* 15. *D. ad Municipal.* Quapropter ſi nocens (fortè ex publicâ cauſa) judicio abſolvatur, ſecundum tamen diſtinctionem. *l.* 42. *§.* 12. *D. de rit. nupt.* fama illi illibata conſervari non poteſt.

poteſt. Caſus itaq; hîc à quæſtione propoſita erit alienus. *Cajus (ex. gr.) à Mævio laceßitus & provocatus, cum hic nihil de ſe virtute vacuum & probitate prædicari poſſe contenderet, Mævio (inter alia) turpißimum aliquod facinus objecit. Mævius cum injuriarum ageret, libello ſuo quædam falſò, plura Sophiſticè, paucißima verè comprehendit: ac petiit, Cajum damnandum eſſe injuriarum, ac cogendum, ut profitêretur, pænitere ſe injuriarum temerè objectarum, eaſque mulctâ intereâ 4000. aureorum reſarciret. Iudex probè omnibus perpenſis, cognitâque fide à Cajo factâ, voluit, ut juramento ſolemni à turpitudine objecti facinoris Mævius ſe purgaret prius, quam Cajo (integrò tamen bono ſuo nomine profeßio) ſimplex duntaxat pænitentiæ profeßio, reſpectu ſc. ſolius facti in ſententiâ expreßi, pro qualitate præſtiti à Mævio juramenti, incumberet. Iuravit prius Mævius, ac ſecundum ejus juramentum nudis duntaxat verbis Iudici dein obtemperavit Cajus.* Nonne inſignem dices (*Garrigulio*) Mævio partam victoriam? Nonne bellam inde palinodiam prædicabis, *ole*? At unde, aut cujas grandis ille buccinator, qui, Juris principiis neglectis, hoc arbitrio injuriarum damnatum, aut notam infamiæ Cajo inuſtam effutire auſit? capere qui neſcit, aut improbè negat (*aliud eſſe, proſcindere quem falsò injuriis, & injurioſa ad ſui defenſionem verè allegare*) an illum *divinæ juſtitiæ ſpiritum ducere* quiſquam juret? Ecquis illius *excelſam & inexhauſtam Iuris ſcientiam miretur*? Illene *decus Iuriſconſultorum*? illene *Azylum & promptuarium Iuris* audit? An illum (Proh Jupiter!) tanquam uni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

unicum Deum tutelarem noſtrum adorat Lycæum: Cum Divæ Themidi ſpectris & lemuribus perturbatæ hoc Juriſprudentiæ ἐκτρῶμα aliquandò excidiſſe, illudque in Orbem terrarum furtim irrepſiſſe, potius credendum ſit. Quicquid ſit, quandoquidẽ ſuperioribus (vel propter conſcientiam) ſit obediendum; an infamis dicendus, aut mendax, qui ex publico momento pacis, aut alterius neceſſitatis, idque jubente magiſtratu, vel Tyrannos aliaque hominum monſtra (*humani generis delicias*) aut ergaſtulo mancipandos (*admirabiles virtutum choros*) nuncuparit? Abſit procul.

Q. 24. *Quæ pœna eſt Jure Civili in Judicem conſtituta, qui iniquam ſententiam tulit?*

℞. DIſting. Vel per Juris ignorantiam perperam judicavit; vel largitione aut gratiâ corruptus id fecit. Priori caſu (quia culpa deliquit) litis alienæ periculo & damno mulctatur. *princ. Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex delict.* Poſteriori verò caſu (quia in dolo verſatur) criminali Judicio coërcetur. Hinc lege 12. tab. capite feritur ille Judex, arbiterve datus, qui ob rem dicendam pecuniam accepiſſe convictus erat. Gell. *noct. Attic. lib.* 20. *c.* 1. lege verò Juliâ repetundarum extrâ ordinem, & plerunque vel exilio, vel etiam durius, prout admiſerit, punitur. *l.* 1. 3. *junct. l.* 7. *§. hodie. l. ult. D. de leg. Iul. repetund.* & prætereà præſenti officio privatur, atque ad aliud obeundum inhabilis

bilis & indignus pronunciatur. *l. judices. C. de dignit.* Ægid. Boſſ. *tit. de official. corrupt. n. 2.* Jul. Clar. *in pract. crim. quæſt. 73.* *Pecunia* hîc intelligitur omne illud, quod quis pro eâ accipit. *l. 1. §. fin. D. de calumn.* ut ſi (ex. gr.) à fæneratore gratis data ſit pecunia. Bald. *in l. venales. n. 5. C. quand. provoc. non eſt nec. Quid ſi Iudex corruptus ſententiam non tulerit?* Idem puto. Per *l. & generaliter. §. ſi igitur. D. de calumn.* Ratio, quia ſufficit in hâc re, jurgium alienum ſibi prædam affectaſſe, atque non cognitorem, ſed litium mercatorem ab initio extitiſſe. Vid. *l. 3. & ſeqq. C. ad l. Iul. repetund. An ergò & idem, ſi quis pecuniam acceperit, ut juſtè judicaret.* Affirmo. Delictum enim eſt, juſtitiam hoc modo venalem facere. Bald. *lib. 5. conſil. 25.* Ægid. Boſſ. *d. loc. & Injuſtiſſimum (ut ait Cicero lib. 1. de legib.) juſtitiæ mercedem quærere.* & Plato *lib. 12. de legib.* docet, legibus obtemperandum eſſe dicentibus nulla pro Patriæ miniſterio munera eſſe ſuſcipienda, & ſi quis minus obtemperaſſe damnatus fuerit, eum morte plectendum. Quapropter Alcamon cuidam interroganti, cur à Meſſeniis oblata munera ſpreviſſet, eleganter reſpondit: *Si munera accepiſſem, cum legibus pacem non habuiſſem.* Vid. *Prov. 20. 30.* Judicis itaque eſt, neglecta habendi cupiditate, ſecundum leges omnibus ex æquo juſtitiam facere. Obſervet itaque illud Antiochi tertii, qui civitatibus ſibi ſubjectis legum obſervationem in judicando in tantum commendavit, ut ſi quid unquam per literas illis mandaſſet, quod legibus repugnaret, non exequerentur.

Similiter & Ægyptiorum Reges judices ſuos jurejurando devinxerunt, ne quid injuſtè (licet Rex ipſe imperaret) judicarent. Quapropter Siſamnes, niſi avaritiâ legibus obviaſſet, ejus filius, in tribunali, in quo patris ob injuſtitiam excoriati pellem Rex Cambyſes confixerat, non conſediſſet. Val. Max. *lib.6. c.3.* Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. 3. c. 5.* Balduin. *in comment. ad leges 12. tabul. l. 52.*

Q. 25. *Annon permiſſum judicibus, Xenia in eſculentis & poculentis conſiſtentia, & ſpontanea liberalitate oblata, accipere?*

℞. Licet ſuper hoc variæ DD. ſint opiniones. Vid. Gundiſalvum de Villadiego *in tract. de hæretic. quæſt. 8. n. 8. & ſeq.* præ cæteris tamen arridet negantium ſententia. Fund. 1. Quia qui munera accipit, punitur. *l. omnes cognitores. C. ad leg. Iul. repetund.* 2. Quia ſpeciatim pæna pecuniariâ & exilio puniuntur judices, qui aliquid, niſi in defectum ſalarii, accepêrunt. *Novell. 8. in c. ſcriptum eſt exemplar. verſic. prohibêantur.* Mundas enim manus Deo, Legi, & Regi, & nullum attingere lucrum illos oportet, quibus judicandi munus imperatur. *Novell. 17. c. oportet. 12. & ibi DD.* Accedit, cum naturale ſit, benefacienti acceptum beneficium retribuere velle: Hinc animus judicis, alioquin juſti & conſtantis, muneribus ſit benevolus, & cupidus alteri gratificandi: unde

unde facilè ſi non corrumpi, ſaltem excæcari poteſt & decipi. Nec mirum, cnm munera excæcent lumina ſapientum. *Proverb.* 20. 30. & amantium judicium cæcum dicatur. 1. obſtat, *Atqui Proconſulibus in ipſo itinere Xenia fuerunt de Iure conceſſa. l. ſolet. D. de offic. Proc. ergò & reliquis judicibus domi reſidentibus.* 2. obſtat *l. eadem. 6. §. ult. in fin. D. de leg. Iul. repetund. Vbi coarctata hujuſmodi munera ſunt, ne in anno pluris ſint, quam centum aureorum.* ℟. ad 1. Negatur conſeq. Non enim quæ peregrinis, ac itinera conficientibus ſingulari privilegio indulta ſunt, ad illos, qui domi manent, pertinent. idem velle videtur *c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. in 6.* Cum enim peregrinis (ut inquit Plato *lib. 5. de legib.* amici & cognati deſint, apud Deos & homines majorem etiam miſericordiam merentur. Quod autem Proconſulibus peregrinantibus Xenia fuerint permiſſa, ratio eſt; cum enim qui iter facerent, non poſſint omnia in alienis ædibus emere, non indecens viſum, ut hoſpites etiam de ſuo aliquid apponerent, quod comparatu difficile eſſet. Unde *Xenium* munus dicitur, quod hoſpitibus datur: uti & ξένος hoſpes vocatur, & Xenodochium locus in quem hoſpites recipiuntur. ℟. ad 2. Id Jure noviſſimo eſt correctum. *d. Novell. in c. alleg.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 26. An caupo teneatur hoſpitio excipere viatores?

℟. AFfirmo. *l. unic. §. fin. D. furt. adv. caupon.* Ratio 1. Quia quaſi publicum cauponum eſt officium. 2. Quia omnes, ſi non verbis, ſaltem ſignis, ad ſecum hoſpitandum invitant. Mantic. *lib. 1. de conjectur. ult. volunt. tit. 1. n. 5.* Bartol. *in d. l. unic.* Obſtat *l. 1. §. 1. D. naut. caup. ſtatub.* in verbis (*nam eſt in ipſorum arbitrio, ne quem recipiant.*) ℟. Senſus *d. l.* eſt, liberum eſſe ab initio, cauponam exercere, aut non. At qui eam exercet, hoſpites repellere non poteſt, niſi juſtam cauſam non recipiendi habet.

Q. 27. An caupo etiam factum viatorum præſtare teneatur?

℟. DIſting. Vel agitur de re depoſitâ reſtituendâ: vel agitur in duplum ex furto viatorum. Priori caſu, affirmo. *l. 1. §. ult. l. 2. 3. D. naut. caup.* ſic enim & heredes ejus rectè conveniuntur. *d. l. 3. §. 4.* Poſteriori, nego. *l. unic. §. fin. D. furt. adv. caup.* quod & in heredibus ejus procedit. *§. ult. Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex delict.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 28. Hoſpes ad cauponam acceſſit, & cum equum ſuum in ſtabulo depoſuiſſet, illo nemini conſignato illicò ad ſua negotia pertractanda ex hoſpitio receſſit; an ſi poſtmodum ad hoſpitium reverſus equum non invenerit, caupo ad reparandum damnum teneatur?

℞. OMnino. *l. 1. §. ult. D. naut. caupon. ſtabul. & ibi Bald.* Afflict. *deciſ.* 82. Aretin. *in §. ult. n. 1. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Obſtat, *Caupo equum ſibi non conſignatum non recepit; ergò non tenetur.* ℞. Neg. conſeq. Id enim licet in aliis perſonis locum habeat, ſecus tamen eſt in cauponibus, nautis, & ſtabulariis: Ad quos, ſingulari viatorum privilegio, illicò rerum ibi depoſitarum periculum pertinet.

Q. 29. An cum hoſpiti claves cubiculi traditæ ſunt, caupo conveniri poſſit ob bona in cubiculo ſubtracta?

℞. NEg. Niſi de illius, aut ſuorum fraude appareat. Ratio, quia hoſpes clavium acceptatione videtur cuſtodiæ renunciaſſe, & plene conſenſiſſe, ne caupo de cuſtodiâ teneretur. *l. ult. in princ. verſic. item ſi prædixerit D. naut. caup. ſtabul. adde l. 74. D. de contrah. empt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

Vigesima-Tertia,

Ad Princ. uſque ad §. 8. Tit. 4. Lib. 2. Inſtitut.

Q. 1. *An actionis nomine etiam comprehendatur exceptio?*

℟. Affirmo. *l.* 1. & 19. *D. de except.* 1. obſtat *l.* 8. §. 1. *D. de verb. ſignif.* 2. obſtat, *Quod actio & exceptio differant, ut habitus & privatio. l.* 2. *D. de except.* ℟. ad 1. & 2. Quod actio bifariam conſideretur, vel generaliter, vel ſpecialiter. Priori modo procedit *d. l.* 1. & 19. Poſteriori verò, *d. l.* 8. §. 1. & 2.

Q. 2. *An actiones ſint Juriſg. an verò Juris civilis?*

℟. Diſtinguendæ ſunt actiones in genere acceptæ à Romanis in ſpecie. Illæ Juriſgent. ſunt adſcribendæ, hæ verò juris civilis. Vel ita dici poteſt, actiones, quoad originem, ſive reſpectu *materiæ*

ex

ex quâ, eſſe Juriſg. cujus enim Juris ſunt contractus, ejus ſunt & actiones ex eo provenientes. At contractus (paucis exceptis) jurig. tribuuntur. *l. 5. D. de Iuſt. & Iur. §. 2. Inſt. de jur. nat. gent. & civil. in fin.* Quoad verò formam, juris civilis. *l. 2. §. 6. D. de orig. Iur.* hinc omnium eorum, quæ legitimè fiunt, jus civile (quo nomine venit omnis conſtitutio civilis, & ſic jus Prætorium) cauſa efficiens generalis & principalis rectè appellatur. Ex hiſce apparet, contractus à jure civili inventos, & quoad materiam & formam, juri civili dedicandos eſſe. Vid. Bartol. *in d. l. 5. D. de Iuſtit. & Iur.* Schneidw. *ad princ. Inſt. de action. n. 9.* Gail. 2. *de pac. publ. n. 12. DD. communiter in l. frater à fratre. D. de condict. indeb.* Diſſent. Coraſ. *in d. l. 2. §. 6.* Jaſon *in l. Gallus. D. de lib. & poſthum.* Zaſ. *in d. princ. Inſt. n. 3.* Mynſ. *n. 4.* 1. obſtat, *Quod inventæ primum & certæ formulæ à 12. tabul. concluſæ, & ex iis denique jure fluente ſint compoſitæ. d. l. 2. §. 6.* 2. obſtat, *Iudicium eſt Iuris civilis.* 3. obſtat, *Olim manu regia controverſiæ dirimebantur.* Unde & Ovid. cecinit lib. 4. Faſtor.

Proque metu populum, ſine vi, pudor ipſe regebat;
Nullus erat, juſtis reddere jura, labor.

4. obſtat, *Actiones paſſim vocantur civiles, vel Prætoriæ; ergò actio non eſt Iuriſg.* 5. obſtat, *Deportatus actionem intentare nequit. c. ſi verò. X. de ſentent. excommun. ergò actio eſt juris civilis. per l. 17. §. 1. D. de pæn. l. 15. D. de interdict. & releg.* ℞. ad 1. Senſus eſt, ne quis, pro ſuo

lubitu confusè ageret, actiones ab origine alioquin rudes & inconditas primum lege 12. tab. & deinde jure civili fuiſſe compoſitas. ℟. ad 2. Id falſum eſt. Etiam & aliis Gentibus ſua judicia fuerunt: ut Iſraëli. Vid. *Exod. cap.* 17. Athenienſibus, aliiſque. Deinde id verum eſt in Hypotheſi tantum, non verò in theſi. Licet enim peculiaris ille Romanorum judiciorum ritus apud alios non fuerit in uſu, hoc tamen non impedit, quo minus & aliis Gentibus ſua quoque fuerint Judicia. ℟. ad 3. Id majeſtatem & virtutem abſolutæ regiæ poteſtatis ſignificat, non actionis originem, & (ut ita loquar) ejus nativitatem: Illudque Naſonis ad praxin aurei ſæculi (quo nihil non ſimplex, caſtum, purum, & integrum erat) cum DD. pertinere cenſeo. ℟. ad 4. Negatur conſeq. Antecedens indicat, id quod Juriſg. eſt, Jure Civili & Prætorio fuiſſe confirmatum. ℟. ad 5. Negatur conſeq. Non enim id eſt ex eo, quaſi actio, quoad originem, eſſet Iuris Civilis; ſed quod lex ex ratione civili id ita conſtituerit.

Q. 3. An actio in princ. Inſt. h. hodiè eadem ſit, quæ olim fuit?

℟. AFfirmo. 1. Quia (ut jure Digeſtorum *l. 2. §. deinde ex his legibus. 6. D. de orig. Iur.*) ita & hodiè actiones certæ, quoad nomina; ſolennes, quoad formulas habentur. Vid. *l. 3. C. edend.* ubi actio ſpeciem futuræ litis demonſtrat. At hoc non ſit, niſi actionis inſtitutæ idoneâ verborum conceptione.

ne. Non enim & nunc ſufficit, factum propoſuiſſe, & ex eo ſibi dari propoſuiſſe, ſed & actionis nomen in libello deſignari debet. 2. Quia hæc Celſi definitio eſt *in l.51.D. obligat. & act.* at ille, cum ante Imperatorem noſtrum vixerit, procul dubio, verbum (*jus in d. defin.*) pro certa aliquâ formâ, & formulâ, ſeu contextu verborum recepto, intelligendum eſt. 3. Quia actionum formulæ neutiquam ſublatæ leguntur. Vid. Donell. *in d. l.3. n.10.* Duaren. *ad tit. ſi cert. pet. c.6.* Zanger. *de except. in princ. n. 2.* Diſſent. Vacon. *6. declarat.* 88. Mynſ. *ad d. princ. Inſt.* 1. obſtat, *Atqui olim non antè agere licuit, quam agendi formula impetraretur. d. l. 2. §. 6. Ergò non eadem hodiè durat & remanet actio.* 2. obſtat, *Quod actionum formulæ hodiè ſint ſublatæ. l. 1. & tot. tit. C. de formul. & impetr. act. ſubl.* 3. obſtat, *Quod vocula* (jus) *in definitione actionis, per metonymiam ſignificet* facultatem Iure conceſſam: *ergò non agendi formulam.* ℞ ad 1. Negatur conſeq. Licet enim ſubtili iſtâ verborum conceptione non utamur, hinc tamen non ſequitur, ſubſtantiam rei eſſe mutatam. Fund. Quia agendi formula Iure veteri uſurpata tantum eſt accidens: at hoc adeſſe & abeſſe poſſe citrâ rei ipſius interitum, in aperto eſt. ℞. ad 2. Diſting. Abſolutè, nego. Secundum quid, concedo. Non enim ſimpliciter & indiſtinctè legibus Formulæ amputatæ ſunt. Vid. *l. 15 C. de teſtam. l. in legatis. C. de legat.* ſed eatenus duntaxat, quatenus aucupatione ſyllabarum inſidiantur. Olim enim à Pontificibus certa agendi formula impetrabatur, eamque adeò actor ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſervare tenebatur, ut, ſi vel in unâ ſyllabâ erraſſet, caderet totâ cauſâ. Hæc ſuperſtitioſa & ſubtilis obſervatio licet hodiè ſit expuncta, quin tamen actio haud aliter quam eo modo, qui convenit rei & propoſito negotio, ſit inſtituenda, nemo negabit. *l.* 2. *C. d. tit.* ℞. ad 3. Negatur antecedens. Deinde & conſequentia neganda eſt. Licet enim per (*Ius*) in d. definitione, facultas ſeu poteſtas agendi Iure conceſſa poſſit intelligi; ſatius tamen eſt, & naturæ rei magis conveniens, ut illud certam aliquam formulam ac contextum verborum, qui actionis inſtitutæ idoneâ conceptione conſtat, cum Ultramontanis interpretemur. Hinc apparet, cum actio ſit formula, eam à cauſâ eſſe diverſam. Quoniam *formula* eſt (quâ) *cauſa* verò, propter quam perſequendi poteſtas nobis à Iure conceditur.

Q. 4. *An definitio actionis in d. princ. propoſita ſit vitioſa?*

℞. NEquaquam. Ratio, quia ſub eâ tam reales quam perſonales actiones continentur. *arg.* §. 1. *Inſt. de action.* quo diviſio actionis excipit immediatè definitionem. Alciat. *ad l.* 10. *n.* 2. *D. de verb. ſignif.* Coraſ. 6. *miſcell.* 5. *n.* 8. Weſenbec. *ad d. princ. Inſt.* Diſſ. Hotomann. 3. *obſ.* 17. Cujac. 15. *obſ.* 12. Mynſ. *ad d. princ. n.* 19. 1. obſtat, *Quod noſtrum eſt, nobis non debetur. l.* 27. §. *argentum. l.* 34. *D. de aur. & arg. leg. ergò definitio anguſtior eſt ſuo definito.* 2. obſtat *l.* 27. §. *poßidere.*

1. *D.*

1. *D. de rei vindic. l. 7. §. 4. D. ad exhibend. ubi ſuſtinetur judicium , & actio inſtituta , antequam quid debeatur ; ergò non neceſſe eſt , ut ſit debitum.* 3. obſtat *l. 1. D. de popul. act. quâ populari actione perſequimur jus quod populo debetur.* 4. obſtat, *Qui habet actionem , intelligitur eſſe locupletior ; ergò & qui popularem habet. At falſum conſequens l. penult. D. eod. ergo, &c.* ℞. ad 1. Quod noſtrum eſt , reali actione nobis non debetur ; ſc. reſpectu dominii, concedo, *d. ll.* reſpectu poſſeſſionis, nego. Unde eâ poſſeſſio nobis debita rectè petitur. *l. 15. §. 1. D. de condict. indeb.* Deinde, vocula (*debendi*) accipitur bifariam, propriè, vel impropriè. Priori modo, vel ſtrictè, vel latè. Si ſtrictè, tunc ad actionem perſonalem pertinet tantum. Si latè, tunc etiam realem ſub ſe comprehendit. *l. 10. 11. l. 178. §. pen. D. de verb. ſignif.* Si verò impropriè , ſeu latiſſimè ; officium judicis nobile quoque appellabitur actio. *d. l. 178. §. ult.* ℞. ad 2. Semper debitum requiritur, idque vel tempore judicii inchoandi , vel inchoati. At in caſibus *d. ll.* tempore litis conteſtatæ , ſive judicii inchoati omninò erat debitum. ℞. ad 3. Id verum eſt, ita tamen, ut actione à privato propoſitâ petatur id, quod agenti debetur. Ratio, quia litis conteſtatione actor incipit eſſe creditor. *l. 12. D. de verb. ſign.* ℞. ad 4. Negatur minor, quà ſc. ſpectatur tempus litis jam conteſtatæ , uti dictum eſt.

Q. 5. An omnium actionum ſumma diviſio rectè in duo genera deducatur, ut ſint vel in rem, vel in perſonam?

℟. AFfirmo. §. 1. *Inſt. de action.* Ratio, quia ſecundum hanc diviſionem omne jus actionum abſolvitur. Vid. Coraſ. *in d.* §. 1. *n.* 1. & 3. Donell. *ibid. n.* 3. & 6. Harprecht. *ad d.* §. *n.* 2. & *n.* 6. 1. obſtat §. *quædam.* 20. *Inſt. eod. ubi de mixtis actionibus agitur. Cujuſmodi ſunt actio familiæ erciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum.* 2. obſtat, *Sunt & actiones in rem ſcriptæ. Quales ſunt, actio quod metus cauſâ. l.* 9. §. *ult. D. de eo quod met. cauſ. actio ad exhibendum. l.* 3. §. *eſt autem perſonalis.* 3. *junct. Gloſſ. ibid. D. ad exhib.* 3. obſtat, *Sunt & actiones præjudiciales.* §. 13. *Inſt. de action.* ℟. ad 1. Illæ actiones ex naturâ ſuâ ſunt in rem: Continent enim id quod cujuſque ſuum eſt. Sic actione familiæ erciſc. vindicat actor portionem ſuam hereditariam: communi dividundo partem ſuam rei communis: Finium regundorum fines ſuos. At ex accidenti, propter perſonales ſc. præſtationes (putâ fructus, reditus, expenſas) ſuo modo etiam in perſonam dicuntur. ℟. ad 2. Illæ reverâ ſunt perſonales. §. *præterea. Inſt. de action.* oriuntur enim ex contractu vel quaſi: delicto vel quaſi. Et in rem ſcriptæ dicuntur, eò quod contra quemcunque poſſeſſorem vel detentorem competant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

petant. Sic actio quod metus cauſa dicitur in rem ſcripta; non quod realis ſit, ſed quod in certam perſonam, puta qui metum intulit, non detur, ſed etiam adverſus eum, ad quem res per vim & metum extorta pervenit. Ita & actio ad exhibendum, quæ ex quaſidelicto oritur, eſt perſonalis: At quia contra quemcunque poſſeſſorem generaliter conceſſa eſt, dicitur in rem ſcripta. ℟. ad 3. Illæ perſonalibus adnumerandæ ſunt, ut poſteà dicemus.

Q. 6. An materia rei vindicationis, ſit res ſingularis corporalis?

℟. AFfirmo. *l.* 1. *in princ.* & §. 1. *D. de rei vindic.* 1. obſtat, *Quod rerum ſingularium nomine etiam dentur aliæ actiones. d. l.* 1. §. 2. & §. 2. *Inſt. de action* 2. obſtat, *Grex non eſt res ſingularis. l.* 56. *D. eod. At grex vindicari poteſt. d. l.* 1. §. *ult.* ℟. ad 1. Rei vindicatio bifariam conſideratur: vel generaliter, vel ſpecialiter. Si generaliter, tunc ſub ſe omnes in rem actiones comprehendit. §. 15. *d. tit. Inſt.* At ſpecialiter ad ſolas res corporales pertinet. *d.* §. 1. ℟. ad 2. Negatur major. Non enim *res ſingularis* hîc opponitur *Generi*, ſeu *alicui Univerſo*, ſed univerſitati patrimonii. Qualis eſt hereditas, peculium. At grex, ratione corporum ſive capitum ex quibus conſtat, non univerſitas juris eſt, ſed genus, ſeu aliquid univerſum tantum. Cum vel in hereditate aliquâ grex ipſe eſſe poſſit. Vel eſt corpus, ſeu totum quod-

dam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

dam integrale, quod ex diſtantibus, ſicuti domus ex cohærentibus partibus conſtat.

Q. 7. *An pecunia ex re meâ redacta rectè vindicetur?*

R. PErnego. Sed condicitur tantum. *l.* 13. *D. de reb. cred.* Fund. Quia non eſt mea. Nec enim propriè ex re eſt, ſed propter negotiationem percipitur. *l. venditor.* 21. *D. de hered. vel act. vend.* At in vindicatione ſingulari res tantum conſiderantur, non actiones; & ſic nec æſtimationes, aut pretia rerum. Obſtat, *Atqui pecunia ex re hereditariâ redacta eſt quodammodò hereditaria, & in petitionem hereditatis venit. l. ſi ei rem.* 22. *D. de hered. petit.* R. Rectè. Cum enim petitione hereditatis is tantum teneatur, qui pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet, iſque tanquam heres agere præſumatur, idcirco & is ſolâ hâc actione convenitur. Vid. Accurſ. *in l. pen. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript.*

Q. 8. *An is, cujus pecunia aliquis ſuo nomine rem emit, intentare poſſit rei vindicationem?*

R. NEgantium ſententia in jure fundatur. *l.* 6. *C. de rei vindic. arg. l.* 8. *C. eod. l.* 12. *C. de jur. dot. l.* 7. *D. qui potior. l.* 1. *C. ſi quis alt. vel ſibi ſub alter. nom.* Ratio 1. Quia traditionibus & uſucapionibus

nibus rerum dominia acquiruntur. *l. 20. C. de pact.* 2. Quod ſine poſſeſſione dominium habêri non poſſit. *l. 1. §. 1. D. de acq. poſſeſſ.* niſi fortè cauſa privilegiata, qualis eſt legati, hereditatis, vel ſimilis, ſubſit. 3. Quod res ex nummis pignori datis comparatæ, non ſint pignoratæ. *l. 7. §. ult. D. qui pot. in pign.* 1. obſtat, *Pretium eſt loco rei. arg. l. 14. D. de verb. ſignif.* 2. obſtat *d. l. 8.* 3. obſtat, *Mulier res dotali pecuniâ comparatas vindicare poteſt. l. 54. D. de jur. dot. l. 26. D. eod.* 4. obſtat, *Atqui pupillus vindicat rem à tutore (licet non pupilli nomine) pupillari pecuniâ emtam. l. 2. D. quand. ex fact. tut.* ℟. ad 1. Scil. ut preſtetur, cum res non præſtatur. At res emta in locum pecuniæ non ſuccedit, ut æſtimatio in locum rei. Ratio, quia non ut æſtimatio data eſt. ℟. ad 2. Ibi cum id ſpeciali privilegio militi tributo ita receptum eſt, in aliis extra cauſam privilegiatam non procedit. ℟. ad 3. Mulieri ex privilegio non directa (cum illæ res propriè dotales non ſint) ſed cum maritus non eſt ſolvendo, utilis duntaxat in rem vindicatio datur. ℟. ad 4. Etiam pupillo utilis duntaxat vindicatio datur. Directò enim dominium pupillo non datur, ſed pignus tantum. *d. l. 7. in princ.* At pignus in re propriâ non conſiſtit. Vid. Cujac. 5. *obſ.* 30. Giphan. *in l. 12. C. qui potior.* Gædd. *in l. 24. D. de verb. ſignif.* Neoſtad. *deciſ. Cur. Holl.* 19.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 9. An rei vindicatione conveniri poſſit, qui ante litem conteſtatam dolo malo poſſidere deſiit?

℟. AFfirmo. *l.* 27. *§.* 3. *l.* 36. *D. de rei vindic.* Ratio, quia dolus pro poſſeſſione habetur. *l.* 131. *D. de Reg. Iur.* Diſſent. Jaſon *in §.* 1. *Inſt. de act. n.* 78. Mynſ. *ibid. n.* 23. 1. obſtat, *Atqui tenetur extraordinariâ actione in factum (ex edicto ſc. de alienatione judicii mutandi cauſâ factâ) in id quod intereſt. l. unic. C. de alien. judic. mut. cauſ. ergò rei vindicatio (actio ſc. ordinaria) non habet locum.* 2. obſtat, *Atqui impoßibile eſt, ut reus reſtituat rem, quam non poßidet.* ℟. ad 1. *d. l. unic.* eo caſu procedit, quo dolo id actum eſt, ut durior adverſarius vindicanti objiceretur. *l.* 1. *D. eod.* At ſecus eſt, ſi dolus ſimpliciter intervenerit. ℟. ad 2. Cum reus malitiæ ſuæ imputare debet, quod rem reſtituere non poſſit, hinc, quanti actor in litem juraverit, etiam condemnatur. At notandum, hoc caſu *doli* nomen, propriè, prout à latâ culpa diſtinguitur, eſſe accipiendum. Nec obſtat 1. *Quod lata culpa dolo comparetur. l.* 226. *D. de verb. ſignif.* 2. obſtat *d. l.* 36. *§.* 1. ℟. ad 1. Id in contractibus obtinet, cum ſc. de damno reſarciendo tractatur. ℟. ad 2. Ibi poſt litiſc. poſſeſſor fraudulenter amiſit poſſeſſionem. Vid. *l.* 63. *D. eod.* in qua mentio judicis injicitur. *Quid ſi poſt litem conteſtatam caſu fortuito res perierit?* ℟. Cum fatum à poſſeſſore non præſtatur. *l.* 40. *D. de petit. hered.*

l. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

l. 9. C. de pign. act. res dici nequit periculo poſſeſſoris extincta: niſi res eodem modo apud actorem non periiſſet. *l. 15. §. fin. D. eod.* Verum, licet res ipſa non ſit hoc caſu præſtanda, cauſa tamen & utilitas percepta præſtari debet. *l. 16. D. eod.*

Q. 10. *An detur rei vindicatio etiam adverſus nudum detentorem?*

℞. OMninò. Unde commodatarius, depoſitarius, conductor, qui eſt in poſſeſſione, rectè hâc actione convenitur. *l. 9. D. de rei vindic.* Nec non ſequeſter. *l. 39. D. de acq. poſſeſſ.* Verum eatenus id procedit, ut ab iis qui conveniuntur nominentur veri poſſeſſores, ut hâc ratione ipſis fieri poſſit denunciatio, & obtineri effectus *l. 2. C. ubi in rem act.* 1. obſtat, *At qui in poſſeßione ſunt, non poßident. §. 5. Inſt. de interdict.* 2. obſtat, *Atqui facultatem reſtituendi non habent. §. 1. Inſt. de act.* 3. obſtat, *Sequeſter verè poßidet. l. 17. §. 1. D. depoſ.* ℞. ad 1. In hac cauſâ, nego. *d. l. 9.* ℞. ad 2. Quâ ſc. ipſum corpus detinent, nego. ℞. ad 3: Diſting. Sibi, nego. Victori, concedo. Non enim niſi temporale & tranſitorium jus poſſidendi ſequeſter habet, at vera poſſeſſio penes victorem conſiſtit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An poſſeſſor cogatur exprimere titulum ſuæ poſſeſſionis?*

℟. MInimè. Sufficit enim poſſeſſori ſua poſſeſſio. *l. 73. D. de rei vindic. l. 4. C. de edend. §. retinendæ. 4. Inſt. de interdict.* Unde qui falſum titulum edidit, poſſeſſione non privatur. *l. 11. C. de petit. hered.* 1. obſtat *l. fin. D. de rei vindic.* 2. obſtat *d. l. 11. ubi poſſeſſor hereditatis dicere compellitur, utrum pro poſſeſſore, an pro herede poßideat.* ℟. ad 1. Ibi tractatur de poſſeſſore mendace, qui poſſeſſionem eſt mentitus. adde Novell. 18. *c.* 10. At qui titulum negat, æque tenetur, cum qui poſſeſſionem inficiatur, hâc actione pulſari nequit. ℟. ad 2. A ſeparatis firma non eſt conſequentia. Alia enim ratio in ſpeciali in rem actione dominatur, quam in petitione hereditatis. In illâ agitur cum poſſeſſore, quocunque etiam titulo poſſideat: unde titulum poſſeſſionis noſſe, ad hanc actionem rectè inſtituendam, actoris nihil intereſt: Actor enim aut dominium probat, aut non: Si probat, rem evincet; ſin minus, poſſeſſio ſuo loco manebit. *d. §. 4.* At in hac, cum, niſi adverſus eum qui pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet, non competat, neceſſe eſt, ut petitor titulum norit, quò rectè poſſit experiri. Vid. Donell. 19. *comment.* 12. Hoc loco opportunè quæritur; *An ex poſſeßione præſumatur dominium?* Affirm. Quia ex poſſeſſione mediante ſc. traditione ex juſtâ cauſâ, vel uſucapione, rerum dominia cæperunt. *l. 1. §. 1. D*

de ac-

de acquir. poſſeſſ. junct. l. 20. in princ. & §. 1. D. de acquir. rer. domin. Nec obſtat *l. 12. §. 1. D. de acquir. poſſeſſ. quâ poſſeſſio penitus diverſa à proprietate narratur.* Quia id procedit 1. cum unum ad alterum oppoſitivè in abſtracto ſpectatur. 2. cum actiones pro utraque ſpecie diverſæ conſiderantur. Ob poſſeſſionem enim *interdicta*, at ob dominium *vindicationes* accommodantur. At nos præſumptivè de effectu & conſequentiâ poſſeſſionis diſputamus.

Q. 12. An unus ille caſus, quo qui poſſidet, actoris partes obtinet. §. æque. 2. Inſt. de action. in fin. extet in l. officium. 9. D. de rei vindic.?

R. FRuſtrà ſunt omnes, qui unum hunc caſum aut adhuc quærunt, aut ſe inveniſſe putant. Nec veriſimile videtur, Imperatorem ad quærendum unum caſum lectorem ablegare voluiſſe ad latiſſima volumina Pandectarum. Clariſſ. Vinn. *ad d. §. n. 9.* Unde cum Donell. Weſenb. Vinn. ibid. legendum puto (*ſanè non uno caſu, &c.*) veluti in probandis exceptionibus, aut ſi poſſeſſor fiducia cauſæ ſuæ ultrò onus probandi in ſe ſuſceperit. *l. 14. 19. D. l. actori. C. de probat.* Vid. *l. pen. & ult. D. de public. in rem act.* 1. obſtat, *Caſus ille unus extare videtur in l. officium. 9. D. de rei vindic.* Lud. Charond. *2. veriſimil.* 2. Tim. Fab. *diſput. 27. ad Inſt. theſ.* 4. adde Joh. Robbert. 1. *recept. lect.* 18. 2. obſtat, *Quod in*

d. §.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

d. §. æquè. quæratur, an qui poſsidet, agat. Wiſſenb. *part.* 1. *diſput. in Pand.* 18. *theſ.* 29. *Ergò malè exceptio accipitur de probatione. Quia illam de regula eſſe oportet.* ℟. ad 1. In caſu *d. l.* 9. non commodator (poſſeſſor rei commodatæ *l.* 8. *D. commod.*) ſed ipſe dominus, qui rei poſſeſſionem amiſit, contra commodatarium rei vindicatione agit. ℟. ad 2. Negatur antecedens. Non enim dicit Imperator, poſſeſſorem rei corporalis aliquo caſu agere, ſed partes actoris obtinere, i. e. onus probandi ſuſtinere.

Q. 13. *An actor in publicianâ actione per mendacium, ſaltem officioſum, quid obtineat?*

℟. MInimè. 1. Quia ubique mendacia in jure execrantur. 2. Quia cauſa & ratio hujus actionis inſtituendæ præcipua hæc eſt: cum enim actori, bonâ fide, ex juſto dominii acquirendi titulo, res tradita ſit, æquius videbatur, ut is rem potius haberet, quam poſſeſſor, qui nihil juris in re habet. *l.* 3. 13. *&* *l. ult. D. de public. in rem action.* Obſtat §. 3. *Inſt. de action. ubi actor juvatur, non ſi verum, ſed ſi mendacium dixerit.* ℟. Id falſum eſt. Non enim ibi formaliter dicitur, quod actor uſuceperit, ſed ob bonam fidem, juſtam cauſam, & traditionem, uſucapio non attendatur, verbaque ſic interpretanda ſint, ut actor effectu idem obtineat, ac ſi jam ante dominium rei acquiſiviſſet. Deinde cum hæc

ficti-

fictio non ex ingenii, vel cordis pravitate, ſed propter ſalutem Reipub. ac proximi utilitatem ſuſcipiatur, mendacium haud magis dici poterit, quam commentum Nathanis, quo Davidem ad peccati agnitionem deduxit. 2. *Samuel.* 12. aut inventum Samuelis, quo ille uncturus Davidem, ne Saul reſciſceret, ſe ſacrificandi gratiâ alibi concedere, ſimulavit. 1. *Samuel.* 16. Aut revelatio Jonathæ, non verum, ſed falſum locum, ubi David non erat, parenti ſuo de Davide quærenti nominantis. 1. *Reg.* 20. *verſ.* 28, 29.

Q. 14. An vero rei domino, qui poſſeſſione ejus excidit, detur actio Publiciana?

℟. AFfirmo. Cum non ſunt actiones contrariæ, quin Publiciana in eodem libello cum rei vindicatione in ſubſidium conjungi poſſit, & præſtet, nullus dubito. Poteſt enim actor agere, ut declaretur dominus; vel quaſi, ſc. in ſubſidium, ſi directò dominium probare non poſſit. Atque & id uſu fori receptum eſt. Vid. Weſenbec. *in par. D. de rei vindic. n.* 6. Gail. 1. *obſerv.* 62. Oldend. *claſſ.* 3. *act.* 3. *in affinib. remed.* 1. obſtat, *Dominus tantum habet vindicationem.* §. 1. *Inſt. de action.* 2. obſtat, *Dominus non deſiderat hanc actionem honorariam. l.* 1. §. 1. *D. de public. in rem act.* 3. obſtat, *Qui dominium non habet, is demum uti poteſt Publicianâ. l.* 18. *D. de pignor.* ℟. ad 1. Sc. in abſtracto, directo, & formaliter:

At

At Publicianam, cumulativè, in ſubſidium, & per conſequentiam habet. ℟. ad 2. Rectè, nec etiam domino neceſſaria eſt: At ad majorem cautelam, ſi velit eâ etiam utiliter experiri; illam adjicere non prohibetur. ℟. ad 3. Vid. quid ad 1. & 2. jam reſponſum eſt.

Q. 15. *An actio Pauliana ſit in rem, an verò in perſonam?*

℟. PRius affirmant DD. communiter. *ad* §. 6. *Inſt. de act.* ſiquidem ſc. debitor, poſtquam creditores poſſidêre cæperint, quid alienaverit. *d.* §. 6. *junct.* §. 3. *Inſt. eod.* accedit, quod ignorans fraudem, ſi ex titulo lucrativo quid accepit, ad reſtituendum rectè conveniatur. *l.* 6. §. 11. *D. de his qu. in fraud. credit.* Diſſent. Donell. *ad d.* §. 6. 1. obſtat, *Quod ſit in perſonam. l. videamus.* 2. §. *in Fabianâ. D. de uſucap.* 2. obſtat, *Quod non detur in poſſeſſorem, qui ex cauſâ oneroſa poßidet, aut in quo fraudis non eſt participatio & conſcientia. l.* 1. *l. is qui à debitore.* 9. *D. de his qu. in fraud credit.* 3. obſtat, *Quod detur in eum qui fraudem fecit. l.* 6. §. 8. *D. eod.* 4. obſtat, *Quod detur in heredes, licet non poßideant. l. ait Prætor.* 10. §. *ult. D. eod. quod diverſum eſt in actione in rem. l.* 2. *D. de rei vindic.* ℟. Ut uno ictu in contrarium adducta profligemus, dicendum eſt; hanc actionem eſſe perſonalem, ſi ante poſſeſſionem à creditoribus apprehenſam bona in fraudem illorum alienata ſint.

Q. 16. An & illis metuendum Edictum de his qu. in fraud. creditor. qui gnari debitorem non eſſe ſolvendo, antequam bona ſint poſſeſſa, ſuum recepêrunt?

℞. MInimè. Ratio, quia ſibi vigilarunt. *l.* 24. *in fin.* D. *d. tit.* At ſi bona poſſeſſa fuerint, tunc in portionem vocantur. *l.* 6. §. 7. *D. eod.* Et d. ſententia negativa locum habet, licet debitor non obtulerit, ſed ipſi invito pecunia extorta ſit. *d. l.* 24. *in fin.* Alii enim creditores (ait Ic.) ſuæ negligentiæ expenſum ferre debent. Obſtat, *Atqui nemo ex violentiâ ſuâ lucrum habet.* ℞. Verba *in d. l.* (*ſi invito extorſerim*) non coactionem violentam, ſed exactionem duriorem ſignificant. Cum ſc. quis quid ſolvit, quod, niſi ab aliquo rigidè exactum foret, non ſolviſſet. Inſt. *quod verba violentum exactorem denotent. arg. l.* 10. §. 16. *D. eod.* ℞. Ibi de eo debitore, qui fugit, & res creditoris ſecum tulit, tractatur.

Q. 17. An pignus ab hypothecâ tantum nominis ſono diſtinguatur?

℞. AFfirmo. *l.* 5. §. 1. *D. de pignor.* ſc. quoad actionem hypothecariam. Hæc enim ex utroque competit. §. 7. *Inſt. de action.* At eſſentialis differentia inter pignus & hypothecam in ſpecie acceptam eſt, quod

quod pignus tradatur ; hypotheca verò, ſine traditione, per nudam conventionem, vel per legem conſtituatur. *d. §. 7. l. 1. l. 9. §. 1. D. de pign. act.* Obſtat, *Pignus perficitur per contractum. §. ult. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. Ergò ex pignore non oritur actio realis. §. 1. d. t. Inſt.* ℞. Semper ex pignore datur actio hypothecaria, non quidem ex vi obligationis, ſed virtute Edicti, quod ſpecialiter & indiſtinctè omnem cauſam pignoris confirmavit: eâ ſc. ratione, ne creditores eluderentur per pignorum diſtractiones. Et cum pignoris nomen (ut jam dictum eſt) ſit generale, hinc etiam ſtatutum, quod de pignore agit, etiam ad hypothecam rectè extenditur: niſi ſpecialis ratio diverſitatis reddi poſſit. Neguzant. *de pignor. part. 1. in princ. n. 8. & ſeqq.*

Q. 18. *An expreſſa conventio requiratur, ut res coloni in fundum invecta, pignoris Jure, pro mercede fundi teneantur?*

℞. Affirmo. *l. 4. D. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah. junct. l. ult. C. eod.* Fund. Quia locatori ſatis cautum videtur fructibus, qui in fundo naſcuntur: at hi tacito pignori eſſe dicuntur. *d. l. 4.* Secus verò de illis eſt dicendum, quos conductor in fundum aliunde convexit. 1. obſtat *l. 4. §. 1. D. de pact.* 2. obſtat *l. 7. §. 1. D. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* 3. obſtat *l. 3. D. eod.*

D. eod. 4. obſtat *l. certi Iuris.* 5. *C. locat.* ℞. ad 1. *d. l.* de Urbanis prædiis agit: In quibus cum nulli fructus naſcuntur, in ea invectis & illatis locatori ſecuritatem polliceri placuit. Donell. *in tract. de pign. c.* 4. Forcat. 17. *dialog. n.* 4. ℞. ad 2. Senſus *d.* §. eſt, quoties de invectis & illatis in prædium ruſticum, quæ ſc. pignori ſunt, tractatur, ea non vidêri obligata, quæ eo animo duntaxat eò ſunt invecta, ut ibi ad tempus duntaxat manerent. ℞. ad 3. Horreum, cum ſc. domui junctum eſt pro ædificio Urbanis uſibus deſtinato accipitur. *tabernam. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Eſt itaque horreum ædificium, in quo merces ſervabantur, & pretioſiſſima fortunarum pars à Romanis reponebatur. *l.* 3. §. *effracturæ.* 2. *D. de offic. præfect. vigil.* Vid. Barnab. Briſſon. 4. *antiquit.* 118. ℞. ad 4. Verbum (*voluntatis*) *in d. l.* expreſſam conventionem ſignificat. Vid. *d. l.* 4. *& ult.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

VIGESIMA-QUARTA,

Ad §. 8. uſque ad §. 28. Tit. 6. Lib. 4. Inſtitut.

Q. 1. *An pecunia, quæ jure civili debetur, poſſit conſtitui?*

℟. JUS civile hoc loco biſariam conſideratur, vel prout Juri naturali & Prætorio opponitur; vel prout coincidit cum jure naturali, & Prætorio hactenus adverſatur, quod non ſit ex ſubſtantia Prætoris. Priori caſu, pecunia jure civili debita non poteſt conſtitui. Ratio, quia nulla ex eâ cauſâ oritur obligatio efficax. *l.* 3. *§.* 1. *D. de conſt. pec.* Nulla enim à Prætore exinde datur actio; vel contrà illud debitum exceptio perpetua competit. Poſteriori verò, poteſt. *per §.* 1. *Inſt. de oblig.*

Q. 2. *An per epiſtolam poſſit conſtitui?*

℟. AFfirmo. Ratio, quia conſtitutum eſt pactum nudum. *§.* 9. *Inſt. de action. junct. l.* 2. *D. de pact. l.* 24. *&* 26.

& 26. *D. de conſtit. pecun.* Vid. Epiſtol. ad Philemonem *verſ.* 18. ubi Paulus pro ſervo Oneſimo ſe per Epiſtolam ex conſtituto Philemoni obligavit. *Pecuniæ* nomine *in* §. 8. & 9. *d. tit. Inſt.* non tantum venit pecunia numerata, ſed quicquid in ſtipulatum deduci poteſt. *l.* 2. *in princ.* & §. 1. *C. de conſtit. pecun.* vocula (*pecunia*) latiſſimè ſumpta, comprehendit etiam omne id quod eſt in patrimonio. *l.* 178. & 222. *D. de verb. ſign.* Eſtque à *pecude* appellata. Sicut & olim pecudum imagine numiſmata ſignata fuêre. Hinc natum Proverbium (*βοῦς ἐπὶ γλώττης, bos in lingua*) & in eos uſurpabatur, quorum ſilentium pecuniâ redemptum foret.

Q. 3. *Cum ex conſtituto competat actio conſtitutoria.* §. 8. *Inſt. de action. an ex pacto geminato detur actio tanquam ex conſtituto?*

℞. NEquaquam. Niſi pacto iterato comprehendatur prius, & quis conſtituerit ſe ſoluturum ad quod ex pacto priori tenebatur. Non enim ideo ex conſtituto datur actio, quod pactum ſit geminatum, ſed quia conſtitutor agnoſcit debitum antecedens. *arg. l.* 1. §. *eum.* 4. *D. de conſtit. pecun.* Duaren. *ad d. tit. c.* 1. Bachov. *tract. de action. diſput.* 8. *theſ.* 3. Diſſent. Coſtal. *in d. l.* 1. Schneidw. *ad* §. 8. 9. *Inſt. de action. num.* 18. Obſtat, *Fides eſt ſervanda. l.* 1. *l.* 18. §. 1. *D. de conſtitut. pecun.* ℞. Conce-

do: at eo ſc. modo, quo lex eam ſervandam eſſe decrevit.

Q. 4. *An ſi nihil ſit in peculio, æquè patris latitantis bona poßint poßideri, & venire?*

R. ULpianus affirmat *in l. 7. §. 15. D. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* Negat Papinianus *in l. eo tempore. 50. D. de pecul.* expreſſam antinomiam inter *d. ll.* agnoſcit D. Wiſſenb. *part.* 1. *diſput. in Pandect. theſ.* 15. verum conciliatio eſt aperta: Si *d. §.* 15. intelligatur de eo caſu, quo certò non conſtat, nil eſſe, nec eſſe poſſe in peculio. d. verò *l.* 50. de eo caſu, quo probatio in contrarium manifeſta eſt & indubitata. Alii aliter. Vid. Cujac. *comm. lib.* 9. *quæſt. Papin. in explic. d. l.* 50. Pac. 4. *antin.* 63. Bachov. *ad Treutl.* 2. *diſp.* 24. *theſ.* 3. *lit. a.*

Q. 5. *Quid propriè ſit juramentum?*

R. CUm Caſuiſtis; *Religioſa & neceſſaria rei dubiæ confirmatio, quâ Deus teſtis veritatis, & fallentium vindex invocatur.* Dicitur *confirmatio*; ut diſtinguatur à voto, & nudâ aſſertione. *Religioſa*; quia eſt pars cultus divini, & differt à civili & domeſticâ obteſtatione, quâ quis in civili vitâ res ſibi charas, quaſi pignora, ad ſtabiliendam fidem interponit. Sic Joſephus in Ægypto per *ſalutem Pha-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Pharaonis juravit. Gen. 42. verſ. 15. Sic Moſes obteſtatus eſt populum per cælum & terram. Deut. 30. verſ. 19. Et Paulus per gloriam Corinthiorum juravit. 1. Corinth. 15. verſ. 31. additur *neceſſaria*; ut opponatur temeritati jurantium. Non enim jurandum, niſi publicâ id exigente neceſſitate. Abſit ergò impietas, & (quantum fieri poteſt) à privatorum negotiis exulet jurisjurandi religio. At perfaciles (proh dolor!) nonnulli deprehenduntur ad jurandum contemptu Dei & religionis. *l. 8. in princ. D. de condic. Inſt. Hinc evenit* (ut alibi Imperator) *ut ſæpè tot perjuria vel fraudes exiſtant, quot juramenta.* At iis, quibus ad jurandum tam prona libido, continuò ante oculos verſetur aureum iſtud Tibulli *eleg. 9. lib. 1.*

Ah miſer! & ſi quis primo perjuria celat,
Sera tamen tacitis pæna venit pedibus.

& illud Claud. *in Curetium.*

In prolem dilata ruunt perjuria patris,
Et pænam meritò filius ore luit.
Et quas fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua refudit opes.

Dein, *Rei dubiæ*; quia quæ certa ſunt, juramento ſtabiliri non debent. Poſtremò, *Deus teſtis veritatis invocatur, & fallentium vindex.* 1. Quia diſtat juramentum à nudâ promiſſione, aſſeveratione, & obteſtatione. 2 Hiſce docetur, niſi teſtes in terrâ deficiant, teſtem è cælo petendum non eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 6. *An jurare ſit permiſſum?*

℞. AFfirmo. *Exod.* 22. *verſ.* 11. *Deut.* 6. *verſ.* 13. *Pſalm.* 15. *verſ.* 4. Hinc Auguſtino *Epiſtol.* 154. *non jurare, ſed pejerare, peccatum eſt.* 1 Quia juramentum eſt pars cultus divini, quo nomen Dei, qui omnipræſens, omniſcius, omnipotens extollitur, & ille καρδιογνώστης (ut tanquam teſtis de re teſtetur, & ut Judex fallentes puniat) invocatur. 2. Quia Deus ipſe per ſemetipſum juravit. *Num.* 14. *verſ.* 21. *Pſalm.* 89. *verſ.* 36. *Ierem.* 51. *verſ.* 14. *Iunct. ad Hebr. cap.* 6. *verſ.* 13. 3. Quia Chriſtus juravit. *Marc.* 3. *verſ.* 28. 4. Et Angeli. *Apocal.* 10. *verſ.* 5, 6. 5. Et Patriarchæ & Apoſtoli, & ab aliis juramenta exegêrunt. *Gen.* 14. *verſ.* 22. & 21. *verſ.* 23. *Iunct. Rom.* 1. *verſ.* 9. 2. *Corinth.* 1. *verſ.* 23. 6. Quia juramentum inſervit utilitati tam noſtræ, quam alienæ. *Noſtræ*, quia plus fidei habetur juranti, quam ſimpliciter aſſerenti. *Alienæ*, quia innocentes juramento à periculis ſæpè liberantur. Unde juramentum *emplaſtrum æris alieni* à Laberio apud Gell. 16. *noct. Attic. c.* 7. *in fin.* vocatur. *Et maximum litium expediendarum remedium in l.* 1. *D. de jurejur. Extremum refugium in Novell.* 72. *Et omnis controverſiæ finis. ad Hebr. cap.* 6. *verſ.* 16. Diſſentiunt veteres Hæretici, *Eſſeni*, *Baſilidiani*, *Pelagiani*, *Samoſateniani*, *Anabaptiſtæ*, aliique iſtius farinæ ſodales. 1. obſtat *Matth.* 5. *verſ.* 24. *in verbis* (*ne jurate omninò.*) 2. obſtat *Iacob.* 5. *verſ.* 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

verſ. 12. *in verbis* (*ne jurate, neque per cælum, neque per terram, neque aliud ullum juramentum præſtate: ſit veſtrum, eſt, eſt: & non, non*) 3. obſtat d. *Matth. cap.* 5. *verſ.* 37. *Eſto ſermo veſter, etiam, etiam: non, non: quod autem ſuprà hæc redundat, à malo eſt.* ℟. ad 1. Committitur fallacia à dicto ſecundùm quid, ad dictum ſimpliciter. Non enim ibi omnia juramenta, ſed temeraria duntaxat & illicita Chriſtus reprehendit. Res enim ei erat cum Phariſæis, qui licitum eſſe docebant, in familiari etiam colloquio, quâcunque de re, in quocunque caſu jurare, etiamſi eo nec gloria Dei, nec utilitas proximi promoveretur: pacta verò ſimpliciter inita violare, extrà crimen eſſe. Exiſtimabant enim, Deum perjurii ſaltem vindicem eſſe, quod committitur ab iis, qui non tantum per Deum, ſed & per Cælum, per Templum, per Terram, vel per alias id genus creaturas jurabant. Hiſce opponit Chriſtus (*omninò non juretis*) ſc. per Cælum, &c. & abſque gravi cauſâ, & ſine neceſſitate. ℟. ad 2. Cum verba Jacobi à verbis Domini derivata ſint; eodem quoque ſenſu accipi debent, quo verba Domini. Uti jam dictum eſt. ℟. ad 3. Non ibi Dominus juramentorum uſum tollit, ſed contrà verſipelles præcipit, ut in conſuetudine & praxi ordinariâ, ſermo noſter ſit ſimplex, candidus, & apertus. Sic per verba (*quod ſuprâ hæc redundat, à malo eſt*) non docuit, uſum juramentorum, ex neceſſitate, in gravibus cauſis eſſe damnandum: Sed τὸ περιττὸν, quod à malo eſt, tantum in juramentis levibus & temerariis locum habere. Qui igitur ex nimiâ animi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

levitate & incogitantiâ ad jurandum proſilit, non expendens periculum cui ſe exponit, cordi imprimat illud Auguſtini *Serm.* 28. *de verb. Apoſtol. Falſa juratio exitioſa eſt; vera juratio periculoſa eſt; nulla juratio ſecura eſt.*

Q. 7. *An licitum ſit, per Deum & ſanctos, aut alias creaturas jurare?*

℟. IMpium hoc, ſuperſtitioſum, & Idololatricum eſt. 1. Quia ſolus Deus ut invocandus, ita in ipſius ſolius nomine jurandum eſt. *Deut.* 6. *verſ.* 13. & 10. *verſ.* 20. *Ierem.* 5. *verſ.* 7. *filii tui (inquit Iehova) dereliquerunt me, & jurant in his, qui non ſunt Dii.* & *Tzephan.* 1. *verſ.* 5. *exſcindam eos, qui incurvantes ſe jurant per Iehovam, & jurant per Melecum ſuum.* 2. Quia Chriſtus ſimpliciter & in genere reprehendit juramenta, quæ per creaturas fiunt. *Matth.* 5. *verſ.* 34. 3. *per c. etſi Chriſtus.* 26. *X. de jurejur. nuſquam dominus* (inquit Papa Innocentius III. ex Hieronymo) *per creatorem, ſed per creaturam jurare prohibuit: ne per hujuſmodi juramentum transferretur ad creaturam honorificentia Creatoris.* 1. obſtat, *Formula jurisjurandi in Novell.* 9. *in princ.* 2. obſtat *diſt.* 63. *c. tibi* 33. *ubi Rex Otho Ioanni Papæ jurat per Patrem, Filium, & Sp. Sanctum, & per lignum vivificæ crucis, per Sanctorum reliquias, &c.* 3. obſtat, *Per Evangelium non ſemper litera, ſed aliquando verbum hypoſtaticum,*

i.e. filius Dei, intelligatur; ergò fas eſt, hoc ſenſu jurare per Deum & Evangelium. 4. obſtat, *Sancti habent ſuam ſanctitatem à Deo; ergò propter Deum ſunt invocandi, vel per eos jurandum.* 5. obſtat, *Iuramentum Ioſephi per ſalutem Pharaonis: Moſis per Cælum & Terram. Vid. quæſt. 5. & Eliſæi jurantis per Dominum & per animam Eliæ. 2. Reg. 2. verſ. 4. ergò & vero Deo in juramentis creaturas adjungere licet.* ℞. ad 1. & 2. Hæc juramenta, quia præcepto Dei ſunt contraria, impia ſunt & damnanda. ℞. ad 3. Negatur conſeq. Tamen ob ſcandalum ab eo prorſus abſtinendum eſt, quandò nimirum juramentum ab illis nobis defertur, quos verbum (*Evangelium*) aliter interpretari haud ignoramus. ℞. ad 4. Infirma hæc Papicolarum illatio eſt. Nonne per *Hieroſolymam*, quæ civitas ſancta appellatur *Matth. 27. verſ. 53.* Chriſtus jurandum eſſe expreſſè negavit. *Matth. 5. verſ. 35.*? ℞. ad 5. Illæ formulæ non ſunt juramenta, ſed ſeriæ duntaxat obteſtationes, & aſſertiones, ad majorem fidem factæ. Cujuſmodi ſunt, cum in communi vitâ, per fidem, per exiſtimationem, per vitam, per animam noſtram aliquid affirmamus. At nulla hiſce caſibus adeſt injuria Creatoris, cum nulla invocatio, nulla vindictæ poſtulatio (ſi fallamus) ſit adhibita.

Q. 8. An ergò juramentum per falſum Deum, aut à ſuperſtitioſo per creaturas de re licitâ conceptum, obliget jurantem in conſcientiâ?

℟. Affirmo. Non enim forma juramenti, ſed animus, & intentio jurantis attendenda eſt. Licet enim id, per quod juratur, non ſit verus Deus, dubitandum tamen non eſt, quin in opinione jurantis numen aliquod habeat. *l. qui per.* 33. *D. de Iurejur.* Unde Abrahamus admiſit juramentum Abimelechi jurantis per falſos Deos. *Gen.* 21. *verſ.* 31. Et Jacobus juramentum Labani, quo vero Deo admiſcuit Deos Gentilium. *Gen.* 31. *verſ.* 53. Sic & Romanus Imperator fœdus confirmans cum Turcâ illum jurantem admittit per *Mahometem.* Et præpotentes Confœderatarum Provinciarum Ordines, Pontificios per ſanctos & ſancta Euangelica jurantes audiunt. Obſtat, *Iuramentum per nomen Deorum externorum præſtitum non valet. Exod.* 23. *verſ.* 13. *Ratio, quia per verum Deum duntaxat jurandum eſt.* ℟. Licet formaliter & ſuo genere tale juram. vitioſum ſit, ad ſervandum tamen id, quod quis per falſum ſuum Deum juravit, jurans obſtringitur. Sæpè enim contingit, ut, quod illicitum eſt, ut fiat, tamen ſit obligatorium, poſtquam factum eſt. Sic ex. gr. matrimonia cum infidelibus non ſunt contrahenda, quæ tamen, ſi de facto contracta ſint obligant. Sic contra Gloſſam

Pha-

Phariſæorum, docente Chriſto, jusjurandum æque violat & committit perjurium, qui facit contra jusjurandum per cælum & terram præſtitum, ac is, qui juravit per omnipotentem Deum. At ex ſententiâ Auguſtini *Epiſtol.* 154. qui per falſos Deos jurat, & fidem non ſervat, bis peccat; primum, quia falſum Deum invocavit. Deinde, quia fidem non ſervavit. *Nec is, qui utitur fide illius, qui ita juravit, peccato ejus ſe ſociat, qui per dæmonia juravit; ſed bona pacto ejus, qui fidem ſervavit.* Auguſtini *d. loc.*

Q. 9. An accuſator, ſi in probatione deficiat, accuſato ad abſolutionem deferre poſſit juramentum?

℟. MInimè. 1. Quia omnis occaſio delinquendi & perjurii committendi amputanda eſt. *l.* 27. *§.* 3. *D. de pact. l.* 5. *D. de pact. dotal. c. qui exigit.* 22. *q.* 2. At hoc caſu ſubeſt metus perjurii. 2. Quia in publicis & criminalibus accuſator publicam cauſam agit. *l.* 1. *D. de popul. act. tot. tit. D. de publ. judic.* Qui verò alieno nomine agit, citrà ſpeciale mandatum juramentum deferre non poteſt. *l. jusjurandum.* 17. *§. ult. l. tutor.* 35. *D. de jurejur.* 3. Quia actor, ſine abolitione, impunè ab accuſatione deſiſtere non poteſt. Duaren. *ad tit. de jurejur. n.* 9. *DD. in l.* 3. *D. eod.* 1. obſtat *l.* 30. *§.* 3. *in popularibus. D. eod.* 2. obſtat, *Pronior eſſe debet judex ad liberandum, quam ad condemnandum. l. Arrianus.* 47. *D. de*

oblig. & action. 3. obſtat, *Satius eſt, nocentem abſolvere, quam innocentem damnare. l. 5. D. de pæn.* 4. obſtat *l. furti. 6. §. 4. D. de his qui not. infam. ubi innocentia rei jurejurando approbatur.* ℟. ad 1. Quod populares actiones non ſint criminales, ſed civiles & pecuniariæ. ℟. ad 2. Hoc ſic retorqueri poteſt; Ergo judex plus favere debet liberationi animæ, quam corporis. At pejerando, corpus tantum pænæ temporali eximitur, anima verò in æternos cruciatus conjicitur. ℟. ad 3. Reus pejerando non modò non abſolvitur & liberatur, ſed per morſus læſæ conſcientiæ arctius etiam conſtringitur, & quodammodò condemnatur. ℟. ad 4 Id de judicio civili, non criminali, intelligendum eſt.

Q. 10. *An non accuſatus ad ſui condemnationem poſſit accuſatori deferre juramentum?*

℟. NEquaquam. ſc. in cauſa criminali criminaliter intentatâ. *arg. l. ait Prætor. 3. §. 1. verſic. ſive pænalis ſit. D. de jurejur.* 1. Quia, ut quis condemnetur, requiruntur probationes luce meridianâ clariores. *l. ult. C. de probat.* 2. Cum nemo ſit dominus ſuorum membrorum, nemo ſeipſum quoque ad pænam & condemnationem offerre poteſt. *l. 13. D. ad l. Aquil.* Guilh. de Cuneo *in d. l. ait Prætor.* Salycet. *eod. n. 3. & ſeq.* Beuſt. *ad d. l. n. 58.* Diſſent. Jaſon. *in d. l. n. 24.* Coler. *part. 1. deciſ. 122. n. 15,* Obſtat *l. qui juraſſe.*
26. *ſub*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

26. *ſub fin. D. de jurej. ubi reus, ſi actor juravit, videtur confitêri.* ℞. Rectè (*videtur*) quia adminiculum potius eſt confeſſionis, quam vera & propriè dicta confeſſio, qualis in criminalibus deſideratur.

Q. II. *An actor, qui nihil probavit reo deferre poſſit juramentum?*

℞. AFfirmo. *l. tutor.* 35. *D. de jurejur. l. fin. C. de fideicomm. c.* 2. *X. de probat.* Fund. 1. Quia ſolum requiritur, ut, qui jusjurandum defert, de calumnia juret. *l.* 34. §. 4. *D. de jurejur.* 2. Quia intereſt Reipubl. lites finiri. 3. Quia is, cui defertur, judex in cauſâ propriâ conſtituitur. *l.* 1. *D. quar. rer. act.* 4. Quia referri poteſt. *l.* 38. *D. de jurejur.* Cujac. 22. *obſerv.* 28. Duaren. *ad tit. de jurejur. c.* 33. Schneidw. *ad* §. 11. *Inſt. de act. n.* 21. 1. obſtat *l.* 4. *C. de edend.* 2. obſtat, *Is, cui delatum eſt juramentum, poteſt illud recuſare. l. generaliter.* §. *ſin autem.* 2. *C. de reb. cred. Ergò neceſſariò illud præſtare, aut referre, non tenetur.* 3. obſtat, *Actore non probante dominium, remanet ſuo loco poſſeſſio.* §. *retinendæ. Inſt. de interdict.* ℞. ad 1. Senſus *d. l.* eſt, quod juramentum neceſſarium tunc deferri non poſſit. Deinde cum jurisjurandi ratio ſit ſubſidiaria, ab impoſſibilitate condemnationis faciendæ, ad impoſſibilitatem delationis juramenti, argumentari non licet. ℞. ad 2. Antecedens tunc demum procedit, ſi ſc. juſtæ adſint recuſandi cauſæ: ut ſi (ex. gr.) reus veritatem cauſæ velit pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

probare. *l.11. C. de reb. cred. c. ult. X. de jurejur.* tutius enim & certius *probationis* eſt remedium, quam *juramenti.* Vel ſi jusjurandum de facto alieno delatum ſit. *l.11. §. jurare.2. D.rer. amot.* Unde ſi recuſandi cauſæ nullæ ſint, juramentum aut præſtandum, aut referendum eſt. ℞.ad 3. Ibi de privilegio poſſeſſionis, ex quâ, qui poſſidet, ſaltem præſumptivè probat dominium, agitur. At nos de eo caſu, quo nihil ab eo, cui jusjurandum defertur, probatum eſt in contrarium. Verum uſu Fori deferre jusjurandum non poteſt, qui nihil probavit. Hiſce ſubjungere lubet, nonnunquam, cum omnis deficeret probatio, ſubtiliter vel ſagaciter à Judice erutam fuiſſe veritatem: In quorum fidem profertur illud ſapientiſſimi Regis judicium, de quo *1. Reg. cap. 3. verſ. 15. & ſeqq.* nec non memorabile factum Galbæ Imperatoris, apud quem cum ſuper proprietate jumenti diſputaretur, dubiis utrimque argumentis, ita decrevit, ut ad lacum, ubi aquari ſolebat, capite involuto duceretur, atque ibidem revelato, ejus eſſet ad quem ſponte ſe recepiſſet. Aliud exemplum Rudolphi Auſtriaci memorat Lipſ. 2. *monit polit. cap. 9. mon. 3. exempl. 3.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. Cum in cauſâ ob ſemiplenam probationem dubiâ, in ſupplementum ejus, neceſſarium juramentum à judice poſſit deferri. l. admonendi. 31. D. de jurejur. l. 3. C. de reb. credit. an ergò, ſi per unum teſtem omni exceptione majorem ab actore probatum ſit, illud juramentum jure civili rectè deferatur?

℟. OMninò. Ratio, quia is cauſam verè facit dubiam: At tunc juramentum neceſſarium admittitur. Fund. Quia Judex neque abſolvere eo caſu reum poteſt, neque condemnare. Non poſterius, quia actor non plenè probavit. *l. 4. C. de edend.* Non prius, quia ſaltem aliquid probavit. Unde ob inopiam probationis ipſi deferri debet juramentum ſuppletorium. *d. l. 3. C.* Quod & in foro receptum eſt. Mynſ. 1. *obſ.* 68. Neoſtad. *deciſ. Cur. Holl.* 57. Statut. Friſ. *lib.* 2. *tit.* 19. *defin.* 4. Traject. *rubr.* 10. *art.* 10. 1. obſtat, *Unus teſtis ne audiri quidem debet. l. 9. §. 1. C. de teſtib. Ergò nec cauſam reddere poteſt dubiam.* 2. obſtat *l. 20. D. de quæſtion.* ℟. ad 1. Id verum eſt, ſc. ut ſit plena probatio. At falſum, quà quæritur, an cauſa ſit dubia. ℟. ad 2. Ibi de negotio criminali, & de ſummo præjudicio (ſc. torturâ) diſceptatur; at in hiſce & ſimilibus cauſis exactiſſima probatio deſideratur. At hîc obſervandum, licet

& *cauſa*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

& *cauſa dubia* videatur, cum reus negat, id tamen non procedere, quâ jus ſententiæ ferendæ ſpectatur. *d. l.* 4. Verum in materia Jurisjurandi, *cauſa dubia* eſt, cum actor plus quam reus, ſed non plenè probavit. Juramentum neceſſarium ſemper illi defertur, pro quo militat præſumptio veritatis. Regulariter actori, qui ſemiplenè probavit. At Reo, quandò utrimque æqualiter probatum eſt.

Q. 13. *An juramentum neceſſarium à parte adverſâ poſſit remitti?*

℟. NEquaquam. Ratio, quia quæ à judice ex neceſſitate procedunt, aut ad ordinem juris ſpectant, privatorum poteſtati & arbitrio non ſubjiciuntur. *l.*27. D. *Reg. Iur.* at hoc juramentum, quod à judice ad inſtruendam conſcientiam defertur, ordinem Juris concernit & veritatis indagationem. 1. obſtat, *Atqui privatum videtur hoc negotium.* 2. obſtat, *Pars poteſt totam cauſam remittere; ergò & juramento neceſſario gratiam facere poteſt.* ℟. ad 1. Negatur. Deinde hoc accipiendum de juramento conventionali, quod ex partium conventione exiſtit. ℟. ad 2. Negatur conſeq. Ratio diverſitatis, quia, qui totam cauſam remittit, totum Jus ſuum proprium abdicat: at juramentum neceſſarium ad ordinem Iuris publici pertinet. *Sic (ex. gr.) alimenta in ſolidum remittere ſine Prætore licet, at de iis tranſigere ſine Prætore non eſt permiſſum. l.* 8. D. *de tranſact. Ita & teſtatori uſumfruct. in totum adimere conceditur;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tur; at cautionem remittere (ne anſa peccandi detur) non poteſt. l. 1. C. de uſufruct. l. pen. C. ut in poſſeſſ. legat.

Q. 14. An poſt concluſionem in cauſâ Judex neceſſarium juramentum deferre poſſit?

℞. OMninò. 1. Quia & tunc Iudici cauſa æquè eſt dubia. Nec enim judici in cauſâ concluditur. *l. cum Ioannes* 10. *X. de fid. Inſtrum.* 2. Quia tunc demum judicis eſt, cauſam cognoſcere. 3. Quia veritas eſt favorabilis, ejuſque inquiſitio maximè judici incumbit. *l. judices C. de judic. l. ubicunque. pen. D. de Interrogat. in jur. fac.* Salycet. *in l. 3. C. de reb. cred. & jurejur.* Fachin. 1. *controv.* 17. Gail. 1. *obſerv.* 108. *n.* 4. 1. obſtat, *Pars non petiit, ut deferatur juramentum, ergò Iudex illud deferre nequit. Ratio, quia judex, niſi rogatus, non impertitur officium ſuum. l. 4. §. hoc. autem. 8. D. de damn. infect.* 2. obſtat, *Probatio poſt concluſionem cauſæ non admittitur. c. cum dilectus. 9. X. de fid. Inſtrum. at juramentum eſt probatio. l. ſed ſi. 11. §. ult. D. de jurejur.* ℞. ad 1. Antecedens falſum eſt. Ab initio enim & in proceſſu cauſæ judicis officium pro adminiſtranda juſtitia imploravit, inſerta libello clauſula (*peto mihi jus & juſtitiam adminiſtrari.*) Deinde, etiam negatur conſequentia. Nec enim ſemper neceſſe eſt, ut judicis officium imploretur. Vid. *l. congruit. D. de offic. Præſid. l. 2. §. unde quæri. 6. D.*

ad l. Iul. de adulter. ℟. ad 2. Negatur minor. Propriè non eſt probatio à partibus proponenda, ſed effectum ejus duntaxat obtinet. Cum enim probatio deficit, juramentum defertur: ut ex conſcientiâ jurantis inſtruatur judicis conſcientia.

Q. 15. *An juramentum neceſſarium ob inſtrumenta noviter reperta poſſit retractari?* Actor (ex. gr.) delato à judice juramento, juravit, 1000. ſibi ex mutuo deberi. Quos cum reus ſolviſſet, poſt aliquantum temporis apocham invenit manu actoris conſcriptam, quâ probat, actorem bis eandem ſummam exegiſſe.

℟. Affirmo. *l. 31. in fin. & ibi DD. D. de jurejur.* 1. obſtat *§. 11. Inſt. de action.* 2. obſtat *l. 207. D. de Reg. Iur. c. cum inter. X. de ſent. & re judic. ubi res judicata pro veritate habetur. adde l. 65. §. 2. D. ad Senatuſc. Trebell.* 3. obſtat, *Ob inſtrumenta de novo reperta tranſactio non retractatur. l. 19. C. de tranſact. ergò nec ſententia. Ratio, quia utriuſque eadem eſt ratio. l. 20. C. eod.* 4. obſtat *l. 35. D. de judic. ubi ſub obtentu novorum inſtrumentorum ſententia non retractatur.* ℟. ad 1. *d. §.* agitur de juramento conventionali. Cui cum ineſt conventio & religio *d. l. 31.* difficilius etiam, quam neceſſarium, quod ſola religione conſtat, retractatur

ctatur. *l.* 1. *D.* *l.* 2. *C.* *eod.* ℞. ad 2. Id procedit, cùm ſententia ex plenis probationibus lata eſt. Deinde, nihil hic fit contra rem judicatam, ſed defectum probationis, contrà quem certior quædam probatio admittitur. ℞. ad 3. Negatur conſequentia. Et falſum eſt, utriuſque eandem ubique eſſe rationem. Licet enim in aliquo tertio, quà ſc. litis finitæ ratio habetur, conveniant, in pleriſque tamen ab invicem diſtinguuntur. Ita Tranſactio voluntate partium conſtat, at ſententia fertur in invitum. Tranſactio actionem non producit. *l.* 28. *C. de tranſact.* Secus verò ſententia. *l.* 8. *C. de reb. cred.* Ita ſententiam executioni mandat Iudex, non verò Tranſactionem. Sic ſententiâ crimen tollitur. *l.* 7. *§. iiſdem.* 2. *D. de accuſ.* non verò Tranſactione. *l.* 2. *C. de abolit.* ℞. ad 4. Id intelligendum, ſi ſententia, nullo delato juramento, ex verâ probatione lata ſit. At hîc de ſententia ex probatione privilegiata, ſc. teſtimonio unius, res eſt. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de jurejur.* Wiſſenb. *part.* 1. *diſput. in D.* 24. *theſ.* 35. *An & idem ob teſtes de novo repertos?* non eſt dubitandum. Per *l.* 1. *D. de fid. inſtrum.* *l.* 13. *C. eod.* non enim plus fidei meretur pellis animalis mortui, quam vox hominis vivi. *c. pen. n.* 1. *X. eod.* *An id quod diximus etiam in juramento conventionali procedat?* Diſting. hic inter rigorem juris & æquitatem. Priori caſu, nego. *l.* 1. *C. de reb. cred. & ibi DD.* *l.* 31. *D. de Iurejur.* imputet enim ſibi, qui ita negotium tranſactum voluit. *arg. l.* 5. *C. de oblig. & act.* Poſteriori verò, affirmo. Fund. 1. ne quis ex improbitate & perjurio commodum

ſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſentiat. 2. Quia propter falſa inſtrumenta res judicata reſcinditur. *l.* 33. *D. de re judic.* uti & tranſactio etiamſi jurata ſit. *l.* 42. *C. de tranſact.*

Q. 16. *An, cum actione ex jurejurando in factum agitur, æquè de veteri actione poſſit diſputari?*

℟. MInimè: Tantum enim quæritur, an juratum ſit. §. 11. *Inſt. de action. l.* 5. §. 2. *D. de jurejur. l.* 9. *l.* 28. §. *ult. D. eod.* Obſtat, *Atqui & veteris actionis mentio fieri debet. l. ſi duo.* 13. §. 3. 4. 5. *D. eod.* ℟. Rectè: at non hoc ſenſu, quaſi de cauſâ veteri diſputare liceret, ſed hactenus, quatenus eâ duntaxat quæritur, an quis juraverit.

Q. 17. *An poſt jusjurandum judiciale & voluntarium requiratur ſententia?*

℟. AFfirmo. Fundam. Quia ex conventionali jurejurando tantum datur actio. §. 11. *Inſt. de action.* 1. obſtat l. 5. §. 2. *D. de jurejur. Dato Iurejurando (inquit Ulpianus) non aliud quæritur, quam an juratum ſit: remiſſa quæſtione, an debeatur.* 2. obſtat *l.* 56. *D. de re judic. Poſt rem Iudicatam, vel jurejurando deciſam, vel confeßionem in jure factam (ait idem Ic.) nihil quæritur poſt orationem Divi Marci: quia in jure confeßi pro judicatis habentur.*

℟. ac

℞. ad 1. Poſt juram. ulterior probatio non requiritur. *d. l.* 5. §. 2. at, ibi lite ſic deciſa diſputatur, an executio poſſit fieri, ſententia neceſſariò deſideratur. *l.* 25. §. 1. *in fin. D. ad l. Aquil.* ℞. ad 2. Verum eſt, confeſſos per juramentum, pro judicatis habêri: niſi ſc. habeant, quod opponere poſſint. Notandum hic, quoniam juramentum neceſſarium, à judice, citrà conventionem, ex ſolâ neceſſitate defertur, hinc & ex eo nulla datur actio.

Q. 18. *An à ſententiâ ſecundum jurantem latâ altera pars appellare poſſit?*

℞. DIſting. Vel de juramento neceſſariò; vel de juramento conventionali (i. e. judiciali, aut voluntario) tractatur. Priori caſu, datur appellatio. *l. ult.* §. 1. *D. de appellat.* Et ſi nova deinceps reperta inſtrumenta ſint, etiam ex integro cauſam agere licet. *l. admonendi.* 31. *D. de jurejur.* Poſteriori verò, cum ex conventione reus condemnatus ſit, appellatio non habet locum. text. in terminis *in l. penult.* §. 1. & 3. *C. de reb. cred. & jurejur. arg. l.* 1. §. 3. *D. à quib. appell. non lic.* Obſtat *d. l. pen.* §. 2. *ubi provocationis auxilium, præſtito conventionali juramento, dari videtur.* ℞. neg. Non enim ibi quis præſtiterat, ſed recuſaverat juramentum. Vid. Donell. Hotomann. *in d. l. pen.* Fachin. 1. *controv.* 23. & *DD. ad d. l.* 31.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 19. *An hodiè ſine veniâ parentes in jus vocari poßint?*

℟. NEquaquam. 1. Quia nulla lege *Edictum de in jus vocando* circâ hanc rem eſt mutatum. 2. Quia & eadem hodiè prohibitionis ſupereſt ratio, reverentia ſc. à liberis parentibus debita. 3. Quia & hodiè ante omnia qualitas actionis examini ſubjicienda: ne fortè temerario & inconſulto calore, famoſâ lite, fama pulſetur illius, cujus perſona agenti ſemper ſancta eſſe debet & honeſta. Schotan. *in exam. jurid. ad tit. ſi quis in jus voc. non ier.* Guil. Grot. *lib.* 1. *Iſagog. c.* 2, *n.* 3. Diſſent. Cujac. 10. *obſerv.* 10. Carpzov. *part.* 1. *conſtit.* 2. *defin.* 26. Obſtat, *Hodiè ceſſat Edicti ratio. Non enim nunc obtorto collo à filio in jus rapitur pater.* ℟. Neg. Deinde, vera & adæquata ratio non in eo conſiſtit, ſed in reverentiâ, uti dictum eſt. Vid. *l.* 4. §. 1. 2. 3. *l.* 5. 6. *D. de in jus vocand. l.* 10. §. 12. *l.* 13. *D. l.* 2. *C. eod.* At hæc facillimè contra rationem juris læderetur, niſi ante citationem cognitio cauſæ haberetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 20. Cum pœna 50. aureorum parentes temerè in jus vocantibus infligatur. Vid. *l.* 12. *pen. & ult. D de in jus voc. An ruſticitas vocantem excuſet à pœnâ?*

℞. NEg. Nemo enim tam ferus ac rudis eſt, ut ignoret, ſecundùm naturæ jus parentibus reverentiam deberi. Obſtat *l.* 7. *§.* 4. *D. de juriſdict. ubi ruſticitas excuſat.* ℞. Ibi agitur de *Edicto de albo corrupto*; at eo caſu, multi propter imperitiam literarum juſtè ignorare poſſint, quid contineat ſcriptum publicè propoſitum. At hîc de tali facto diſputatur, cujus natura arguit quandam calliditatem.

Q. 21. An Edict. de in jus voc. ad Novercam ſit producendum?

℞. DIſting. Vel pater vivit; vel deceſſit. Illo caſu, Aff. Ratio, quia pater ipſe injuriâ afficitur. *Arg.* *l.* 1. *§. fin. D. de injur. l.* 1. *C. de in jus voc.* Hoc autem, neg. Soluto enim hâc ratione conjugio, reverentia defuncto debita lædi poſſe non videtur. 1. obſtat *l.* 11. *D. eod. in verbis (modeandam juriſdictionem Labeo ait.)* 2. obſtat *l.* 2. *C. eod. ubi nulla mentio Novercæ.* 3. obſtat *l.* 11.

C. de

C. de furt. ℟. ad 1. Moderanda eſt juriſdictio, at non ſemper, non ubique, ſed caſibus duntaxat ibi enumeratis, & ſimilibus, qui eandem rationem habent. ℟. ad 2. Nil ibi contra nos. ℟. ad 3. *in d. l.* verba (*Rectorem adi Provinciæ*) indicant, Rectorem Provinciæ adeundum eſſe, viâ ſc. legitimâ.

Q. 22. *An actiones præjudiciales ſint reales, an verò perſonales?*

℟. DUaren. 2. *diſput.* 2. Donell. 20 *comm.* 6. Schotan. *ſub tit. D. de rei vindic.* contendunt eſſe reales. Vinn. *ad §. præjudiciales.* 13. *num.* 2. eas, non per omnia, ſed ex parte duntaxat excellentiore, ſtatuit eſſe in rem. At omiſſis quæ undecunque hîc variè & operosè alle gantur, illas perſonales puto. 1. Per *l.* 1. § 2. *D. de rei vindic. l. actionis verbo.* 37. *D. de oblig. & act.* quibus in locis ab actionibus in rem ſeparantur. 2. Quia primariò & principali ter ſunt de ſtatu. In hiſce enim actionibus primò quæritur, an aliquis liber, an libertus, vel ſervus ſit, &c. non quidem propter ſtatum ſolum ſed ut dein commoda & incommoda, quæ, ſtatu naſcuntur, conſequamur. 3. Quia in ii non agitur directò de re reſtituenda (Non enim dominium, aut ſimile jus per eas vindicatur) ſe tantum ut veritas declaretur. 4. Quia reſpiciun duntaxat perſonas, & iis extinctis etiam def ciunt. Pet. Platean. *ad d. §. præjudiciales. n.* 2 Vult. 1. *diſcept.* 3. Domin. Arum. *exerc.* 18 *theſ.* 8

theſ. 8. 1. obſtat *d.* §. *in verbis* (*præjudiciales actiones in rem eſſe videntur.*) 2. obſtat, *Omnis actio perſonalis ex initâ obligatione definitur.* §. 1. *Inſt. de act.* ℞. ad 1. Retorqueatur; *videntur*; ergò re ipſa non ſunt. *l.* 1. §. *fin. D. ad Senatuſc. Turpill.* Ratio, quia vocula (*videtur*) non deciſionis nota eſt, ſed arguit improprietatem. ℞. ad 2. Id intelligi debet de actione perſonali anguſtè acceptâ, quæ ſc. cauſatur ex conventione & ex delicto. Duo enim ſunt fontes ex quibus actio perſonalis profluit. 1. Conventio & delictum. 2. Illud jus perſonarum, quod in poteſtate conſideratur. Deinde & ex obligatione pater filio, filius patri ad alendum eſt obligatus. Vid. *ſuprà exercit.* 2. *q.* 3. & 5. At obiter hic notandum, actiones præjudiciales dici *præjudicia. l.* 1. §. 2. *D. de rei vind. l. quoties.* 18. *D. de probat. l.* 3. §. 1. *D. de agnoſ. liber.* partim, quod ante alia judicia prius decidantur: partim, quod aliis præjudicium afferant, & in eum finem inſtituantur. Zaſ. *ad d.* §. *præjudiciales. n.* 1. Rævard. 1. *de præjudic.* 1. 3. & 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

Vigesima-Quinta,

Ad §. 28. & ſeqq. Tit. 6. Inſtitut.

Q. 1. *An rectè dicatur in §. 28. Inſt. de action. quaſdam actiones eſſe* bonæ fidei, *quaſdam* ſtricti juris?

R. Affirmo. Et *bonæ fidei* vocantur, in quibus permittitur judici, ex libero arbitrio, vi obligationis mutuæ, ex bono & æquo æſtimare, quantum actori reſtitui debeat. §. 30. *Inſt. eod.* Suntque illæ, in quibus ab utrâque parte quid præſtari debet, & in quibus utrimque regulariter datur actio. Vid. *l.* 5. *D. de oblig. & action. Stricti verò juris* dicuntur, in quibus, licet eæ etiam ex bonâ fide ſint, & in iis bona fides ſit præſtanda, judex tamen eam poteſtatem non habet. *l. quicquid adſtringendæ.* 99. *D. de verb. oblig.* Sed judicare tenetur ſecundum id quod nominatim convenit. *l. ſi ita ſtipulatus.* 126. §. *Chryſogonus* 2. *D. de verb. oblig.* 1. obſtat *l.* 4. *C. de verb. oblig. & action. in quâ dicitur, bo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

nam fidem in omnibus contractibus conſiderari, æquum eſſe. 2. obſtat, *Totum jus eſt ars boni & æqui. l.* 1. *in princ. D. de juſtit. & jur. ergò & omnes ejus partes. Unde & in omnibus indiſtinctè contractibus bona fides ſpectanda videtur.* 3. obſtat *l. placuit.* 8. *C. de judic. quâ cavetur, in omnibus rebus præcipuam eſſe juſtitiæ æquitatiſque, quam ſtricti juris rationem. Ergò & in actionibus.* 4. obſtat, *Quod in omnibus bonæ fidei contractibus regulariter ab utrâque parte non competat actio. Sic (ex. gr.) in commodato commodatarius; in pignore creditor; in petitione hereditatis ſolus poſſeſſor ad præſtandum tenetur.* ℞. ad 1. Licet & in ſtricti juris negotiis bona fides requiratur, hæc tamen non eodem modo in hiſce, ac in illis quæ ſunt bonæ fidei, conſideratur. *tit. Inſt. in fin. de oblig. ex conſenſ.* Sic in ſtricti juris nil præſtatur, niſi de quo convenit, licet maximè ex bonâ fide videatur, id præſtari. Quapropter contractus bonæ fidei à ſtricti juris non in eo differunt, ac ſi illi bonam fidem, hi verò ſolum admitterent; quod planè falſum eſt: ſed à liberiori & ſtrictiori interpretatione (ut dictum eſt) ſumpta eſt denominatio. ℞. ad 2. Retorqueatur; in ſingulis partibus Juris, atque ita in omnibus contractibus bona fides quidem ſpectanda eſt, at non eodem modo. Vid. Reſp. 1. ℞. ad 3. Etiam in actionibus ſtricti juris, æquitatis potius, quam ſtricti illius juris, de quo in *d. l.* agitur, ratio habetur. *Strictum Ius in d. l.* eſt *ſummum Ius*, quod contra legis ſententiam & rationem verbis duntaxat innititur. ℞. ad 4. Neg. Et falſum eſt, in commodato ſolum com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

modatarium teneri. Licet enim commodatarius ad rem reſtituendam ſit obligatus, à commodante tamen præſtandum eſt, ut certus uſus ſit penes commodatarium, nec ante repetatur, quam uſu finito; nec non damnum reſarcire, impenſas ſolvere eſt obſtrictus. Pariter, creditor ad reſtituendum quidem pignus obligatur, at à debitore ſolutio eſt præſtanda, & quicquid pignoris nomine abeſt creditori. Quod verò ad petitionem hereditatis attinet, licet hæreditas à petitore non præſtetur; ob perſonales tamen præſtationes (propter quas petitio hæreditatis ex ſpeciali conſtitutione bonæ fidei eſt. *l. fin. C. de petit. hæred.*) rectè convenitur. Cæterum cum Fabr. *dec. 9. err. pragm. err. 1.* Zyp. *notit. jur. de dolo.* Molin. *in tract. de eo quod intereſt. n. 213.* differentiam inter ſtrictas & bonæ fidei actiones etiamnum ſupereſſe puto, licet aliqui (ut Jaſon & Zaſ. *in l. 31. D. de reb. cred.* Duaren. *in l. ſi quis. D. de verb. obl.*) exiſtiment, omnes contractus, omniaque judicia hodiè eſſe bonæ fidei. *An verò diſcrimen hoc inter actiones jure Canonico ſit ſublatum?* Nequaquam. 1. *Per c. cum Eccleſia. X. de cauſ. poſſ. & propr. c. fin. X. depoſ.* 2. Quia jus canonicum tollere ipſam ſubſtantiam non poteſt. Hoc enim diſcrimen non eſt à nuda ratione, neque accidens aliquod ſeparabile, vel adhærens, ſed eſſentiale & inhærens. Diſſent. Jaſon *ad. d. §.* Bald. *ad c. unic. in fin. X. de plus petit.* Cagnol. *in l. 2. n. 65. C. de reſcind. vend.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. *An omnes actiones bonæ fidei enumeratæ ſint in §. 28. Inſt. de action.?*

℟. AFfirmo. 1. Quia *in d. §.* ὁριστικῶς & definitivè dicitur (*ſunt hæ.*) 2. Quia Juſtiniano *in d. §.* fuit propoſitum, tradere, quæ eſſent actiones bonæ fidei. At hoc vel definitione, vel ſufficienti enumeratione fieri poteſt: cum itaque priori modo id non effecerit; conſequens eſt, poſteriori modo illud præſtitiſſe. 3. Quia & illas actiones adjecit, de quibus utrum bonæ fidei eſſent, dubitabatur. *d. §. in fin.* Donell. *ad d. §. n.* 35. *&* 38. Harpr. *ibid. n.* 23. Cujac. 11. *obſ.* 38. Diſſent. Coraſ. *n.*6. *&* Hotomann. *ibid.* 1. obſtat, *Emphyteuſis, hoc in numero non habetur.* 2. obſtat, *Nec actio præſcriptis verbis de precario, quæ ex bonâ fide oritur. l. 2. §. pen. D. de precar.* 3. obſtat, *Nec actio finium regundorum, in quâ tamen fit adjudicatio ex bono & æquo. §. 20. Inſt. d. tit. §. 6. Inſt. de offic. judic.* 4. obſtat, *Nec legata: in quibus tamen ex morâ debentur uſuræ. l. 3. l. 34. D. de uſur.* ℟. ad 1. Verbis concedo. Sententiâ, nego. Non enim tam quid verbis, quam quid ſententiâ & ratione legis exprimitur, attendi debet. *l. 6. §. 1. D. de verb. ſignif.* ℟. ad 2. Non ſequitur, actio eſt ex bonâ fide. *Ergò eſt bonæ fidei.* ex. gr. actio præſcriptis verbis ex bonâ fide eſt: æquitas enim ſuadet, in factum dandam eſſe actionem, ubi nulla civilis competit. *l. 1. & 2. D. de præſcript. verb.* attamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

propterea bonæ fidei non eſt. Actio ergò ex bonâ fide eſſe dicitur, non quod in eâ alteri ab altero ex bono & æquo quid præſtandum eſt, ſed quod efflagitante (ut ita loquar) æquitate adinventa ſit & introducta. Sic condictio indebiti, & actio injuriarum, &c. ex æquo bono introductæ dicuntur. *l. 66. D. de condict. indeb. l. non ſolum.* 11. §. 1. *D. de injur.* ℟. ad 3. Non ſequitur, actionem eſſe bonæ fidei, eò quod in illâ fiat adjudicatio ex bono & æquo. Non enim adjudicatio, ſed ſuppletio ejus de quo non convênit actionem reddit bonæ fidei. Deinde, actio finium regundorum in iis quæ habent cauſam bonæ fidei, dici poteſt bonæ fidei. Quo caſu, ſub actione negotior. geſtor. pro ſocio, vel communi dividundo comprehenditur. At in iis quæ cauſam habent ſtricti juris, rectè ſtricti juris eſſe dicetur. ℟. ad 4. Non ſequitur, legata eſſe abſolutè bonæ fidei, eò quod in aliquo tertio cum contractibus bonæ fidei conveniant. Id enim ſpeciali favore circa defunctum legatis eſt tributum, ut etiam uſuræ ex morâ debeantur. *Sed cur actiones in d. §. lex magis voluerit eſſe bonæ fidei, quam reliquas?* Cum enim illi contractus, ex quibus naſcuntur plus conferant vitæ ſocietati, & convictui humano, quam quæ ſtricti juris dicuntur, hinc & curandum erat, ut in illis, magis quam in hiſce, ex bonâ fide cuncta gererentur.

Q. 3. An actiones arbitrariæ tertiam ac diverſam à bonæ fidei & ſtricti juris ſpeciem conſtituant?

℞. AFfirmo. 1. §. 31. *junct.* §. 28. *Inſt. de action.* 2. Per *l.* 5. *D. de in lit. jur.* & *ibi* Donell. *num.* 12. Duaren. *num.* 76. *adde* Corraſ. 4. *miſcell.* 12. 3. Per *l.* 3. §. 1. *D. de uſur.* Diſſent. Baro, Cujac. Vultej. *in* §. *actionum. num.* 15. 1. obſtat *in d.* §. *actionum.* 28. *Inſt. d. t. nulla ſit mentio arbitrariarum.* 2. obſtat, *Quod eodem modo definiantur, quo bonæ fidei.* §. 30. & 31. *Inſt. eod.* ℞. ad 1. Eſto; at inde non ſequitur, *in d. t.* arbitrarias non dari ab illis, de quibus *in d.* §. diſtinctas. Non enim una aliquâ tituli particulâ inſpectâ ſtatim de toto titulo judicandum eſt. Vid. *d.* §. 31. ibi *prætereà*, i. e. præter ſuperiores *in d.* §. 28. enumeratas, &c. ℞. ad 2. Negatur. Ratio enim differentiæ, quia in bonæ fidei Judex æſtimat ex bonâ fide, vi ſc. mutuæ obligationis: at in arbitrariis citrà mutuam obligationem. Deinde, in arbitrariis juſſus & interlocutio Judicis præcedit, quod in bonæ fidei judiciis ita conſtitutum non eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. An debitum naturale rectè compenſetur?

℞. AFfirmo. *l. 6. D. de compenſat.* Fund. Quia ſufficit, utrumque eſſe debitum & creditum. *l. 1. 2. D. eod.* 1. obſtat, *At ex illo debito agi non poteſt; ergò non poteſt compenſari. Ratio, quia in actionibus locum habet compenſatio. §. 30. Inſt. de action.* 2. obſtat *l. 14. D. de compenſat.* ℞. ad 1. Negatur conſequentia. Ratio inſufficiens eſt; quoniam in actionibus quidem compenſatio locum habet, ſed non tantum: verum etiam, cum exceptio competit, per quam actio illius, cui compenſatio objicitur, eliditur. ℞. ad 2. Ibi tractatur de debito injuſto. Quale eſt (ex. gr.) ex cauſâ metus, vel doli. At debitum naturale, juſtum quidem debitum eſt, at tale, quod, licet ex eo non detur actio, per exceptionem tamen non perimitur. Et quemadmodum ea quæ per exceptionem perimi poſſunt, in compenſationem non veniunt. *d. l. 14.* ita nec debitum illiquidum. *d. §. 30. junct. l. ult. C. de compenſ.* niſi illud incontinenti ad liquidum poſſit deduci. Per *l. 8. D. eod.* Cum enim litium minuendarum cauſâ inventa eſt compenſatio. *l. 3. D. eod. l. 173. §. fin. D. de Reg. Iur.* Hinc, ne perpetuò quis eluderet compenſationem, introductum videtur, ne ſola inficiatio petitoris rem redderet controverſam.

Q. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 5. *An debitum quantitatis indiſtinctè poſſit compenſari?*

℟. MInimè. Requiritur enim, ut quantitates ſint ejuſdem generis & qualitatis. Cum enim interſit cujuſque, ut id recipiat, quod ſibi debetur: eodem quoque modo fieri debet compenſatio. Unde pecunia cum pecuniâ, frumentum cum frumento, oleum cum oleo, vinum cum vino (licet vel ex cauſis diſparibus debeatur) rectè compenſatur. Paul. 2. *ſentent.* 5. §. *ult.* & *ibi Cujac.* Quapropter pecunia pro frumento, vel frumentum pro oleo, vel frumentum peſſimum pro optimo, ut ſolvi nequit, ita nec compenſari. *l.*2. *in princ. l.*3. *D. de reb. cred.* Diſſ. Hotomann. *ad tit. de compenſat. n.* 5.

Q. 6. *An genera poſſint compenſari?*

℟. AFfirmo. ſc. cum utrinque genus debetur ejuſdem qualitatis & bonitatis. *Ut ſi quis (ex. gr.) equum optimum alicui promiſerit, atque hic ſucceſſerit ei, qui promiſſori equum optimum legavit*; rectè fiet compenſatio. Quò facit *l.* 1. §. *pen. D. ſi pars hered. petat. l.* 67. *D. de ſolut. Secus autem, ſi unus optimum, alter mediocrem promiſerit.* Sichard. *in l. ult. C. de compenſ.* & *ibid. Pac.* Diſſ. Jaſon, Fab. Donell. *in d.* §. 30. 1. obſtat, *Atqui*

re duobus teſtamentis legatâ, ſi ea, ſolvente altero, res legatarii facta ſit, eadem ab altero ſolvi non poteſt. 2. obſtat, *Genus complectitur omnes ſpecies. l.* 147. *D. de Reg. Iur. ergò ut ſpecierum non eſt compenſatio, ita nec generum.* ℞. ad 1. Ibi agitur de re legatarii jam factâ ex titulo lucrativo. ℞. ad 2. Genus complectitur quidem omnes ſpecies, ſc. hactenus, quod in quâvis ſpecie rectè fiat ſolutio: at non hoc ſenſu & effectu, ac ſi inter obligationem generis & obligationem ſpeciei nulla foret differentia.

Q. 7. *An ſpeciei cum ſpecie, aut quantitate, ulla ſit compenſatio?*

℞. NEquaquam. *l.* 4. 8. 12. *C. de compenſat. l.* 18. *D. de pign. act.* Fund. quia inæqualis corporum æſtimatio eſt. Vid. Donell. *in d.* §. 30. *n.* 13. Borcholt. *comm. de compenſ. c.* 2. *n.* 14. *& ſeqq.* Fachin. 1. *controv.* 6. Diſſent. Duaren. *in l.* 7. §. *ob donationes.* 5. *D. ſolut. matrim.* Pac. *in Iſag. ad tit. de compenſ. n.* 9. 1. obſtat, *Species ſolvi poſſunt. Ergò & compenſari.* 2. obſtat, *Atqui compenſatio locum habet in commodato & actione in rem. D.* §. 30. *l.* 18. *in fin. D. commod.* 3. obſtat *d. l.* 7. §. 5. *D. ſolut. matrim. ubi res amotæ cum fructibus poſt divortium perceptis compenſantur.* 4. obſtat Paul. *lib.* 2. *ſentent. tit.* 5. § *ult. ubi compenſatio debiti ex pari ſpecie, & cauſâ diſpari admittitur.* ℞. ad 1. Negatur conſeq. Antecedens enim accipitur de ſimplici ſolutione. Unde à contrario, quemadmodum ſpecies pro ſpecie ſolvi ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

vi nequit, ita nec compenſari. ℞. ad 2. ſc. tunc, cum utrinque debetur quantitas. i. e. cum æſtimatio loco rei præſtanda eſt: ut quia res interiit, aut ex neceſſitate diſtracta eſt. *l. 1. C. rer. amot. l. 6. C. de compenſ.* alias id falſum eſt. *l. ult. C. commod.* ℞. ad 3. Ibi non de ſpecie vel corpore res eſt, ſed de fructibus conſumptis. Unde æſtimatio rerum amotarum, cum æſtimatione fructuum conſumptorum compenſatur. ℞. ad 4. *Per parem ſpeciem* intelligitur quantitas ejuſdem generis.

Q. 8. *An tantum in depoſito & actione momenti compenſatio ſit prohibita?*

℞. AFfirmo. *d. §. 30. junct. l. fin. §. 1. & 2. C. de compenſat.* Hiſce enim caſibus exuberantior bona fides, quam aliis, deſideratur. Obſtat, *Atqui ſub prætextu debiti reſtitutio commodati non probabiliter recuſatur. l. ult. C. de commod. Ergò nec commodatum compenſationem admittit.* ℞. Negatur conſeq. Et *in d. l.* non de compenſatione ſui cum debitoris debito, ſed retentione ſpeciei ob aliud debitum tractatur. Iniquum enim videbatur, ut, qui ex amicitiâ alicui rem ſuam commodaſſet, per retentionem poſſit fruſtrari, ne rem ſuam recuperet. Sic nec ob ullam ferè cauſam dos retinêri poteſt. *l. unic. §. taceat. C. de rei uxor. act.* attamen compenſatio (terminis poſitis habilibus) non impeditur. Vid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Donell. *in d. §. 30. n. 11.* Schotan. *in exam. jurid. ad tit. de compenſat.*

Q. 9. *An & in ſtricti juris judiciis compenſatio ſit admittenda?*

℟. Affirmo. *d. §. 30. Inſt. de action. l. 4. D. l. 4. C. de compenſat.* Ratio, quia lex non vult, ut petatur id, quod quis mox eſt redditurus. *l. 173. §. fin. D. de Reg. Iur. l. 8. D. de except. dol. mal.* Accedit, quod & ad ſopiendos litium circuitus inventa eſt compenſatio; ne ſc. fiat per plura, quod fieri poteſt per pauciora. Et quia fieri poteſt, ut per inopiam debitoris, vel aliâ de cauſâ, inanis fiat actio; hinc Pomponius *in l. 3. D. de compenſ.* ait, *intereſſe noſtra, potius non ſolvere, quam ſolutum repetere.* Obſtat *l. 99. D. de verb. oblig.* ℟. *d. l.* procedit, ſi per interpretationem in ſtricti juris judiciis quid adderetur. At in hâc cauſâ lex prohibet, ne petatur id, quod continuò eſt reddendum.

Q. 10. *An & poſt litem conteſtatam libellum corrigere, adeòque mutare liceat?*

℟. Rerum differentiam prius diſcutere, quam ad quæſtionem reſpondere, placet. *Corrigere* dicitur libellum, qui eum emendat, ſalva rei petitæ ſubſtantiâ, & cauſæ idenditate. *Mutare* verò, qui fundamen-

damentum totius litis tollit, aliamque rem, vel ex alia cauſâ petit. Sic (ex. gr.) qui ſcripturam ſuam *interpungit*, & ſubinde verſiculum inſerit, demendo alios, is ſcripturam *emendat*. At qui eam totam unâ liturâ trajicit, aliamque ſubſtituit, is *mutaſſe* dicitur. Quibus præmiſſis, utrumque fieri poſſe ante litiſc. dubium non eſt. *l. 3. C. de edend. & ibi DD.* cum enim lis nondum inſtituta eſt. *l. 15. in verbis (non petit, ſed petere vult) D. rem rat. haber.* nil quoque eſt, quod parti adverſæ acquiſitum dici poſſit. Imò & poſt eam, uſque ad ſententiam, probat *d. l. 3. junct. §. 34. & 35. Inſt. de action. & l. 4. §. ult. D. de noxal. act. l. 18. §. 1. & ult. D. de vi & vi armat.* verum obſervandum, *mutationem* tunc demum admittendam, ſi inſtantiæ quis renunciaverit. *Correctionem* verò haud aliter, quam refuſis expenſis litis, & contradicendi poteſtate adverſariâ factâ. *arg. l. 74. & ſeq. l. 155. D. de Reg. Iur. Iunct. l. 3. C. & l. 79. D. de judic.* 1. obſtat *l. 23. D. de judic.* 2. obſtat *l. 18. D. commun. divid. poteſtas judicis non poteſt excedere ultrà id, quod in judicium deductum eſt. At de quo lis non eſt conteſtata, id non poteſt vidêri deductum in judicium. l. unic. C. de litiſc.* 3. obſtat, *Sententia debet eſſe conformis libello. l. fin. C. de fideicomm. libert.* 4. obſtat, *In judicio quaſi contrahitur. l. 3. §. 11. D. de pecul. at in contractu nulla mutatio fieri poteſt. l. 5. C. de oblig. & act.* 5. obſtat, *Zeno primus conſtituit, ut actor corrigere errorem ſuum poßit. d. §. 34.* 6. obſtat, *At quæ ſemel placuerunt, poſteà diſplicêre non poſſunt. per l. 1. D. de pact.* 7. obſtat,

ſtat, *Nemo poteſt conſilium mutare in alterius injuriam. l. 74. & ſeqq. D. de Reg. Iur.* ℞. ad 1. *in d. l.* non de emendando libello res eſt, ſed de eo, quod poſt litiſc. ſive judicium acceptum debêri cœpit. At judicium in pendenti eſſe non poteſt. *l. 35. D. eod.* Huc pertinet *l. 14. §. fin. D. de aqu. pluv. arc.* ℞. ad 2. Quod per emendationem, uſque ad ſententiam, petitur, id & in judicium deductum cenſetur. *l. ſummâ cum ratione. §. pen. D. de pecul.* Deinde, litiſc. ad ea extenditur, quæ poſteà in litem ſunt deducta, cum ante ad jus actoris pertinerent. ℞. ad 3. Rectè, ſc. libello emendato. ℞. ad 4. Quoniam per litiſc. quaſi contrahitur, quoad ſc. *inſtantiam*: hinc, lite conteſtata, actor ad aliud tribunal reum trahere non poteſt, nec eodem invito liti renunciare. At non quaſi contrahitur, quoad debitum & rei veritatem: Unde ne contrà æquitatem & veritatem ſententia feratur, in hoc negotio à communi etiam regula receditur. ℞. ad 5. Error eſt Triboniani. Vid. *l. 4. §. ult. D. de noxal. act.* ubi idem tempore Pauli licuit. ℞. ad 6. Id procedit in vera conventione. At in conventione judiciali in dubiis conceditur actori interpretatio. *l. 66. D. de judic.* & cum erratum eſt mutatio. ℞. ad 7. Rectè; nec etiam actori mutatio conceditur, ſi viatica, & ſumptas litis refundere adverſario refragetur. Ac notandum, etiam in univerſali judicio emendationem amittendam. *l. 41. D. de petit. hered.* Et non tantum in *quantitate ex quâ agitur*, ſed & in *Re*, & *Modo*, & *Formâ actionis* emendari libellus poteſt. *d. §. 34. & ſeq. l. 4.*
§. fin.

§. *fin. D. de noxal. act. Hodierno verò uſu, poſt litem plenè conteſtatam libellus mutari nequit.* Sand. *lib.* 1. *deciſ. Friſ. tit.* 4. *defin.* 2. *niſi impetratâ in integrum reſtitutione, cum expenſarum refuſione.* Merul. *pract. civil. lib.* 4. *tit.* 37. *c.* 6. *n.* 4. Chriſtin. *vol.* 2. *deciſ.* 104. *n.* 3. *Aut nudo partium conſenſu.* Groenew. *de ll. abrogat. ad d.* §. 34. & 35.

Q. 11. *An ſocer, manente matrimonio, de dote conventus ultrâ facultates ſit damnandus?*

℞. NEquaquam. *l.* 17. *D. ſolut. matrim.* Salva enim ei quæ ad alimenta pertinent manere debent. Fund. 1. Quia parentis locum ſocer obtinet. *l.* 16. *D. eod.* 2. Quia eodem privilegio erga ſocerum fruitur gener. §. 37. *Inſt. de action.* ergò aſpernari non debet idem Jus ſibi dici, quo ipſe adverſus alium utitur. *l.* 1. *D. quod quiſq. jur. in alter. ſtat.* Obſtat *l.* 21. *D. de re judic. in verbis* (*alio jure utimur.*) ℞. *d. l.* confirmat noſtram ſententiam, quia, ne ultrà id quod facere poteſt, ſocer damnetur, æquum eſſe, docet ibi Paulus. At alio jure tunc utendum. 1. Si ſpecie futuræ dotis induxerit genero, i. e. cum ſciret ſe præſtare dotem non poſſe, id egerit, ut doloſè genero inſidiaretur. 2. Si talis ſit perſona, quæ vix aliquo honore & reverentia digna videtur. Vid. hanc quæſtionem *in l. pen. D. de jur. dot.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An etiam ſocius particularis hoc beneficio gaudeat?*

℟. Affirmo. ſc. ſi nomine ſolius ſocietatis conveniatur. *l. 63. in princ. D. pro ſoc.* Obſtat *l. 16. D. de re judic. in verbis* (*Socium omnium bonorum accipiendum eſt.*) Socius omnium bonorum, in omnibus; at ſocius unius rei, tantum in unâ iſtâ re (uti dictum eſt) competentiæ privilegium habet. Ratio, quia & hæc ſocietas jus quodammodò fraternitatis in ſe habet. *At uſu fori, cum nulla fraternitas inter ſocios conſideretur, ſed ſola rerum communio; hinc noſtris & aliorum moribus ſocii in ſolidum conveniuntur, condemnantur, & executionem patiuntur.*

Q. 13. *An fratri contrà fratrem beneficium competentiæ concedatur?*

℟. Affirmo. 1. Quia ſi ſociis datur propter imaginarium jus fraternitatis. *§. ſed & ſi quis. 38. Inſt. de action. junct. l. verum. 63. D. pro ſoc. l. ſunt qui. 16. D. de re judic.* multò ergò magis illis competit, qui verè fratres ſunt. *Propter quod enim unumquodque eſt tale, illud eſt magis tale.* Fab. Weſenbec. Mynſ. aliique *ad d. §. 38.* 2. Per *l. 17. D. de re judic.* in verbis *(liberique eorum)* i. e. liberi ipſi inter ſe, qui fratres ſunt, tantum in id quod facere poſſunt conveniuntur. 3. Quia frater

ter fratrem paupertate detentum alere tenetur. Vid. *Exercit. 2. q. 6.* Donell. *ad d. §. Inſt.* Duaren. *ad d. l.* 17. Oldendorp. *in c. except. quatenus facere poſſ. in tract. de except.* 1. obſtat, *Lex fratris non meminit.* 2. obſtat, *Ius ſingulare non extenditur. l.* 14. *D. de ll.* 3 obſtat, *At fratrum gratia rara: mutuaque armati coëunt in vulnera fratres. Ergò conjunctio fraterna iſtud privilegium non meretur.* ℞. ad 1. Sufficit ratio legis. *l. 6. §. 1. D. de verb. ſign.* ℞. ad 2. Id verum eſt in jure merè ſingulari perſonis tributo. At privilegium competentiæ magis cauſæ, quam perſonæ datur. ℞. ad 3. Negatur conſeq. Sola enim conjunctio naturæ hâc in re conſideratur; at illos cum natura benevolos & commodos conjunxit, nunquam, quâ tales, alieni fieri poſſunt. Accedit, quod in calamitatibus nullius utilior, quam fratris, aſpectus deſideretur.

Q. 14. *An donatori contra donatarium idem privilegium ſit largiendum?*

℞. AFfirmo. *d. §. 38. Inſt. de action. l. 28. D. de Reg. Iur.* Et quidem huic ſoli deducto ære alieno. *l. 19. §. 1. l. 49. D. de re judic.* Vid. Schneidw. *ad d. §. 38. n. 7.* Conſult. JC. Batav. *part. 1. conſ. 269.* Ratio, *ne liberalitate ſuâ* (ut ait Tryphoninus *in l. 50. D. de re Iudic.*) *inops fieri periclitetur.* Obſtat *l. Neſennius Apollinaris. 41. D. eod.* ℞. Cum creditor donatarius non ſit, mirum non eſt, quod in caſu *d. l.* promiſſor in ſolidum poſſit conveniri.

Q. 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 15. *An debitori, qui fortunæ vitio facultatibus lapſus omnibus bonis ceſſit, ſi ad meliorem fortunam pervenit, idem privilegium competat?*

℟. AFfirmo. *§. ult. Inſt. de action. l. 6. D. de ceßion. bon.* Et prætereà lege Juliâ liberatur à carcere. *l. 1. & 4. C. qui bon. ced. poſſ.* & infamiâ juris. *l. 11. debitores. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* Ignominioſam verò ceſſionem, ſive eam, quæ cum quâdam actus ignominioſi ſolennitate fit, pleniſſimam debitori liberationem parere, quidam autumant. Guid. Pap. *q.* 343. Brun. *de ceſſ. bon. q. 3. princ. n. 7.* Gregor. Tholoſ. *Synt. jur. lib. 22. c. 8. n. 6.* ut qui in uno gravatur, in altero relevetur. *l. 13. §. 7. D. de his qui not. infam.* At id rectius negat Chriſtin. *ad ll. Mechlin. ad tit. 21. in addit. ad n. 3.* Unde (ex. gr.) qui bonis turpiter cedunt, culo puta nudo lapidem percutientes, illi cum infamiæ notâ à periculo carcerum duntaxat ſe eximunt. Vid. *Gloſſ. & Iaſon in d. §. fin. Inſt. de act.* Et cum hæc ceſſio cauſetur ob inculpabilem inopiam & miſeriam debitoris, hinc *auxilium flebile & miſerabile* nuncupatur, eò quod cedentem ab ulteriori miſeriâ & ſqualore carceris eximat, ejuſque afflicti luctuoſam & lachrymabilem conditionem hoc modo ſublevet. At in multis Germaniæ locis beneficium ceſſionis debitoribus obæratis non indulgetur: Et in Hiſpaniâ, & Saxoniâ, debitores quodam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

quodammodò efficiuntur ſervi creditoris. Vid. Gomez. 2. *reſol.* 11. *num.* 52. Gail. *lib.* 2. *de pac. pub. c.* 2. Wiſſenb. *part.* 2. *diſp.* 21. *th. ult.* Ceſſio Jure Civili ſolâ voluntate quocunque modo declarata peragitur. *l. pen. & ult. D. de ceſſ. bonor.* At moribus diploma principis impetrandum, ac ſolenniter in judicio comprobandum eſt. *Inſtr. Cur. Holl. art.* 227. Chriſtin. *volum.* 5. *deciſ.* 168. *n.* 23. Gudelin. *de jur. noviſſ. lib.* 4. *c.* 16. Chopin. *de privil. ruſt. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 9. *n.* 2. Cumque per ſolam injuriam fortunæ obæratis ceſſionis beneficium tribuatur, illud doloſis & fraudulentis decoctoribus denegandum eſt. Chopin. *de morib. Pariſ. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 18. *poſt. med.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. jur. tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 219. *n.* 12. valetque hoc caſu regula, *qui non habet in ære, luat in pelle.* Nec mirum, cum infames [iſtos] veſpertiliones ſuſpendio puniri voluit *Carolus V. Imp.* Zyp. *in ſuâ not. jur. Belg. lib.* 2. *tit.* 1. *verſic. rigidè.*

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM VIGESIMA-SEXTA,

Ad Tit. 7. 8. 9. Lib. 4. Inſtitut.

Q. 1. *An ſi pater, ſimpliciter, vel (ut pater) ſubſcripſerit chirographo filii ſui, teneatur* quod juſſu?

R. OMninò. *l.* 1. *§.* 4. *D. quod. juſſ. l.* 8. *§.* 15. *D. quib. mod. pign. ſolv.* Fund. Quia hæc quædam ratihabitio eſt. *l.* 60. *D. de Reg. Iur.* at hæc in hoc caſu pro juſſu habetur. *d. l.* 1. *§.* 6. 1. obſtat *l. Gajus Sejus.* 39. *D. de pign. act.* 2. obſtat *l. Titius Sejus.* 8. *D. de reſcind. vend. In quibus ſubſcribens ſibi non præjudicat.* 3. obſtat *l.* 14. *C. ſi cert. pet. Mutuæ pecuniæ, quam aliis dedit creditor, citrà ſolemnitatem verborum ſubſcribentem inſtrumento te non habet obligatum.* R. ad 1. Ibi per errorem quis ſubſcripſerat. R. ad 2. & 3. Ibi tantum (ut teſtis) quis ſubſcripſerat. huc refer *l.* 11. *D. de oblig. & act.*

Q. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. *An* actio tributoria *competat ex ſolâ ſcientiâ patris vel domini?*

℞. AFfirmo. *l.* 1. §. 3. *D. de tribut. act.* & ſic diſtinguitur ab actione *quod juſſ.* quia in eâ conſenſus tacitus, vel expreſſus requiritur. *l.* 5. §. 5. & 6. *D. quod juſſ.* 1. obſtat, *Scientia infert conſenſum.* 2. obſtat *l.* 6. §. 2. *l.* 18. *D. mandat.* 3. obſtat *l.* 158. *D. de Reg. Iur.* ℞. ad 1. Sola ſcientia, nego. Ea quæ cum actu aliquo eſt conjuncta, affirmo. Vid. *l.* 16. *D. ad SCtm. Macedon.* & caſum *in l.* 11. §. *ult. D. de his qui not. infam.* ℞. ad 2. Vocula (*patitur, ſive paſſus eſt*) ad tacitum conſenſum pertinet. ℞. ad 3. Et ibi verbum (*patitur, ſive permittit*) actum requirit, ex quo conſenſus elici poteſt. *l.* 8. §. 15. *D. quib. mod. pign. ſolv.*

Q. 3. *An* actio de in rem verſo *locum habeat, ſi filiusfam. pecuniam mutuo ſibi datam patri, donandi animo, dederit?*

℞. AFfirmo. Fund. Quia ſufficit filiumf. rem vel utilitatem patris auxiſſe. §. 4. *Inſt. quod cum eo, qui in alien. pot. eſt. &c. l.* 10. §. *fin. D. de in rem verſ.* & iniquum eſt, aliquem cum detrimento alterius locupletari. *l.* 14. *D. de condict. indeb.* Obſtat *d. l.* 10. §. *fin. in fin. ibi* (*inquit Vlpianus*)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſuum negotium gerens filius, ſi quid ſolverit, non eſſe de in rem verſo actionem. ℟. Id intellige de eo caſu, quo filius non convertit in rem patris. Tunc enim, ſi juſſu patris pecuniam mutuam acceperit, datur actio quod juſſu.

Q. 4. *An filiusf. etiam ex mutuo obligari & conveniri poſſit?*

℟. AFfirmo. Ratio, quia ex omnibus cauſis tanquam paterf. tenetur. *l.* 57. *D. de judic. l.* 39. *D. de oblig. & act.* 1. obſtat, *Mutuam pecuniam filiof. dare prohibet Sctm. Macedon.* §. *ult. Inſt. quod cum eo qui in alien. pot. eſt.* 2. obſtat, *Atqui nulla eſt civilis obligatio. l.* 10. *D. ad Sctm. Macedon.* 3. obſtat, *Iudicium ſine patris voluntate non conſiſtit. l. ult. in princ. C. de bon. quæ liber.* ℟. ad 1. Sc. hoc cum effectu, ut repetere poſſit creditor pecuniam. ℟. ad 2. ſc. efficax: enervata enim eſt per exceptionem Scti Macedoniani. huc refer *l.* 112. *D. de Reg. Iur.* ℟. ad 3. Sc. quoad bona de quibus *in d. l.* tractatur. Nota, *Pecunia* in d. Scto. intelligitur *numerata,* aliave res in fraudem ejus data. Vid. *l.* 3. §. 3. *l.* 7. §. 3. *D. ad Sctm. Macedon.* Idque ob promptam corruptelam, quæ hîc maximè ſubeſt. Et cum legi non ſatisfacit, qui ejus mente neglectâ ſcripto paret, hinc & ſententiam Scti. ad Oenopolas, Cereviſiarios, Fartores, Cupedinarios, ſimileſque, referre oportet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 5. *An* Senatuſc. Macedonianum *abſolutè & ſimpliciter creditori deneget actionem?*

℞. AFfirmo. Modò non ſubſit juſta cauſa excipiendi. *l.* 1. *in princ. l.* 7. *§.* 6. *D. ad SCtm. Macedon. §. fin. Inſt. quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt, &c.* Fund. quia turpia jure habentur impoſſibilia, ac nullum ſortiuntur effectum. *l.* 5. *C. de legib.* 1. obſtat, *Atqui competit exceptio. d. l.* 7. *§.* 1. *& ſeqq.* 2. obſtat, *Solutum à filiof. per errorem non poteſt repeti. l.* 40. *D. de condict. indeb.* ℞. ad 1. Non ſemper; at tunc, quandò dubitari poteſt, filiumf. mutuum accêpiſſe. Vid. *l.* 9. *D. de jurejur.* ℞. ad 2. Id verum eſt. Ratio, quia, licet actio nulla ſit efficax, ſupereſt tamen naturalis obligatio. *l.* 9. *in fin. l.* 10. 11. *D. de SCtm. Macedon.* Verum pater condictione ſine cauſa repetet, ſi id quod contra Senatuſconſultum filiusfam. ſolvit, conſumptum ſit. Fund. quia non cenſetur dominium pecuniæ tranſlatum, ſed exiſtere penes creditorem.

Q. 6. *An filiusfam. renunciare poſſit* beneficio Senatuſconſulti Macedoniani?

℞. HAudquaquam. DD. & in ſpecie Coſtal. *in l.* 11. *D. ad SCtm. Macedon.* Ratio 1. Quia non favore filii, ſed imme-

immediatè & principaliter favore patris, & odio fœneratoris factum eſt. *§. pen. Inſt. quod cum eo qui in alien. pot. eſt. junct. l. 1. l. 3. §. pen. D. d. t.* 2. Quia privatorum pactis juri publico derogari non poteſt. *l. 27. §. 4. l. 38. D. de pact.* At Reipub. intereſt, ne liberorum mores pecuniâ illis creditâ corrumpantur. *d. l. 1.* Huc pertinet illud Plauti *in Trinummo act. 1. ſcen. 2.*

Dediſti ne hoc pacto ei gladium, quî ſe occideret?
Quid ſecus eſt, aut quid intereſt, dare te in manum
Argentum amanti homini adoleſcenti, animi impoti,
Quò ædificaret ſuam inchoatam ignaviam?

3. Quia hâc ratione Senatuſconſultum eluderetur. *c. cum quod una. de Reg. Iur. in 6.* eique fraus fieret, contrà *l. 3. §. pen. D. ad SCtm. Macedon.* Hinc etiam exceptio Senatuſconſulti fidejuſſori & mandatori datur; ne, quod unâ viâ improbo creditori denegatur, id alterâ in eluſionem Senatuſconſulti conſequeretur. Covarruv. *in c. quamvis. de pact. in 6. p. 2. §. 3. n. 6. verſic. ego verò.* Mozz. *de contr. tit. de mutuo. rubr. quomod. mut. defic. n. 19.* DD. *communiter ad d. §. pen. tit. Inſt.* M. Aur. Galvan. *de uſuf. diſſert. Var. c. 20. n. 11.* Diſſent. Zaſ. 2. *reſponſ.* 18. 1. obſtat *l. 39. D. de oblig. & act.* 2. obſtat, *Favori ſuo quilibet renunciare poteſt. l. pen. C. de pact.* 3. obſtat, *Mulier SCto. Vellejano renunciare poteſt. l. ult. §. pen. D. ad SCt. Vellej.* excepto *caſu l. ult. C. quand. mul. tut. offic. Ergò & filiusf. Senatuſconſulto Macedoniano.* 4. obſtat, *Exceptio hujus*

Senatuſ-

Senatuſconſulti eſt odioſa. d. l. 1. *ergò reſtringi debet; & per conſequens, renunciare poteſt.* ℞. ad 1. Id procedit in iis, quæ ad ſolum filiumf. non verò ad alium pertinent. Deinde ab eo quod *d. l.* dicitur, excipitur *mutuum*, adverſus cujus actionem ſe perpetuò tueri poteſt. *l.* 44. *D. de condict. indeb.* ℞. ad 2. Id accipe de ſolo jure renunciantis: non autem, cum de favore tertii (puta patris) agitur. ℞. ad 3. Negatur conſeq. Ratio differentiæ 1. quia Senatuſconſ. Vellejanum in favorem mulieris: at Macedonianum, non tam in favorem filii, quam patris, & in odium creditoris, inductum eſt. 2. Quia Vellejanum tantum reſpicit nudam cauſam bonorum. *l.* 1. *§.* 1. *D. ad Senatuſc. Vellejan.* Macedonianum verò præcipuè publicam utilitatem intuetur. ℞. ad 4. Reſpectu filiorum & patrumf. nego. At reſpectu fæneratorum, concedo. Verum licet filiusf. beneficio Senatuſc. Macedoniani renunciare non poſſit, uſum tamen ejus & exercitium ſcienter omittere, & ſolvere non prohibetur. Ratio, quia hoc S.C. principaliter propter privatam parentum ſecuritatem, aut odium privatum fæneratorum, eſt introductum. *d. §. pen. Inſt. & l.* 1. *&* 3. *§. pen. præalleg. junct. l.* 40. *D. de condict. indeb.* Accedit, regulare eſſe, ut quiſque ſciens poſſit ſolvere indebitum. *l.* 9. *C. de condict. indeb.* quia donare videtur. *l. cujus.* 53. *D. de Reg. Iur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 7. An renunciatio Senatuſconſulti Macedoniani, juratò, Deo teſte adhibito, à filiof. facta, ſit obligatoria?

℟. SUperſtite patre, nullius eſt momenti. *l. 7. §. 16. D. de pact.* At eo defuncto, actio, aut ſaltem in foro conſcientiæ ſolutio à filio detrectari non poteſt. Licet enim Senatus juris executionem impediat, juſtitiæ tamen vim tollere non poteſt. At nil Juſtitiæ magis convenit, quam nolle alienum uſurpare, & cum alterius damno & injuria non locupletari. *l. 14. D. de condict. indeb. l. 206. D. de Reg. Iur.* Verum hoc procedit, niſi quis dolosè & fraudulenter in aleæ luſum, aliosve luxurioſos ſumptus pecuniam filiof. crediderit. Covarruv. *ad c. quamvis. p. 2. §. 3.* Tuld. *in tit. C. de Sc. Macedon.* D. Wiſſenb. *part. 1. diſp. in Pandect. 28. theſ. 32.* 1. obſtat *l. 29. D. de Reg. Iur.* 2. obſtat, *Iuramentum ſequitur naturam actus, cui eſt adjectum. l. fin. C. de non num. pecun.* 3. obſtat; *Illud juramentum eſſe videtur contra bonos mores, & vinculum iniquitatis. Ratio, quia liberos ære alieno obrutos ad quodvis flagitium invitat, & ad inſidiandum vitæ parentis impellit, quò ipſi egentes facilius ex hereditate ſatisfacere poſſint creditoribus.* 4. obſtat *l. 1. D. ad Senatuſconſ. Maced. ex quâ ſemper mutuum accipit filiusf. ad peccandum.* ℟. ad 1. *d. l.* intelligenda de eo caſu, quo ſolum tempus introducit obligationem: non autem de eo, quo ſucceſſu temporis (ut noſtro caſu) cauſa prohibitionis mutatur. ℟. ad 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Id eſt verum, cum juramentum obiter duntaxat incidit in id quod actum eſt. Secus verò ſe res habet, cum illud ad confirmandum contractum adhibetur. ℟. ad 3. Sententia noſtra intelligi debet de eo caſu, quo quis bona fide, citrà fraudem & dolum filiofam. pecuniam mutuo dedit. ℟. ad 4. Licet quidem id frequens cauſaque impulſiva Senatuſconſulti ſit, non tamen eſt perpetuum.

Q. 8. *Annon iniquum, actione noxali dominum ex maleficio ſervi tenêri?*

℟. NEquaquam. *princ. Inſt. de noxal. action.* Ratio, cum enim ſervus neque conveniri, neque judicio intereſſe, neque bona habêre poſſit, unde læſo ſatisfieret: Hinc, ne delicta manerent impunita, eique qui infortunium accepit conſuleretur, noxalis actio adinventa eſt. Obſtat *l. melior conditio.* 133. *D. de Reg. Iur.* ℟. d. regula noſtro caſu fallit. Sicuti & lucrum omittendo ſervus nocêre domino poteſt. *l. ult. C. de acq. poſſeſſ.* At obſervandum, ad crimina publica noxalem actionem non pertinêre. *l. 2. C. de accûſat. l. 12. §. omnibus. 4. D. eod.* Verum noxalis actio nunc exolevit, & dominus propter factum famuli (ſi ſc. deliquerit in eo officio ac miniſterio, cui illum præpoſuit) hodie convenitur. At olim noxali judicio nemo invitus alium defendere compellebatur. *l. 33. D. de noxal. action.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 9. An etiam bonæ fidei poſſeſſor noxali actione poſſit conveniri?

℞. QUod ſic. *l.* 11. *l.* 13. *D. de noxal. action. l.* 8. *D. de interrog. in jur. faciend.* Vid. Cujac. *tract.* 6. *ad African. in explicatione. l.* 28. *D. de noxal. action.* Fr. Raguell. *in l. apud antiquos.* 21. *C. de furt.* Domin. Arum. *diſput.* 18. *ad Pandect. theſ.* 8. 1. obſtat, *Bonæ fidei poſſeſſor dominium in actorem transferre non poteſt ; ergò noxæ deditione non liberatur. l.* 27. *§.* 1. *in fin. D. de noxal. action.* 2. obſtat *l.* 1. *§.* 1. *D. de ſerv. corrupt. Ibi qui bonâ fide ſervum emit, actione ſervi corrupti non tenetur.* 3. obſtat *l.* 27. *§. ſervi.* 3. *D. ad l. Aquil. Ubi ſervi occidentis nomine bonæ fidei poſſeſſor non tenetur.* ℞. ad 1. Negatur conſeq. Ratio, quia bonæ fidei poſſeſſor, cum dominus non ſit, non quidem tenetur, ut vel æſtimationem litis ſuſtineat, vel ſervum actoris faciat; id enim iniquum, & ei etiam impoſſibile eſt: ſed qualicunque noxæ deditione defungi poteſt, i. e. ſervum dimittere, & toto ſuo jure cedere neceſſe habet. Quo facto, licet ipſo jure non liberetur, inde tamen eadem utilitas redit ad actorem, ac ſi dominium reverâ acquiſiviſſet: Quapropter & domino ſervum vindicanti, nec æſtimationem litis offerenti, litis exceptionem opponit. *d. l.* 27. *in fin.* ℞. ad 2. Ubi bonæ fidei poſſeſſor ſuo nomine conveniebatur; & illum non teneri docet Ic. Ratio, quia is re propriâ abuti ſe putavit, nec dolo

dolo malo ſervum corrupit in fraudem domini. At nobis res eſt de actione noxali ipſius ſervi corrupti, eâque bonæ fidei poſſeſſorem teneri aſſerimus. ℞. ad 3. in caſu *d. l.* agitur de bonæ fidei poſſeſſore, qui quidem tempore delicti ſervum poſſederat, at tempore litis inſtituendæ jam poſſidere deſierat.

Q. 10. Cum animal quod ſenſu caret, injuriam feciſſe dici nequit. princ. Inſt. ſi quadrup pauper. feciſſ. dicat. An ergò propriè jus aliquod naturale hominibus cum beſtiis ſit commune?

℞. AFfirmo. Vid. & *Exercit. 2. quæſt. 1.* Ac dicitur illud jus, quod natura omnia animalia docuit. Ita Ulpian. *in l. 1. §. 3. D. de Iuſt. & Iur.* & Juſtinian. *in princ. Inſt. de Iur. Nat. Gent.* Uti & longè ante Ulpianum Demoſthenes *Orat. 1. in Ariſtonem* dixit; *Parentes colere eſſe legem naturæ, & hominibus & beſtiis poſitam.* Et Plutarch. *in vitâ Camilli; Legem naturæ eſſe, cujus & beſtiæ ſunt participes, ut imbecillior cedat, ac pareat potentiori.* Ratio 1. Quia omnia animalia, ſicuti à Deo ſunt creata, ita ex æquo jus aliquod ab eo habent, ad cujus conſtitutionem nihil præſtiterunt. 2. Quia *Ius naturale eſt regula, & ratio Dei omnipotentis, quâ actiones creaturarum ad finem & bonum ſibi conveniens diriguntur.* Ergò jus naturale omnibus indiſtinctè animantibus commune ſtatuatur, eſt neceſſe. Fund. 1. Quia alio-

alioquin quæ natura procreavit, ea & natura ipſa expoſuiſſe atque abjeciſſe videretur. Fund. 2. Quia (quoad bruta) Deus etiam Deus eſt; h. e. Creator, Moderator, & Gubernator. ni ergò ſit aliquod jus naturale, ſequeretur, beſtias hominibus longè præſtare: cum hi ſoli ſubeſſent imperio Dei, eorumque actiones Ducem & Rectorem requirerent. Fund. 3. Quia & actiones brutorum finem ſuum habent & metam ad quam gradiuntur. 1. obſtat, *Beſtiis non ineſt ratio; ergò juris ſunt incapaces.* 2. obſtat, *Hominibus nulla ſocietas cum brutis; ergò nec jus.* 3. obſtat, *Pecus eſt incapax injuriæ. d. princ. Inſt. ſi quadrup. pauper. ergò & juris.* 4. obſtat, *Finis juris juſtitia eſt, atque utilitas. At hæc inter bruta locum habere non poſſunt.* 5. obſtat, *Ius naturale eſt pars juris privati. §. ult. Inſt. de Iuſt. & Iur. At hoc ſolis hominibus competit.* 6. obſtat *l. 2. D. de leg. in fin. Ibi Marcianus ex Chryſippo beſtias à jure naturali excluſit.* 7. obſtat, *Omne jus hominum cauſa conſtitutum eſt (inquit Hermogenianus. l. 2. D. de ſtat. hom.) ergò nullum cauſâ brutorum.* ℞. ad 1. Negatur conſeq. Ratio, quia cum de Jure *in eſſe* deducendo tractatur, requiritur, ut is, qui imperium habet, imperet & regat cum ratione: at non ejus qui gubernatur & regitur ratio neceſſaria eſt. Hinc eleganter Ciceroni *lib. 1. de ll. lex naturalis* dicitur *recta ratio inſita in naturâ.* ſc. jubente; non etiam in iis quibus legem hanc natura præſcribit M. Aurel. Galvan. *de uſufr. diſſert. Var. cap. 5. n. 8.* ℞. ad 2. Antec. diſting. Licet enim nobiſcum cum brutis nulla ſit civilis atque politica ſocietas: ſufficit tamen

tamen in hac re naturalis. ℟. ad 3. Ad antec. licet incapax ſit injuriæ illius, quæ cum dolo & fraude eſt conjuncta: beſtia tamen injuriam infert ſine dolo, & per injuriam involuntariam à jure naturali aberrat. Hinc etiam nomotheſiâ Moſaicâ necari jubetur bos cornupeta, ſi hominem occiderit. Vid. *Exod.* 21. *verſ.* 28. *& ſeqq.* & quæ ibi notavit Rabbi Maimonides *in cod. Nizke Mammon. cap.* 10. §. 13. Unde cum pecus juris expers dicitur, id non de omni jure, ſed ſtrictè de jure legeque peccati exaudiendum eſt. ℟. ad 4. Juſtitia non eſt finis omnis juris, ſed ejus duntaxat, quod traditur hominibus ad virtutis bonum laborantibus. Deinde, licet non ea utilitas, quæ ſc. in bonis fortunæ, aut animi conſiſtit, derivetur ad bruta: bonum tamen naturale, quod æque jure naturali communi ad omnium animalium conſervationem ſpectat, ad illa refertur. ℟. ad 5. Ius naturale vel per ſe conſideratur: vel quatenus à Romanis ad artem uſumque proprium Romanum Civitatis eſt revocatum. Hoc caſu, jus naturale eſt pars juris privati. Illo non item. Nec etiam jus privatum *in d.* §. dicitur eſſe triplex, ſed tripartitum. i. e. jus privatum eſt unicum, ac totum humanum, ſed triplicem cauſam habet, prout legiſlatores Romani voluêrunt. ℟. ad 6. Non quod prorſus exleges eſſe beſtias Chryſippus arbitraretur, ſed quia duplicem naturam, communem & humanam conſtituiſſet, Marcianus ibi eam aſſumpſit legis naturalis deſcriptionem, quæ ad ſolam naturam humanam pertinet. Et hoc modo jus naturale,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

modò Iuſg. nominatur. Vid. *l.* 2. & 4. *D. de rer. diviſ.* & ſic de illo jure naturali loquitur, quod inter ſolos homines naturali ratione conſtituitur. ℞. ad 7. ſc. non ſimpliciter & indiſtinctè, ſed omne illud jus quod Civibus Romanis in uſu eſt. Nihil enim ad illus juris creationem homo contulit: quia non ab hominis ratione jus naturale proficiſcitur, ſed quod jam ante à natura perfectè conſtitutum erat, cum ratione ſuſcipit atque intelligit ſolus homo.

Q. II. *An actio quadrupedaria directa locum habet, ſi ſecundum naturam quadrupes damnum dederit?*

℞. MInimè. Dixi (*directa*) quia & utiliter ex edicto ſi quadrup. pauper. fec. agi poteſt. Verum ut actio, quæ hoc caſu directò uſurpatur, percipi poſſit, ita diſtinguendum videtur. Aut ultrò nocuit quadrupes: capra (ex. gr.) vites adroſit, porcus glandes, equus gramina in fundo alterius depavit. Aut impulſu alterius. Priori caſu, actio de paſtu pecoris ex lege 12. tabul. locum habet. *l.* 14. §. *fin. D. de præſcript. verb.* Paul. I. *ſent.* 15. §. I. Poſteriori verò, actione legis Aquiliæ, cum quâ actio de paſtu concurrit, inſtigans tenetur. *l. ult. C. de leg. Aquil.* & ibi Accurſ. & Cyn. *junct. d. l.* 14. *in fin.* Verum ſi meſſis adhuc in herba, ſegeſque nondum matura depaſta fuerit, non matura, ſed herbeſcens æſtimari debet. *arg. l.* 27. §. 25. *ſi olivam. D. ad l. Aquil. l.* 2. §. 3. *D. de privat. delict.* Menoch.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

noch. 2. *arbitr. caſ.* 149. *n.* 21. Diſſent. Argentr. *ad conſuet. Britann. art.* 386. *Gloſſ. unic.* Moribus verò hodiernis noxales actiones ferè exoleverunt, ac directò dominus quadrupedis, quæ nocuit, convenitur: qui ſi eam poſt pauperiem factam receperit, purè, citrà noxæ deditionem, pro arbitrio judicantis condemnatur: ſin verò quadrupedem deſeruerit atque dereliquerit, adverſis eum actio denegatur. Vid. Sand. 5. *deciſ. Friſ.* 7. *defin.* 5. Weſenbec. *in parat. D. ſi quadrup. pauper.*

Q. 12. *An ſi fera, quæ in alicujus eſt dominio, nocuit, rectè agatur ex* edicto ſi quadrup. pauper. feciſſ.?

℞. MInimè. *l.* 40. & *ſeqq. D. de ædil. edict.* §. 1. *Inſt. ſi quadrup. pauper.* 1. obſtat *d.* §. 1. 2. obſtat, *Quod competat actio l. Aquil. l.* 1. §. 4. 5. 6. 7. *D. eod.* ℞. ad 1. Id accipiendum de actione utili, non directâ. ℞. ad 2. Ibi non de ferâ, ſed de animali non naturâ fero, quod non motu proprio, ſed inſtigatu alterius damnum dedit, tractatur. Obiter hic notandum, licet conſuetudine pecus alienum in agro ſuo deprehenſum includi poſſit, donec damnum reſarcitum, vel cautio de eo præſtando facta ſit, id tamen à Jure civili eſſe alienum. Hoc enim jure pecus expellendum, vel dominus, ſi de eo conſtat, certiorandus, ut illud recipiat. *l.* 39. §. 1. *D. ad l. Aquil.* ſin autem ignoretur dominus, includendum, donec appareat. *arg. l.* 25. *D. ad l. Jul. de adulter.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

VIGESIMA-SEPTIMA,

Ad Tit. 10. 11. 12. 13. 14. Lib. 4. Inſtitut.

Q. 1. *An infamis jure civili poſſit eſſe procurator ad lites?*

℟. MInimè. 1. Quia infamis poſtulare prohibetur. *l.* 1. §. 8. *D. de poſtul.* 2. Quia procuratoris munus civile & publicum eſt. *l.* 2. *D. de Reg. Iur.* 1. obſtat *l.* 34. *C. de decurion. ubi procuratio infamiſsima vilitas appellatur.* 2. obſtat §. *ult. Inſt. de exception.* ℟. ad 1. Non ibi procuratoris munus ſimpliciter & indiſtinctè vile, vel infame nuncupatur, ſed innuitur, ei, qui curialem habet dignitatem, ob honorem quem ſuſtinet, ſervile & infame eſſe, fungi munere procuratoris. ℟. ad 2. Ibi nemo prohibetur coram judice conqueri de infamiâ procuratoris; ſed exceptio infamiæ (de quâ non conſtat) ad protelandas lites propoſita rejicitur. Intereſt enim reipub. & partium, lites minui, ocyus finiri, & abbreviari. *l. properandum.* 13. *C. de judic. l.* 2. *C. de re judic. l. fin. D. pro ſuo. l.* 2. *in*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

in princ. D. de aqu. & aqu. pluv. arcend. Hinc, intuitu publicæ utilitatis, hodiè litigantium jura oretenus & vivâ voce proponenda ſunt; ne alioquin per apices juris & legum ſubtilitates domi excogitatas & in ſcriptis conceptas, lites protrahantur, atque hominibus morti obnoxiis illæ reddantur immortales, ac ſæculo hoc contentioſo (quod plus ſcientiæ quam conſcientiæ habet) vivaces cornicularum atque cervorum ætates ſuperare deprehendantur.

Q. 2. An in dubio ex eo quis probetur eſſe procurator, quod inſtrumenta litis teneat?

℟. MInimè. Ratio, quia ad cuſtodiam demandata videntur. Quapropter ex hâc poſſeſſione cum levis duntaxat præſumptio pro poſſidente inducatur, conſultum eſt, cautionem de rato ab eo exigere. text. *in l.* 1. *C. mandat. Cautio ratihabitionis (inquit Antoninus) tunc exigitur à procuratore, quoties incertum eſt, an ei negotium mandatum ſit.* 1. obſtat, *Atqui tradito inſtrumento rei donatæ, res tradita intelligitur. l.* 1. *C. de donat.* 2. obſtat, *Atqui hæc inſtrumentorum traditio non debet eſſe otioſa.* ℟. ad 1. *in d. l.* id actum erat, ut fictitiâ illâ, aut potius ſymbolica traditione donatio perficeretur. i. e. probari poterat, ibi inſtrumenta pro re eſſe tradita. ℟. ad 2. Nec otioſa eſt, ſed operata videtur effectum cuſtodiæ, uti dictum eſt. *An verò ex ſolo temporis*

lapſu procurator quis conſtitutus cenſeatur? Haudquaquam. Quia ea quæ facti ſunt, ex tempore non præſumuntur, ſed probanda ſunt. Vid. Bald. *in l.* 1. *ſi ex falſ. inſtrum.* Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* 18. *n.* 144. Obſtat *l. unic. C. de uſucap. transform. l. fin. C. de præſcript. long. temp. l.* 3. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* ℞. Non ibi de facto, vel eo quod facti eſt, ſed de re & jure nobis competenti præſcribendo tractatur.

Q. 3. An judex à parte non rogatus poſſit procuratorem compellere, ut mandatum exhibeat?

℞. Affirmo. Quia & judicis intereſt, ne judicium per falſum procuratorem illudatur. *l.* 24. *C. de procurat. & ibi DD. &* Alexand. Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* 18. *n.* 154. Obſtat, *Iudex à parte non rogatus non impertit officium ſuum. l.* 4. *§.* 8. *D. de damn. infect. atqui hoc caſu non eſt rogatus; ergò, &c.* ℞. Major intelligenda de eo, qui nec in genere, nec in ſpecie rogatus eſt. Et hâc ratione minor negatur. Licet enim non in ſpecie, in genere tamen eſt rogatus. Deinde & major falſa eſt in iis, quæ non jura partium tangunt, ſed fidem & rei veritatem, ac legitimum procedendi ordinem concernunt. In hiſce enim ipſe judex cavêre debet, ne quid falſi committatur, aut aliud, per quod judicii ordinatio turbetur.

Q. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 4. *An* Clauſula de Rato *ſit inſerenda mandato?*

℟. NEgo cum Gloſſ. *in l. 65. D. de procurat.* Ratio, quia expreſſio ejus quod tacitè ineſt nihil operatur. *arg. l. 3. D. de leg.* 1. at ratihabitio tacitè ineſt mandato. Diſſent. Weſenbec. *in parat. ad tit. de procurat. n. 6.* Tholoſan. *Syntagm. jur. lib. 49. tit.* 47. 1. obſtat *d. l. 65.* 2. obſtat *l. 10. C. eod.* 3. obſtat *l. 60. §. 4. D. mandat.* ℟. ad 1. *in d. l.* non formula neceſſariò ſervanda præſcribitur, ſed conſilium datur, quo quis providè per epiſtolam ad adverſarium directam poſſit conſtituere procuratorem. ℟. ad 2. Ibi de plenâ poteſtate agendi, quæ eſt ex voluntate & verbis domini, tractatur. ℟. ad 3. Non ibi proponit Scævola formam ubique & in omnibus ſequendam, ſed enarrat eam, quæ de facto à Lucio Titio data erat.

Q. 5. *An is qui mandatum non habet, ſit audiendus, ſi paratus ſit cavêre* de rato?

℟. NEg. ſc. ſi pro procuratore nec ulla præſumptio ſit, nec probatio. *arg. l. 1. C. de procurat.* Ratio, quia conſtitutio procuratoris facti eſt, & propterea ab allegante probari debet. Obſtat, *Cautio ratihabitionis tunc exigitur à procuratore, quoties incer-*

incertum eſt, an ei negotium mandatum ſit. ℞. *in d. l.* cauſa erat dubia, vel incerta,

Q. 6. *An* domini (qui ſc. pendente judicio ſupervenit) *valeat ratihabitio, ſi falſus procurator obtinuit?*

℞. AFfirmo. *l. licet. 65. D. de judic.* huc pertinet *l. ult. C. ad Senatuſconſultum Macedonian.* Fund. 1. Quia lite pendente dubius & incertus eſt ejus eventus. 2. Ne alias proceſſu deſtructo partes magnis ſumptibus graventur. Obſtat, *Atqui judicium nullum eſt, ſi falſus procurator inveniatur. l. licet in principio. 24. C. de procurat. Ergò fruſtrâ adhibetur ratihabitio.* ℞. Antecedens procedit eo caſu, quo qui deprehenditur falſus (ut talis) obtinuit ſententiam. At noſtro caſu ſupervenientiâ domini ratum habentis negotium ſublata cenſetur falſitas. Tunc enim quod maximè utile eſt obſervari debet. *arg. l. 3. D. de offic. Prætor. l. 51. in fin. D. ad l. Aquil.* At ſententiam à falſo procuratore obtentam (cum jam res certa ſit) dominus ratam habêre non poteſt. *d. l. 24.* Nec obſtat *l. 14. C. eod.* 1. Quia ibi nulla falſitas erat commiſſa. 2. Quia id favori minoris, qui ibi ipſe egit, tribuendum eſt.

Q. 7.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 7. *An procurator ad agendum datus, dominum in reconventione defendere cogatur?*

℟. NEquaquam. Ratio, quia fidem ſuſceptam impleviſſe ſufficit. *l. invitus. 17. C. de procurat.* 1. obſtat *l. 33. §. pen. D. de procurat. æquum Prætori viſum eſt (inquit Iuriſconſ.) eum qui alicujus nomine agit, ejuſdem etiam defenſionem ſuſcipere. l. 5. C. eod.* 2. obſtat, *Qui aliquid ſe facturum recepit, ſimul omnia promiſiſſe videtur, ſine quibus promiſſum expediri non poteſt. l. 56. ad rem. l. 62. ad legatum. D. eod. arg. l. 2. D. de juriſdiction.* ℟. ad 1. In d. locis agitur de procuratore non habente mandatum. Fund. Quia de eo ſermo eſt, qui ſatiſdationem rem ratam dominum habiturum præſtare debet. *d. l. 33. §. 3.* at eam non præſtat, qui mandatum habet. *l. 1. C. eod. §. ſin autem. 3. Inſt. de ſatiſdation.* ℟. ad 2. Ergò & ſufficit, eum, qui ad certum actum datus eſt, ea præſtitiſſe, ſine quibus actus ille expediri non poteſt. Secus verò ſe res habet in eo, qui non ad agendum, ſed ad cauſam ſimpliciter conſtitutus eſt.

Q. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 8. *An procurator ſimpliciter datus, ſi ſuccumbat, appellare teneatur?*

℞. EUm appellare poſſe, tradit *l.* 17. *C. de procurat.* invitumque tenêri. *l.* 9. *C. de appellat.* alioquin præſtabit id quod intereſt. Idque adeo verum eſt, licet vel aliunde dominus reſciverit eum ſuccubuiſſe. *c. non injuſtè.* 14. *X. de procurat.* Fund. Quia omnia illa facere debet, quæ in illo judicio fieri poſſunt. Vid. *quæſt. præced.* 1. obſtat, *Per ſententiam lis eſt finita, ergò & procuratoris officium.* 2. obſtat, *Certioratus non eſt certiorandus. l.* 1. *in fin. D. de act. empt.* ℞. ad 1. Antecedens verum eſt, ſc. quoad partes in illa inſtantia, & judicem in illâ cauſâ. Vid. *l.* 55. *D. de re judic.* falſum verò, quoad procuratorem. Niſi ad certum actum à procuratione ſeparatum conſtitutus inveniatur. ℞. ad 2. Id procedit, niſi ad officium alicujus *agere* pertineat, vel, ni egerit, certiorare illum, de cujus re agitur. *An verò cauſas appellationis reddere ſit obſtrictus?* Affirmo. Niſi perſonæ vel rei qualitas ſit impedimento. *l.* 46. *§.* 3. *&* 4. *D. d. l.* 17. *C. de procurat.* 1. obſtat *d. l.* 17. 2. obſtat *l. pen. C. eod.* 3. obſtat *l.* 10. *C. de appellat.* ℞. ad 1. Provocatio iſta intelligitur tam introducenda, quam proſequenda. ℞. ad 2. *d. l.* non probat, cum tantum corpori juris ſit inſerta ex reſtitutione Cujacii, quem Vid. 13. *obſerv.* 5. ℞. ad 3. Ibi de actore à curatore dato tractatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 9. An procurator ad inſtantiam primam expreßè datus, cogatur provocationem ab interlocutoriâ à ſe inſtitutam perſequi?

℞. AFfirmo. 1. Quia iſta provocatio eſt appendix, & veluti pars iſtius inſtantiæ. 2. Quia ex iiſdem actis *in d.* caſu fertur ſententia. Clementin. *appellat. de appellat.* Obſtat, *Atqui exceßit fines mandati.* ℞. Id falſum eſt. Fund. Quia ipſi omnia mandata intelliguntur, ſine quibus negotium peragere nequit, per *ll. in quæſt.* 7. allegatas.

Q. 10. An dolus vel negligentia procuratoris, adverſario non colludente, præjudicetur domino?

℞. DIſting. Quoad jus adverſarii, affirmo. *l.* 1. *§. fin. D. quand. appelland. & ibi* Bartol. Oldend. *claſſ.* 1. *act.* 2. Ratio, quia ſibi imputare debet, quod tali cauſam ſuam peragendam commiſerit. Quoad ipſum procuratorem, nego. text. *in l.* 10. *C. de procurat.* Fund. Ne alicui per fraudem & malitiam alterius iniqua condicio inferatur. *l. de pupillo. §. ſi plurimum. D. de oper. nov. nunt.* Obſtat, *Atqui procurator, qui jus dicenti non obtemperavit, ipſe punitur. l. unic. §. 2. D. ſi quis jus dicent. non obtemp. Ergò dolus procuratoris non nocet domino.* ℞. Negatur conſeq. Antecedens

cedens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

cedens enim intelligitur de contumaciâ graviore, ſive de delicto procuratoris, qui executioni ſe oppoſuit. At eo caſu, non dominus, ſed ipſe puniendus eſt. Ratio, quia nemo præſumitur alteri mandaſſe, ut delinqueret. At nobis de dolo in cauſâ, qui alias contumacia ſimplex ſeu levior vocatur, ſermo eſt. Inſt. *Atqui & dolus delictum eſt.* ℟. At non tale de quo *in d. l. unic.* §. 2. Sed quia procurator deliquiſſe cenſetur reſpectu domini mandantis, hinc etiam illi ſatisfacere tenetur. *An verò dominus hoc caſu in integrum reſtituendus ſit, ſi procurator non ſit ſolvendo?* Neg. *l.* 10. *C. de procur. l.* 23. *in fin. D. de min. in verbis (ergò & ſi procuratorio nomine minor circumſcriptus ſit, imputari debet hoc domino, qui tali commiſit ſua negotia.)* 1. obſtat, *Ex juſtâ cauſa nunquam denegatur reſtitutio. l.* 1. *in fin. l.* 26. §. *fin. D. ex quib. cauſ. maj.* 2. obſtat *d. l.* 23. *in verſic. ſed ſi eventu.* ℟. ad 1. At juſta cauſa hîc non eſt, niſi colluſio partis cum procuratore probetur. Nemini fraus ſua prodeſſe debet. *l.* 1. *l.* 7. §. 9. *D. de dol. mal.* aut quod lucrum datâ operâ percêperit ex dolo procuratoris, ut puta, ſi quæ litis inſtrumenta ei volenti ſubtraxerit. *arg. l.* 12. *in princ. D. de furt.* Tunc enim, cum quaſi dolus ſit in ipſâ re ex parte adverſarii, iſque manifeſtum lucrum percipiat ex damno domini, hinc ille reſtitui volens etiam audietur. Vid. *l.* 3. §. 1. *D. de eo per quem fact. erit.* ℟. ad 2. Ibi de minore, qui per eventum damnificaretur, res eſt.

Q. 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An ſententia contra procuratorem ſit executioni mandanda?*

℞. MInimè; Sed contra dominum. *l.* 61. *D. de procurat. l. ſi ſe.* 4. *D. de re judic.* Quod & in eo procedit, qui idoneo mandato inſtructus cavit de rato. Vid. Gomez. *var. reſol. tom.* 3. *c.* 1. *n.* 12. Fab. *in rational. ad d. l.* 61. 1. obſtat, *Atqui ſententiæ executio conformis ſit libello, eſt neceſſe. l. pen. & ult. C. de execut. rei judic.* 2. obſtat, *Procurator eſt dominus litis.* ℞. ad 1. Rectè; ergò ut ſecundum libellum in commodum procuratoris ſententia non fertur, ita nec in ejus incommodum ferri debet. *l.* 10. *D. de Reg. Iur.* ℞. ad 2. Diſting. Litis dominus eſt, quoad litem inſtruendam & ordinatè peragendam, concedo. Quoad verò percipiendam rem & utilitatem ex lite peracta & deciſâ, nego. Hoc enim ſenſu aliis inſervire, eorumque periculo litigare dicitur.

Q. 12. *An rectè dicatur in l.* 2. *D. de exception.* Exceptio eſt quædam quaſi actionis excluſio?

℞. AFfirmo. Obſtat, *Exceptio dilatoria non excludit actionem. l.* 3. *d. t. & §. temporales.* 10. *Inſt. eod.* ℞. In perpetuum, concedo. Ad certum tempus, nego. Duplex enim eſt excluſio, perpetua, vel temporari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

poraria. Quarum illa actionem interficit, & vires principalis negotii exhaurit. At hæc vulnerat tantum, & judicium ad tempus diffundit. Illa exceptioni peremptoriæ competit; hæc dilatoriæ.

Q. 13. An exiſtimetur abſolutè, plenè, & directò confiteri, ut ſc. ſibi noceat, qui exceptione utitur?

℞. NEg. *l. 9. non utique. D. de except.* adde *l. 9. C. eod. cap. 63. de Reg. Iur. c. cum venerabilis. X. de except.* Unde ſi quis exceperit de eo in quo militati juſta præſumptio pro excipiente (utputa vir frugi allegat, ſe ad neceſſariam ſui defenſionem hominem diſſolutum & nequam occidiſſe) procul dubio deliraret, qui inde ſimplicem homicidii confeſſionem elicere vellet: cum re ipſa homicidii voluntarii, quod pænam gladii meretur, ſit negatio. Verum, cum vir bonus non præſumatur quem dolo malo & ſtudio occidiſſe, præſtat excipienti hoc caſu credere: cum & alioquin in dubio ſatius ſit, nocentem dimittere, quam innocentem damnare. 1. obſtat, *Atqui talis ex neceſſariâ conſequentiâ confitetur homicidium.* 2. obſtat, *Qui ſolviſſe ſe dicit, debitum tacitè confitetur. Omnis enim privatio præſupponit habitum.* 3. obſtat, *Factum allegánti incumbit probatio. l. 5. in princ. & §. 1. l. 19. D. de probat.* ℞. ad 1. ſc. neceſſarium. At ab ulteriori probatione ob vitæ integritatem liberatur.

Secus

Secus ergò, ſi d. præſumptio ceſſet. ℞. ad 2. & 3. Cum iſtis caſibus non militet præſumptio pro excipiente, de intentione adverſarii confiteri videtur, niſi ſuam probet exceptionem. *d. ll. l.* 1. *C. de ſolut.* Vid. Zaſ. *in d. l.* 9. Cujac. 9. *obſerv.* 36. & Gothofr. *ad l.* 4. & 5. *D. ad l. Aquil.*

Q. 14. *An omnis exceptio dilatoria ante litem conteſtatam ſit opponenda & probanda?*

℞. Affirmo. *l.* 4. 8. *pen. & ult. C. de except. l. ita demum.* 13. *l. licet.* 24. *C. de procur.* Ratio, cum enim ad ea pertinent, quæ judicium potiſſimum conſtituunt, judicio conſtituto (*inquit Arum. exerc.* 19. *theſ.* 6.) præpoſterè agitur de eo conſtituendo. 1. obſtat *d. l.* 24. *ex quâ exceptio falſi procuratoris* (*quæ tamen dilatoria eſt*) *etiam poſt ſententiam poteſt opponi.* 2. obſtat *l.* 19. *C. de probat. Exceptionem dilatoriam opponi quidem initio, probari verò, poſtquam actor monſtraverit, quod adſeverat, oportet.* ℞. ad 1. Sc. cum poſt eam ſcientia falſitatis ſupervenit. ℞. ad 2. Exceptio dilatoria vel perſonam, vel cauſam afficit. Qualis eſt (ex. gr.) pacti de non petendo. Illa *declinatoria*; Hæc verò nomen generis retinet, & in ſpecie *dilatoria* nuncupatur. At de hâc *d. l.* 19. accipitur. Vid. Sichard. *ibid.* At noſtra aſſertio in omni exceptione dilatoria perſonam afficiente procedit. Nota; omnem exceptionem dilatoriam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

quæ penitus vi perimendi non caret, licet alias magis differat, quam perimat obligationem, ex æquitate etiam poſt judicium acceptum opponi poſſe. Vid. Wiſſenb. 2. *part. diſp.* 25. *theſ.* 8.

Q. 15. An exceptio peremptoria, i. e. ea quæ obligationis vel actionis ſubſtantiam perimit, qualis eſt exceptio Senatuſconſulti Macedoniani, Vellejani, doli, compenſationis, &c. etiam poſt litem conteſtatam ante ſententiam poſſit opponi?

℞. AFfirmo. *l.* 3. *D. de except. l.* 4. 8. 9. *C. eod.* Fund. Cum enim judicio conſtituto, rem, de quâ agitur, feriunt, reumque relevant, conſequens eſt, eas, quamdiu judicium durat, procul dubio opponi poſſe. 1. obſtat *d. l.* 8. & 9. & *l.* 9. *C. de præſcript. long. temp. Quæ litiſconteſtationem requirunt.* 2. obſtat *l.* 1. *C. de jur. & fact. ignor. ubi poſt ſententiam exceptionem peremptoriam objicere licet.* ℞. ad 2. Diſting. Inter judicia bonæ fidei & ſtricti juris. In illis, cum ipſo jure omnes exceptiones inſint. *l.* 3. *D. de reſcind. vend.* litiſconteſtatio non eſt neceſſaria. At in hiſce, cum non ita inſint, diverſum placuit Donello 24. *comm.* 2. ℞. ad 2. Id militibus cum Jure ſpeciali ſit tributum, aliis vidêtur ademptum.

Q. 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 16. Cum exceptioni rei judicatæ *locus ſit*, *quandò* eadem res, *inter* eaſdem perſonas, ex eadem cauſâ, *vertitur l.* 3. 5. 7. 12. 13. 14. 21. *§*. 1. *D. de except. rei judic. An ea opponi poſſit ei, qui* partem *petit poſtquam* totum *petiiſſet?*

℟. AFfirmo. Pars enim in toto eſt. *d. l.* 7. Nec refert, utrum in corpore hoc quæratur, an in quantitate, vel jure, putâ uſufruct. &c. *Eadem res ſive corpus* dicitur, etſi auctum ſit, vel diminutum, aut aliter immutatum. *d. l.* 14. exempla vid. *in d. l. 7. princ. §:* 1. *& ſeqq. l.* 21. *§.* 1. *& l.* 26. *D. eod. Eædem perſonæ*, quarum nomine intelliguntur, non modò principales, ſed & quæ in earum locum ſuccedunt, quæque rem in judicium deducere poſſunt, ut procurator, tutor, curator, Syndicus. *l.* 4. *junct. l.* 9. *§. fin. l.* 11. *§.* 3. 7. *D. eod. Eadem cauſa* quoque requiritur; quia ex alia cauſâ iterum agere licet. *l.* 9. *C. ſi ex falſ. inſtrum. jud. ſit.* Vid. *l.* 9. *in princ. & ult. D. d. t.* Obſtat, *Atqui aliud pars eſt, quam totum.* ℟. In theſi, & per ſe, concedo. In hypotheſi quoad exceptionem rei judicatæ, neg. Unde in hâc re, ſi quis ex eadem cauſâ agit, pars non differt à toto. Secus, ſi ex cauſâ diverſâ. *An eâ exceptione ſummoveatur,*

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

qui de eadem re (ſed alia actione) ex eâden cauſâ, iterum agit? Affirmo. *d. l. 7. §. pen* Duaren. *comment. ad eund. tit. c. ult.* Lice enim cauſa, ex quâ immediatè agitur, induca aliquam diverſitatem, non tamen diverſum genus actionis parit.

Q. 17. *An exceptio doli, vel metus ſit neceſſaria?*

℟. Affirmo. Per *tot. tit. D. de dol. mal. & met. except. §. 1. Inſt. de action.* Actus enim dolo vel metu majoris mali extortus, licet abſolutè non ſit ſpontaneus, pro voluntario tamen habetur: utpote voluntate ex duobus malis minimum eligente. At quod quis metu compulſus ex conſilio fecit, ſimpliciter eſt voluntarium. Ariſtotel. 3. *Ethicor. 1.* Hinc coactus adire hereditatem, ipſo jure efficitur heres. *l. 21. §. pen. D. quod met. cauſ.* & qui compulit alium, ut ei rem ſuam traderet, fur non eſt. *l. 14. §. 12. D. eod.* ita & qui in furto deprehenſus vel adulterio quid promiſit vel dedit, ne vinciretur, vel occideretur, aut proderetur, aut ne inteſtabilis fieret (ut loquitur Plautus *in Curculione*) tenetur. 1. obſtat *l. 6. qui in aliena. §. ult. in fin. D. de acq. hered.* 2. obſtat, *Dolo vel metu geſta ſunt ipſo jure nulla. Ratio, quia in iis nullus eſt conſenſus. l. 116. D. de Reg. Iur.* 3. obſtat, *Coacta voluntas etiam eſt voluntas.* ℟. ad 1. Ibi coactus ſimulavit ſe velle adire. At *in d. l. 21. §. pen.* quis coactus voluit. ℟. ad 2. Non ſemper, ſed aliquandò dolo vel metu

metu geſtum, eſt ipſo jure nullum. Ita in carcerem detruſus pecuniæ extorquendæ cauſâ, ſi quid promiſerit, nullius momenti eſt promiſſio. *l. 22. D. eod.* Vid. *l. 7. D. de dol. mal.* Deinde, & ratio falſa eſt, uti ex jam dictis apparet. ℟. ad 3. Sed non libera & integra. *d. l. 116.* hinc & actio intentata per hanc exceptionem redditur inefficax. *An ergò voluntas cogi poſſit?* ut plurimis difficultatibus occurratur, inter actum elicitum (ſive *τὸ velle*) & actum imperatum, i. e. qui mediante aliâ potentiâ exercetur: ut ambulare, loqui, ſcribere, &c. diſtinguendum eſt. Priori modo, quo minus actus exerceatur, per violentum impediri non poteſt. Secus autem modo poſteriori. Et notandum, *quoties id quod vim patitur nihil confert, actus prorſus eſt involuntarius, nec ullam pænam meretur.*

Q. 18. *An ſententiâ abſolutoriâ extinguatur ipſo jure obligatio civilis?*

℟. NEquaquam. *§. item ſi. 5. Inſt. de except. & ibi Theophil.* attamen, quia abſurdum, bis de eâdem re agi; hinc, ne judicia fiant irrita, & ne litium modus multiplicetur, exceptio rei judicatæ orta eſt. 1. obſtat, *Illa ſententia non tollit obligationem naturalem. l. Iulianus. 60. D. de condict. indeb. Ergò tollit civilem.* 2. obſtat, *Sententia condemnatoria parit actionem. l. 6. §. fin. D. de re judic. Ergò abſolutoria tollit obligationem.* ℟. ad 1. Negatur conſequentia. Docetur enim *in d. l.* eum, cui à debitore perperam abſoluto ſolutum

 eſt,

eſt, retentione poſſe uti, eò quod naturaliter obligatus ſit. Hinc illud Juvenal. *Satyr.* 13.

- - - - Nemo nocens abſolvitur, improba quamvis
Gratia fallaci Prætoris vicerit urnâ.

℟. ad 2. Conſequentia eſt inconſequens. Sententia enim condemnatoria ideò gignit actionem; quia judicatum inducit quandem novationem. *l. ult. C. de uſur. rei judic. & ibi DD.*

Q. 19. *Cum exceptionibus peremptoriis annumeretur exceptio* Senatuſconſulti Vellejani, *an ergò mulier huic renunciare poſſit?*

℟. CUm hoc beneficium non ſit merè juris publici, ſed præcipuè ad privatum commodum mulieris pertineat, dubium non eſt, quin ei renunciare mulier, ſaltem juratò, poſſit. Vid. *c.* 2. *de pact. in* 6. *junct. c.* 28. *X. de jurejur.* Vid. *l.* 1. *& auth. Sacramenta. C. ſi adverſ. vendit.* Et non tantum mediante juramento, ſed & citrà illud, in inſtrumento tam privato quam publico renunciatio facta valet. *l. fin. §. pen. D. ad Senatuſconſ. Vellejan.* 1. Quia unicuique favori pro ſe introducto renunciare licet. *l. pen. C. de pact.* 2. Quia in mulieris arbitrio poſitum eſt, exceptionem hanc in judicio non opponere. *l. ſi judex.* 41. *D. de minor.* Vid. Cujac. 19. *obſ.* 34. Fachin. 2. *controv.* 59. Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. ad Senatuſconſultum Vellej.*

Vellej. Diſſent. Theſtaur. *deciſ.* 222. Carol. Molin. *de uſur. q.* 18. *n.* 294. Berlich. *part.* 2. *concl.* 19. Arum. *exercit.* 19. *theſ.* 8. 1. obſtat, *Ius publicum privatorum pactionibus mutari non poteſt. l.* 38. *D. de pact.* 2. obſtat, *Filiusfam. Senatuſconſulto Macedoniano renunciare non poteſt.* 3. obſtat, *Mulier eâdem levitate ad renunciandum induci poteſt, quâ pro aliis quoque intervenit.* ℞. ad 1. Id non intelligendum de jure, quod authoritate, ſed quod objecto tenus publicum eſt. At beneficium Senatuſconſulti Vellejani, ratione objecti, juris eſt privati. ℞. ad 2. Ratio differentiæ, quia principaliter *Vellejanum* in favorem mulieris inductum eſt. At non ita *Macedonianum.* ℞. ad 3. Negatur. 1. Quia in ea, utpote naturâ tenaci, tam facilis renunciatio non præſumitur. Fund. Quia renunciatio ſapit donationem. hæc verò à muliere facta non præſumitur, ſed miraculi penè loco habetur. 2. Quia cum edocta de ſuo jure æquè renunciavit, pertinacia, non fragilitas cenſetur. Vid. Philipp. Matth. *ad l.* 2. *D. de Reg. Iur. n.* 27. *&* *ſeqq.*

Q. 20. *Reus primum pactus cum creditore, ne à ſe peteret, poſteà rurſus, ut à ſe peteret. An hoc pactum noceat fidejuſſori?*

℞. NEquaquam. Ratio, quia pacti exceptio ſemel acquiſita fidejuſſori, amplius ei invito extorquêri non poteſt, ut ait Furius Anthianus *in l. ult. D. de*

 pact.

pact. Obſtat *l. 27. §. 2. D. eod.* ℞. 1. *in d.l. ult.* æquitas: *in l. verò. 27. §. 2.* Jus ſummum dominatur. Ratio, quia, ut ſe obſtringat fidejuſſor, ſtricto jure, ſtipulatio exigitur. 2. Quod *in d. l. 27. §. 2.* fidejuſſores, de novo, atque eâdem ratione, quâ reus, ſe obligavit. Cujac. *in d. l.* Pacius 1. *antinomiar.* 98. Schotan. *in Exam. Iurid. ad tit. de pact.*

Q. 21. *An exceptio pacti reo competens, proſit fidejuſſori?*

℞. PActum illud vel realiter (ut ne peteretur) vel perſonaliter (ne à debitore peteretur) eſt conceptum. Priori modo, affirmo. Fund. *in l. & heredi. 21. §. ult. D. de pact. §. ult. Inſt. de replicat.* Poſteriori modo; nego. *l. 22. D. eod.* uti nec hodie, eo ſc. caſu; quo regreſſus adverſus debitorem non datur. Ut ſi donandi animo fidejuſſerit. *l. 32 D. eod.* vel pro prodigo, aut furioſo interceſſerit. *l. 25. D. de fidejuſſ.* vel in rem ſuam fidem interpoſuerit. *l. 8. D. qui ſatiſd. cogunt.* Verum nunc nulla iſtius pacti perſonalis eſt utilitas 1. Quia fidejuſſor beneficium ordinis habet quo, niſi prius diſcuſſis omnibus facultatibus rei, conveniri non poteſt. *Novell. 4. c. 1.* At hoc alterius pacto ipſi auferri nequit. 2. Quia ſi quid fidejuſſor pro reo ſolvit, ejus recuperandi cauſa cum eo habet actionem mandati. *§. ult. d.t. Inſt.* Pyrrh. Maur. *in tract. de fidejuſſor. 2. part. princ. ſect. 9. §. 14.* Vid. Bachov. *comm. ad tit. de pact.*

Q. 22

Q 22. An fidejuſſori competat exceptio pacti, quo debitor pactus eſt cum creditore, ne à fidejuſſore petatur?

℟. NOn eſt dubitandum. *l.* 27. §. 1. *D. de pact.* Obſtat *l.* 73. §. *ult. D. de Reg. Iur.* ℟. d. Regula fallit, quandò paciſcentis intereſt, ab obligationis nexu alterum liberari. Vid. §. *fin. Inſt. de replicat. l.* 21. §. *fin. D. de pact.* At è contrà notandum, pactum fidejuſſoris non prodeſſe reo; ſc. niſi propria fidejuſſoris ſit obligatio. qualis eſt ejus, qui in rem ſuam ſpopondit. *l.* 24. *D. eod.* ut ſi uxor pro marito, cum ab eo fundus dotalis peteretur, ſpoponderit. *l.* 8. §. 1. *in fin. D. qui ſatiſd. cog. An verò pactum fidejuſſoris, ne à reo petatur, etiam proſit reo?* Nequaquam. Pacta enim non egrediuntur perſonas. *l.* 27. §. 4. *in fin. D. de pact.* Nec etiam fidejuſſoris intereſt, obligationem debitoris diſſolvi. *l.* 23. *D. eod.* verum actori petenti objicietur exceptio doli. *l.* 25. §. *ult. & l. ſeq. D. eod.* Quæ ſubſidiaria eſt, quoties exceptio pacti ipſo jure competere nequit. Vid. *l.* 10. §. *fin. l.* 16. *in princ. D. eod.* 1. obſtat *l.* 28. §. 1. *D. de jurejur.* 2. obſtat *l.* 13. §. 7. *D. de acceptil.* ℟. ad 1. Per juramentum totum ipſum debitum tollitur, & fit quædam quaſi novatio. *l.* 26. §. *fin. & l. ſeq. D. eod.* ℟. ad 2. Etiam per acceptilationem debitum pro ſoluto eſt. §. 1. *junct. princ. Inſt. quib. mod. tollit. obligat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

VIGESIMA-OCTAVA,

Ad Tit. 15. 16. Lib. 4. Inſtitut.

Q. 1. *An interdicta ſint actiones in rem, an in perſonam?*

R. WEſenbec. *in paratit. de Interdict. n.* 7. Vultej. 2. *Iuriſpr. Rom. c.* 21. *n.* 4. & 16. aliique, interdicta actionibus realibus annumerant. Mindanus *comm.* 7. *de interdict. n.* 41. & *ſeqq.* & Bachov. *tract. de action. diſp.* 3. *theſ. ult.* aliqua ſaltem volunt eſſe actiones mixtas. At cum Donello *in rubric. C. d. t. n.* 7. & *DD.* communiter, verius dicentur perſonales. 1. Quia ex facto principaliter competunt. §. *ult. Inſt. de interdict.* Vid. *l. competit.* 16. §. *in ſummâ.* 2. *D. quod vi aut clam.* at omnis actio in factum eſt perſonalis. §. *ult. Inſt. de leg. Aquil.* 2. Quia ad certam perſonam referuntur, hinc Ulpiano *in l.* 1. §. 3. *D. de interdict.* Interdicta omnia vi ipſa perſonalia eſſe dicuntur. 3. Quia etiam in heredes dantur. *l.* 1. §. *ult. D. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſ. erit.* nec competunt in ter-

tium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

tium poſſeſſorem. *l. 7. D. de vi & vi arm.* actio verò realis contrà ſolum poſſidentem movetur. *l. 36. & ult. D. de rei vindic. l. 1. C. ubi in rem act.* 1. obſtat, *Omnia interdicta in rem videntur concepta. d. l. 1. §. 3.* 2. obſtat, *Atqui interdictum* quorum bonorum, *Iure dominii*; Salvianum, *jure pignoris movêri videtur. Ergò non omnia interdicta ſunt in rem.* ℞. ad 1. Eſto; ergò in rem non ſunt. Licet enim actio quod metus cauſâ, ſit in rem ſcripta. *l. 9. §. ult. D. quod met. cauſ.* re ipſâ tamen perſonalis eſt. *l. 31. Inſt. de action.* verum Interdicta *videntur* in rem. 1. Quia dantur ob poſſeſſionem. 2. Quia generaliter, ſine deſignatione certæ alicujus perſonæ, ad quam diriguntur, ſcripta ſunt. ℞. ad 2. Et hæc interdicta principaliter poſſeſſionis cauſam reſpiciunt. Vid. *quæſt. ſeq. in princ.*

Q. 2. An ergò interdicta poſſeſſionis cauſam contineant?

℞. OMnia interdicta (ſc. principaliter) de poſſeſſione & uſu rei tuendo ſunt concepta. *princ. & §. 4. Inſt. de interdict.* at per conſequentiam, iis quoque adjuncta eſt cauſa proprietatis. Fund. Quoniam ille vincit in hoc uſu, qui jus, de cujus uſu quæritur, ad ſe pertinêre probaverit. *l. 3. §. ait. §. hoc autem. D. de itin. actuque priv.* 1. obſtat, *Atqui quædam interdicta de poſſeſſione agere non videntur.* Ut (ex. gr.) ſi agatur, ne quid in loco publico vel itinere fiat; ut in flumine publico navigare liceat; de ripâ munienda, &c. 2. obſtat,

ſtat, *Quædam interdicta proprietatis cauſam continent. l. 2. §. 2. D. de interdict.* 3. obſtat, *Interdicta* maximè *de poſſeſsione aut quaſi dantur. princ. Inſt. eod.* ℟. ad 1. & 2. Id falſum eſt. Vid. diſtinctionem in principio hîc propoſitam. Deinde, ea pauca, atque ferè de rebus publicis, nulla, aut ſaltem pauciſſima de rebus privatis ſunt. ℟. ad 3. At inde, quædam excipienda eſſe, quæ cauſam proprietatis, non autem poſſeſſionis reſpicerent, elici nequit.

Q. 3. *An plures, eodem ſc. reſpectu, ex eâdem cauſâ, eandem rem in ſolidum poſſint poſſidêre?*

℟. MInimè. *l. 3. §. 5. D. de acquir. poſſeſſ. l. duo in ſolidum. 19. D. de precar.* Ratio 1. quia unum corpus in duobus locis, & duo in eodem loco ſimul eſſe, natura non permittit. 2. Quia niſi res vacua ſit, poſſideri non poteſt. *l. 3. D. de action. empt.* at vacua dici nequit, quæ nunc ab alio detinetur. 3. Quia poſſeſſor rem animo domini detinet. at ut dominium, ſic nec animus domini penes duos in ſolidum eſſe poteſt. Gothofr. *ad d. l. 3. §. 5.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de acq. poſſ.* 1. obſtat *l. 15. §. 18. D. de damn. infect. ubi plures mittuntur in ſolidum in poſſeſsionem.* 2. obſtat *l. 1. D. uti poßid. uti poßidetis (ait Prætor) quominus ita poßideatis, vim fieri veto. ergò plures eandem rem totam poßident.* 3. obſtat *l. 3. D. eod. ubi, ſi uterque ſe poßidere contendat, neuter*

ter vincet, neuter vincetur. 4. obſtat *l.* 15. §. 4. *D. de precar. ubi & qui precariò rogavit, & is qui dedit, poßidet.* ℟. ad 1. Sic ſc. ut concurſu ſimul poſſideant. ℟. ad 2. Negatur conſeq. Quia hiſce ſolum indicatur, Edictum generaliter in quoſvis poſſeſſores eſſe conceptum. ℟. ad 3. *d. l.* non ita accipienda, ac ſi uterque in ſolidum rem reverâ poſſideret: verum, quod in interdicto *Uti poßidetis*, ſi quis ſe animo poſſidêre juſtâ ex cauſâ, alium verò vi, aut clam, aut precariò, non tamen ab ipſo domino, aſſerat, uterque diverſo reſpectu pro poſſeſſore habeatur. Unde, non tantum dominus, qui ſolus verè poſſidet, ſed & clancularius poſſeſſor, conventus ſc. ab extraneo, rectè hoc interdicto experitur. *l.* 1. 2. *l.* 4. *D. uti poßidet.* ℟. ad 4. Id verum eſt, ſed diverſo modo. Poſſeſſio enim conſideratur vel propriè, vel impropriè & abuſivè, pro quavis detentione. Poſſeſſio priori modo ſumpta penes eum eſt, qui rem affectu domini habet; & hoc ſenſu, qui dedit, ſolus poſſidet. *l. 6.* §. 2. *D. de precar.* Poſteriori verò modo, uſufructuarius, & is qui precariò accepit, poſſidere dicetur. *l.* 1. §. *per ſervum.* 15. *D. de acquir. poſſeſ. l.* 4. *D. de precar.*

Q. 4. An ſi filiifam. ab aliis inviti detineantur, eorum nomine adverſus detentores interdictum exhibitorium patri competat?

℞. OMnino. *§. 1. Inſt. de interdict. l. 1. princ. & §. 1. D. de liber. exhib.* vel actione præjudiciali agit, vel etiam officium judicis imploratur. *l. 1. §. 2. D. de rei vindic.* at hoc interdictum, non ſolum poſſeſſionis, ſed & proprietatis cauſam continet. Non enim in eo ſolum quæritur, an exhibendi ſint liberi? ſed etiam an noſtri ſint? Uti enim eorum eſt quædam quaſi poſſeſſio; ita & quaſi proprietas cenſetur illud jus patriæ poteſtatis. de quo in *d. l. 1. §. 1. D.* & jus patronatus. de quo *l. talem. 51. §. 1. D. de hered. inſtit.* Obſtat, *Atqui ex hâc cauſâ datur vindicatio. l. 1. §. 2.* ℞. Negatur. Et quod ex *d. l.* allegatur, id concernit illam peculiarem ex lege Romuli patriam poteſtatem (de quâ Halicarnaſſæus *lib. 2.*) quâ filium alteri diſtrahere, patri licuit. Vid. Ulpian. *in fragm. tit.* 10. Hinc non ſimpliciter, ſed adjectâ cauſâ (*ex lege Quiritium*) quâ jus quoddam dominii pater habuit, filiumf. vindicare patri conceditur. *d. l.* Quod diximus de jure patris, cum filius non ſuâ ſponte ab alio detinetur: idem marito (quoad ſc. interdictum exhibitorium, actionem præjudicialem, vel officium judicis) reſpectu uxoris competit. *l. 2. D. de liber. exhib.* & ſponſo reſpectu ſponſæ; domino reſpectu vaſalli; & reipub. reſpectu civis,

civis, ſaltem utiliter accommodatur. De poteſtate viri in uxorem, & quatenus ejus legibus ſit alligata. Vid. Alexand. Jaſon. *in l. miles. §. qui judicati in fin. D. de re judic.* Clar. *in practic. crimin. quæſt.* 65. Tiraquell. *in tract. de legib. connub. in* 1. *l. n.* 12. *& ſeq.* & licet uxores ex cauſâ leviter verberare viris concedant DD. per *l.* 8. *§* 2. *junct. auth. ſed novo jure. C. de repud. c. duo iſta.* 23. *q.* 4. Bald. *in l. ſi filius. C. de patr. pot.* Decius *in l. ut vim. n.* 22. *D. de juſt. & jur.* Signor. Homod. *conſil.* 63. Turpe tamen id & periculoſum nobis jure habetur.

Q. 5. An etiam Interdicta duplicia dicantur, quod quædam ſint tam adipiſcendæ, quam recuperandæ poſſeſſionis?

℞. AFfirmo. Quædam enim mixtam naturam habent, tam adipiſcendæ, quam recuperandæ poſſeſſionis. Paulus *in l.* 2. *§. ult. D. de interdict. in fin.* Sic interdictum *ne vis fiat ei, &c.* eſt adipiſcendæ poſſeſſionis. *l.* 1. *§.* 1. *&* 3. *D. ne vis fiat.* & recuperandæ. *d. §.* 3. Diſſent. Fab. & Cujac. *d. loco.* 1. obſtat *l.* 1. *D. eod. Ibi quædam duplicia dixit Ic. Ergò in d. §. ult. idem non repetit.* 2. obſtat, *Adipiſci & recuperare ſibi invicem opponuntur. Sicut enim nemo adipiſcitur, quod anteà habuit; ita nemo recuperat, quod anteà non habuit.* ℞. ad 1. Negatur conſeq. licet & *in d. princ. & §. ult.* duplicia quædam eſſe interdicta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

dixerit, non tamen propterea ſequitur, utrobique eodem modo dicta eſſe duplicia. Sic & judicia diviſoria duplicia duobus modis dicuntur. 1. Quia in iis uterque tam actoris, quam rei vices obtinet. *l.* 10. *D. fin. regund. l.* 2. *§.* 3. *D. famil. erciſ.* 2. Quia tam in perſonam, quam in rem concipiuntur. *§.* 20. *ſuprà Inſt. de act.* ℞. ad 2. Id procedit, quandò unâ vice, & eodem caſu quis utroque interdicto ſimul vult experiri. At ſententia Icti. *in d. l.* 2. *§. ult.* hæc eſt, eſſe quædam interdicta duplicia, i. e. ita comparata, ut iis vel ad adipiſcendam, vel ad recuperandam poſſeſſionem, agere liceat.

Q. 6. *An interdictum* quorum bonorum, *quod adipiſcendæ poſſeßionis eſt. §.* 3. *Inſt. de interdict. etiam competat vero heredi?*

℞. HOc bonorum poſſeſſori, cui juſtâ ex cauſâ (præſertim ab inteſtato) bonorum poſſeſſio eſt delata, directò datur. *l.* 1. *& D. l.* 2. *&* 3. *C. quor. bonor.* Utiliter, etiam cuilibet heredi, ad conſequendam poſſeſſionem bonorum defuncti. Menoch. 1. *adipiſc. n.* 8. *&* 33. Diſſent. Donell. *in rubric. d. t. C. n.* 3. *&* 7. *comm.* 14. *in fin.* Commodum hujus interdicti in eo verſatur, quod ſufficiat, quem ſimpliciter probare (ex. gr.) ſe filium eſſe, & ad hereditatem vel bonorum poſſeſſionem auctoritate magiſtratus vel judicis eſſe ad-

admiſſum. At in hereditatis petitione, etiam exceptiones (quod ſc. quis non ſit ex illo defuncto natus, aut non legitimus, aut ex alio quam defuncto conceptus, &c.) examinantur. *l. 3. §. ibidem. 13. D. ad exhib. l. judices. 9. C. de Iudic.*

Q. 7. An interdictum Salvianum etiam competat adverſus quemcunque debitorem?

℞. Directò adverſus ſolum conductorem, vel ex cauſâ conductionis debitorem, pro poſſeſſione rerum ab ipſo in fundum inductarum, datur domino, cui pro penſione obligatæ ſunt. *l. 1. & tot. tit. D. & C. de Salv. interd. §. adipiſcendæ. 3. Inſt. eod.* Donell. *ad l. 1. C. d. t.* Menoch. *remed. 3. adipiſc. n. 20. & ſeqq.* Utiliter verò etiam contrà quemvis debitorem, aut poſſeſſorem. *l. 1. §. 1. D. de Salvian. interd.* Cujac. *5. obſ. 24.* Diſſent. Hotomann. *in d. §. 3.*

Q. 8. An avocata per interdictum quod legatorum *poſſeſſione rei legatæ, quam propriâ autoritate ſibi occupaverat legatarius, ei nihilominus ſalva ſit actio legati?*

℞. Affirmo. *l. 1. §. 2. D. quod legator.* verum hoc intelligendum de eo, qui ſine vi poſſeſſionem, cum vacaret, & nec-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

& necdum ab herede apprehenſa foret, occupavit; vel in poſſeſſionem legati ſervanda cauſâ miſſus eſt. *l.* 1. *§.* 9. *D. eod.* Obſtat, *At qui rem ſuam, vel debitam propriâ auctoritate occupat, jus ſuum amittit. l.* 13. *D. de eo quod met. cauſ. l. pen. D. ad leg. Iul. de vi privat. §.* 1. *Inſt. de vi bon. raptor.* ℞. Id procedit in iis, qui poſſionem rerum apud alios conſtitutam vi invadunt, & extorquent.

Q. 9. *Num vi dejecto detur interdictum* Uti poſſidetis?

℞. NEgo. Quia illi interdictum *unde vi*, ſive recuperandæ poſſeſſionis competit. At *uti poßidetis* eſt retinendæ poſſeſſionis, ſive non reſtitutorium, ſed prohibitorium. *l.* 1. *D. uti poßidet.* Deinde, quia poſſidêre, & non poſſidêre, ſunt contraria. At *uti poßidetis* poſſeſſorem tuetur, & dejicienti adverſus quoſlibet turbare volentes competit. *l.* 1. 2. *D. uti poßidet. l. ult. D. de acquir. poſſ.* Is verò qui dejectus eſt, eo ipſo, quod ſe dejectum profitetur, non poſſidet. *l. naturaliter. D. de uſucap.* Donell. *ad l. unic. C. uti poßid.* Diſſent. Menoch. *de retin. poſſeſſ. n.* 35. 1. obſtat, *Atqui dejectus perinde habetur, ac ſi poßideret. l.* 17. *princ. D. de acq. poſſeſſ.* 2. obſtat, *At qui per vim occupavit, vel dejecit, poßidere non videtur.* ℞. ad 1. Id procedit in damnis & fructibus. *l.* 1. *§. rectißimè.* 34. *D. de vi & vi armat.* non etiam in uſucapione. *l.* 5. *D. de uſucap.* non in interdictis. *l.* 2. *§. pen. D. de vi & vi armat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

l. 3. §. *qui ſi. D. de acq. poſſeſſ.* ℟. ad 2. Ratione facti, nego. Ratione & effectu juris, concedo. At poſſeſſio ex ſolo facto æſtimatur.

Q. 10. *An qui turbatus poſſeßione, ignarus juris & fori, rei vindicationem inſtituit, interdictum* uti poſſidetis *dein poſtulare poſſit?*

℟. AFfirmo. *l. naturaliter.* 12. §. 1. *D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Vid. Cujac. 25. *obſerv.* 34. *in fin.* 1. obſtat, *Qui ſemel actionem inſtituit, is in eâ ad finem litis perſeverare tenetur. auth. qui ſemel. C. quomodo. & quand. jud.* 2. obſtat, *Vindicans rem fatetur adverſarium poſſeſſorem eſſe. l. officium.* 23. *D. de rei vindic. Ergò qui vindicat rem, poſſeßioni renunciavit.* ℟. ad 1. Id limitatur, ſc. niſi juſta erroris cauſa ſubſit, cur actionem mutare poſſit. ℟. ad 2. Negatur conſequentia. Vid. *d. l.* 12. §. 1. Non enim renunciaſſe, ſed avocaſſe poſſeſſionem videtur. Ita is qui agit de ingenuitate (dicens ſe ingenuum eſſe) non libertinitati. *l. pen. C. de ingen. manum.* Aut qui familiæ erciſcundæ intentat, petitioni hereditatis renunciaſſe cenſetur. *l.* 37. *D. famil. erciſc.* uti nec is qui negavit, poſtmodum exceptione uti prohibetur. *l.* 43. *D. de Reg. Iur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An defuncto in poſſeſſione turbato, heredi ejus competat Interdictum* uti poſſidetis?

℟. BAldus *in c. licet. X. de probat.* & Menoch. *remed. ret. poſſ. n.* 63. affirmativam defendunt. Negativam tamen ut veriorem amplecti lubet. Fund. Quia hoc interdictum tuetur poſſeſſorem: at poſſediſſe heres non videtur, niſi naturaliter apprehenſâ poſſeſſione. *l.* 23. *D. de acquir. poſſeſſ.* Obſtat *l.* 138. *D. de regul. Iur.* ℟. Quod d. regula proponit, id ad continuationem eorum quæ ſunt Juris, non facti (uti eſt poſſeſſio *l.* 1. *§.* 4. *D. de acq. poſſ.*) pertinet. Hinc non otioſè Ic. temperamenti notam *ferè l.* 193. *D. eod.* inſeruit. Covarruv. 3. *reſolut. c.* 5. *n.* 6. Menoch. *remed. recup. poſſeſſ. q.* 36. *n.* 363.

Q. 12. *An interdictum* unde vi *etiam ad res mobiles extendatur?*

℟. HOc interdictum (quod eſt recuperandæ poſſeſſionis.) ei accommodatur, qui vi de poſſeſſione fundi vel ædium dejectus eſt. *§. 6. Inſt. de interdict.* ut ei vi amiſſa poſſeſſio reſtituatur. *l.* 1. *§. eſt igitur. D. uti poßidet.* Quapropter vel principaliter de mobilibus tractatur. Vel incidenter & per conſequentiam. Illo caſu, nego. *l.* 1. *§.* 6. *D. de vi & vi arm.* tunc enim vel actione furti,

vel

vel vi bonorum raptorum, vel interdicto ad exhibendum, agere oportet. Hoc affirmo. Unde, ſi in fundo vel ædibus mobilia ſint, ea & ad hoc interdictum pertinent. *l.* 3. §. 16. *D. eod.* nec diſtinguo, utrum ſint in dominio, nec ne. *d. l.* 1. §. 33. 1. obſtat *l.* 1. §. 45. *D. eod. Non alii, quam ei (ait Ulpianus) qui poßidet, interdictum unde vi competit.* 2. obſtat *d. l.* 1. §. 4. ℞. ad 1. Legendum cum Hotomanno 7. *obſerv.* 6. & Donell. 15. *comment.* 31. *Non poßidet.* aut cum Hugone Grotio *Florum ſparſione ad d. l.* 1. *poſſedit.* ℞. ad 2. Principaliter tantum de rebus ſolo cohærentibus hoc interdictum proponitur. Incidenter verò etiam mobilibus applicatur: uti dictum eſt.

Q. 13. *An defuncto de poſſeßione dejecto, heres ejus poſſit expediri Interdicto* unde vi?

℞. MInimè. Fund. Quia illi ſoli interdictum recuperandæ poſſeſſionis datur, qui tunc cum dejiceretur, poſſedit. *l.* 1. §. *interdictum.* 23. *D. de vi & vi armat.* At poſſeſſio, niſi naturaliter apprehenſa fuerit, ad heredem non pertinet. Vid. *quæſtion. præced.* 1. obſtat, *Defunctus & heres una quodammodò perſona eſſe videntur.* Novell. 48. *in præfat.* 2. obſtat, *Heres ſuccedit in univerſum jus defuncti. l.* 24. *D. de verb. ſignif. l.* 62. *D.* de Reg. Iur. 3. obſtat *l.* 1. §. 44. *D. de vi & vi armat.* ℞. ad 1. Ergò in omnibus

bus & per omnia non ſunt. ℟. ad 2. Quod poſſeſſio ſit facti. ℟. ad 3. Iſtud interdictum hæredi & cæteris ſucceſſoribus tunc competit, quandò ſc. heres non ex propriâ, ſed ex perſonâ defuncti, hoc interdicto, ad vindicandam vim atrocem defuncto illatam & perſequendam rem contendere vult. *l. pen. D. eod.* Vid. Thoming. *deciſ.* 11. *num.* 15. *& ſeq.* Panormitan. *in c. ſignificaverunt. X. de teſtib.* Et licet vi Statuti in heredes tranſeat poſſeſſio, non tamen heredi defuncti de poſſeſſione dejecti, illud interdictum competet. Nemo enim poſſeſſionem, quam moriens non habuit, in heredem transferre non poteſt. *l.* 54. *D. de Reg. Iur.* Chaſſan. *ad Conſuet. Burg. rubr.* 7. §. 1. *le mort ſaiſit le viſ. verſic. quinto limita.* Covarruv. 3. *reſol. c.* 5. *n.* 6. Menoch. *remed. recup. poſſeſſ. q.* 36. *n.* 363.

Q. 14. *An litiſconteſtatio ſit initium inſtituti judicii?*

℟. AFfirmo. Quia per eam judicium verè & efficaciter conſtituitur, & ſic quaſi-contrahitur, & quaſi fit novatio. *Auth. litigioſa. C. de litigioſ. junct. l.* 3. §. 11. *D. de pecul. & l.*29. *D. de novat.* tunc enim publicè intereſt, ut judicium plenum habeat effectum. Vid. *l.* 30. *D. de judic.* 1. obſtat §. *ult. Inſt. de pæn. temer. litig. in princ.* 2. obſtat, *Ex citatione in pluribus oritur præventio. Ergò per eam judicium inſtituitur. l.* 19. *D. de juriſ-*

jurisdiƈt. l. ſi quis. 7. D. de judic. 3. obſtat, *Sola citatio rem reddit litigioſam. Novell.* 112. *c.* 1. ℞. ad 1. Id non accipiendum de principio inſtituti, ſed inſtituendi Iudicium. ℞. ad 2. Negatur conſeq. Inde enim ſic concludendum potius; ergò neceſſariò ibi judicium eſt inſtituendum. *d. l.* 10. & 7. ℞. ad 3. Id privilegii loco citationi eſt tributum, ut ſimulac ea facta ſit, res dicatur ligitioſa. Idque non ſolum in actione reali, ſed & perſonali obtinet. *l.* 2. *C. de litigioſ.*

Q. 15. *An nuncio publico in ſua relatione ſit credendum?*

℞. DIſting. In iis, quæ officium ſuum concernunt, affirmo. Ut (exemp. gr.) ſi referat, citationem à ſe factam, aliudve quod ab eâ dependet, aut connexum eſt (puta, citatum dixiſſe, *ſe nolle venire*, aut ſententiam ſe executioni mandaſſe, nullaque bona ſibi deſignata fuiſſe.) Vid. Gail. 1. *obſerv.* 54. *num.* 4. Guid. Papa *quæſt.* 628. Mynſing. 5. *obſervat.* 51. Schotan. *in Exam. Iurid. ad tit. de in jus voc. circà finem.* In aliis verò, nego. Ut (ex. gr.) ſe à citato læſum, verberibus, aut injuriâ affectum, &c. Paul de Caſtro *conſil.* 273. adde Maſcard. *de probat. conſil.* 1119. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 13. Aut ſi referat, eum, quem ut fidejuſſorem pro aliquo citavit, fidejuſſionem agnoviſſe.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Nec enim ex hâc ſolâ relatione condemnandus, ſi fidem ſe interpoſuiſſe poſteà negaverit, ſed interceſſionis controverſæ legitima probatio exigetur. Ant. Fab. *lib.* 4. *C. tit. de probat. defin.* 38. Joann. Papon. *lib.* 6. *tit.* 7. *de oſtiar. arreſt.* 9. Obſtat, *Unius teſtimonio non eſt habenda fides. l.* 20. *D. de quæſtion. l.* 9. *§.* 1. *C. de teſtib.* ℞. Id limitandum, ſc. niſi in eo, quod quis ex officio ſuo fecit, deque eo inſuper juravit. Quæ enim officium teſtimonium perhibentis non concernunt, in iis, licet etiam claræ curiæ præfulgeat honore, ſoli dicenti non eſt credendum. *d. l.* 9. *§.* 1. Quod verò ad *d. l.* 20. attinet, ibi de re ſummi præjudicii, ſc. torturâ tractatur. Nec enim licêre debet, ut propter unius teſtimonium eculeo quis imponatur, & tormentis quaſi dilaceretur, & cum membris fama, vita, & bona valetudo luxentur. Verum, an & quatenus torturæ uſus in repub. Chriſtiana ſit ferendus. Vid. *Exercit.* 31.

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM VIGESIMA-NONA,

Ad Tit. 17. & ad Princ. §. 1. & 2. Lib. 4. Inſtitut.

Q. 1. An Chriſtianus bonâ conſcientiâ magiſtratus officio fungi poſſit?

R. Affirmo. 1. Quia omnis poteſtas eſt ordinatio Dei, ejuſque vicem, ad ſcelera & flagitia pænis removenda, & virtutes præmiis promovendas magiſtratus gerit. Rom. 13. *verſ.* 1. 4. *Per me Reges regnant* (inquit Prov. 8. *verſ.* 15.) *& legum conditores decernunt juſtitiam. Ipſe conſtituit Reges, & Regna transfert.* Daniel. 2. *verſ.* 21. adde *l. inter claras. C. de ſumm. Trinit.* 2. Quia ipſe Deus auguſtiſſimum ſuum nomen cum magiſtratibus communicavit Pſalm. 82. *verſ.* 8. & RegumPrincipumque titulos paſſim in ſacris ſibi attribuit. 3. Quia judices & magiſtratus in omnibus portis conſtituendos eſſe, Deus præcepit. Deut. 16. *verſ.* 18. uti & populo ſuo Duces, Judices, & Reges dedit, ſuamque per eos defendi Eccleſiam, & regi populum voluit: ut exemplo *Moſis, Ioſuæ, Samuelis, Davidis, Salomonis,*

Eze-

Ezechiæ, Ioſaphati, Ioſiæ, &c. eſt manifeſtum. Unde etiam ſancti & glorioſi Duces fuerunt. 4. Quia, quò minus magiſtratus (quà talis) Deo ſervire, & oſculari filium ejus poſſit, nil impedit. Pſal. 2. *verſ.* 11. 12. 5. Quia ut omnis à ſocietate humanâ avertatur confuſio, ne homines ut feræ ſolitariæ vagarentur, magiſtratus eſt conſtitutus. Cum ſine eo, nec Iuſtitia (vinculum & coagulum vitæ) vigere, nec ſecuritas ubique & tranquillitas regnare poſſint. 6. Cum etiam nulla gens tam fera ſit, quæ magiſtratum ſuum non habeat; adeoque, & magiſtratus veſtigia inter bruta conſpiciantur: ejus conſtitutio ad naturæ legem & Iuſg. referenda eſt. At lex naturæ & Iuſg. à Deo hominum cordibus inſculptum eſt. Rom. 12. *verſ.* 14. 15. 1. obſtat, *Homines plerumque eligunt magiſtratum. Ergò non eſt à Deo.* 2. obſtat, *Tyrannis, Superbia, Ambitio, Violentia, Avaritia, Immiſericordia, &c. non ſunt à Deo. Ergò magiſtratus Tyrannicus non eſt ordinatio Dei.* 3. obſtat 1. *Samuel.* 8. *verſ.* 6. 4. obſtat. *Luc.* 22. *verſ.* 25. 5. obſtat, *Chriſtus in libertatem nos vindicavit. Gal.* 5. *verſ.* 1. ℟. ad 1. Negatur conſeq. Ratio, quia electus ille etiam eſt à Deo (tanquam cauſâ principali) per homines ſc. qui cauſæ inſtrumentales ſunt. At cauſa inſtrumentalis (uti notum eſt) non tollit principalem, ſed eam ponit. ℟. ad 2. Negatur conſeq. Diſtinguendum eſt enim inter vitium & officium magiſtratus, ſive abuſum poteſtatis & imperandi auctoritatem per ſe conſideratam. Licet ergò Tyrannis, &c. non ſit à Deo, ſed à Diabolo; ipſe tamen magiſtratus Tyrannicus à Deo eſt, utpote qui juſto ſuo Iudi-

udicio malis habenas laxat, eoſque ob peccata opuli regnare ſinit. Vid. Oſe. 13. *verſ.* 11. *o tibi Regem in irâ meâ* (inquit Iehova) *& re-pio furore meo.* Vid. 1. Samuel. 8. *verſ.* 7. *& eqq.* Quapropter cuivis magiſtratui propter ominum obedire, 1. Petr. 2. *verſ.* 13. eique, ropter conſcientiam, ſe ſubjicere quiſque te-etur. Rom. 13. *verſ.* 5. niſi impoſſibilia fortè : legi divinæ contraria, quorum præſtatione Deus offenderetur, ejuſque leges violarentur, im-eraret. Si enim *innocentem occidere, idola adorare, veritate deficere, perjurium committere, &c.* ræciperet: tunc ſervanda regula, *obedire Deo agis oportet, quam hominibus.* Actor. 5. *verſ.* 29. ℟. ad 3. Poſtulatio de Rege conſtituendo, on abſolutè & in univerſum Deo diſplicet. Sed um Iſraël plus fiduciæ homini tribueret, quam uo Deo, atque regiminis ab eo conſtituti per-æſus, aliam ei quaſi formam imperandi præ-criberet, gentilibuſque conformari, quam ſorte ælitus immediatè oblatâ acquieſcere, mallet, inc ibi (in hypotheſi) poſtulatio populi de Rege n Iſraële conſtituendo Deo diſplicuit. ℟. ad 4. Non omnibus Chriſtus, ſed duntaxat ad Eccleſia-ſtica munera vocatis mundi dominatu interdixit. ℟. ad 5. At inde non ſequitur; ergò ab obe-lientiâ magiſtratui ſæculari debitâ ſumus ex-mpti. Libertas enim (de quâ d. loco) nihil liud eſt, quam à poteſtate ac dominio peccati, Satanæ, & mortis æternæ, per Chriſtum parta nobis liberatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 2. *An rudis juriſque ignarus, poſſit eſſe Judex?*

℞. DIſting. cum Hotomann. *Illuſtr. quæſt.* 28. Aut quæritur de magiſtratu ſeu Iudice ordinario. Et affirmo. Ratio, quod is plerunque militiæ armatæ addictus, arma magis, quam litteras callêret, & non ipſe, ſed peritorum adſeſſorum conſilio jus diceret. *l.* 2. *D. quod quiſq. jur.* Aut de judice pedaneo, i. e. de eo, qui certo negotiorum generi (de quo h.) præfectus eſt. & nego. 1. Quia judicis eſt, liti, cui datus eſt, finem imponere. *Novell.* 82. *in præfat. & c.* 2. at literarum imperitus hoc præſtare nequit. 2. Quia judici in quovis negotio conſiderandum, quid juſtum aut injuſtum ſit: eique in judicio ad legum & juris normam reſpiciendum. *Exod. cap.* 18. *verſ.* 21. *princ. Inſt. de offic. Iudic. l.* 14. *C. de Iudic.* at hoc ab eo fieri nequit, in quo ſcientia juris deſideratur. 3. Quia judex ſi per imperitiam malè judicavit, litem ſuam facit. i. e. periculum & damnum litis alienæ in ſe transfert. *princ. Inſt. de oblig. quæ quaſ. ex delict. naſc.* 4. Quia abſque Juris cognitione ſocietas humana non poteſt eſſe ſalva. Quapropter Reipub. in quâ terræ filii, & fratres ignorantiæ (ut ajunt) dominantur, anchoræ ſalutis deeſſe videntur. Sæpè enim illorum ignorantia haud felicius calamitatem innocentis averſa eſt, ac ſi equus C. Caligulæ, quem conſulatum capeſſere voluit (Sueton. *in Caligul. c.* 55. *in fin.*) id muneris obiiſſet. 1. obſtat, *Quidam illiterati à naturâ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

naturâ præclaris ingeniis præditi ſunt. 2. obſtat, *Doctrina cum immodeſtia videtur conjuncta. Imperiti enim agnoſcentes ſuam imbecillitatem, legibus ſimpliciter obtemperant, atque ex æquo & bono judicant. At docti non rarò plus quam leges ſapere volunt.* 3. obſtat, *Indocti, peritos, qui legum placita explicant, conſulere poſſunt.* 4. obſtat *l. 17. C. de judic.* 5. obſtat, *Conſuetudo.* ℞. ad 1. Eſto; certius tamen judicat juriſperitus, ut & qui naturali judicio valet, & judicio inſuper legibus confirmato. Non enim facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgavit. ℞. ad 2. Hæc Idiotarum peritos ut plurimum odio proſequentium confictio eſt. Contrà verò, ignorantiæ comites eſſe iniquitatem & immodeſtiam, docet comicus in Adelph.

Homine imperito (inquit) *nunquam quicquam injuſtius:*
Qui niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.

℞. ad 3. At laudabilius per ſe, quam per alios, rem gerere & judicare. Quid enim turpius judici, quam ea, quæ judicio ſunt determinanda, ab aliis diſcere, & aliunde rectè judicandi formulas emendicare? ℞. ad 4. *d. l.* aſſertionem noſtram confirmat. ℞. ad 5. Non quid fiat, ſed quid fieri debeat, conſiderandum. Nec enim corruptela morum jus invertere poteſt, aut rationem. Breviter; ut quis boni judicis officio rectè fungatur, duplex in eo ſal (ſcientiæ ſc. & conſcientiæ) requiritur: ſine illo inſipidus: ſine hoc eſt diabolicus. Bald. *in l. 2. C. de ſentent. ex breviloq. recit.* Nec enim vir bonus eſt, qui (ut DD. Barbarè ajunt) Diabolum ſub cappâ habet.

Q. 3. *An cæcus judicis officio fungi poſsit?*

℞. AFfirmo. *l. 6. D. de judic. l. 1. §. 5. verſic. cauſam. D. de poſtul.* Ratio 1. Quia juris peritus eſſe poteſt. 2. Quia non corporis, ſed mentis cæcitas judicandi facultatem adimit. Vid. Canon. *Apoſtol.* 76. 3. Quia, cum objectis non impeditur, intentius cuncta contemplatur. 4. Quia, cum oculis eſt orbatus, minus quoque affectibus movetur: atque ita ad juſti cognitionem & diſcretionem haud inidoneus. Duaren. 1. *diſput. anniverſ. c.* 23. Hotomann. *Illuſtr. quæſt.* 28. Donell. 17. *comment.* 24. Weſembec. *in parat. de judic. num.* 10. 1. obſtat, *Poſtulare non poteſt. d. l.* 1. §. 5. *Ergò nec judicare.* 2. obſtat, *Sententia ex ſcripto eſt recitanda. l.* 1. *C. de ſentent. ex brevil.* 3. obſtat, *Non pauca ſunt, quæ rectè dijudicari non poſſunt, niſi judicum oculis ſubjiciantur.* Ut (ex. gr.) ſi de finibus, de terminis agrorum, de teſtibus examinandis, de ſcripturâ inſpicienda & cum aliis conferenda, & ſimilibus, diſputetur. ℞. ad 1. Diſparatorum diſparata eſt ratio. Cæcus ideò prohibetur poſtulare, quod inſignia magiſtratus videre, & revereri non poſſit. *d. l.* 1. §. 5. at hæc ratio ceſſat in judice. ℞. ad 2. ſc. vel per ſe, vel per alium. At hoc poſterius cæcus poteſt. ℞. ad 3. Illa, quæ ocularem inſpectionem requirunt, excipiuntur. Bartol. *in d. l.* 6. & ibi Accurſ. Petr. Greg. Tholoſ. *lib.* 47. *c.* 1. *Syntagm. Iur.* Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

rum cæcus licet à munere judicandi non arceatur, magiſtratus tamen fieri non poteſt. l. §. 5. Perſæ ne luſcum quidem ad Regni principatum, aliamve dignitatem (teſte Procopio) admittebant.

Q. 4. *An magiſtratus ſibi, aut ſuis (i. e. maritus uxori, vel pater filio, vel è contra) jus dicere poßit?*

℞. NEquaquam. *l.* 10. *D. de juriſdict.* Fund. Ob affectionem, quâ quis facillimè à veri rectique tramite deflecti poteſt. 1. obſtat *l.* 16. §. 1. *D. de recept. arbitr.* 2. obſtat *l.* 77. *D. de judic.* ℞. ad 1. Ibi de negotio privato tractatur. Quo caſu, accedente partium conſenſu, id valet, quod alias valêre non poteſt. ℞. ad 2. Et *in d. l.* partes in ipſum conſenſerant. Olim enim in judicem à Prætore datum partes ſolebant conſentire. Et notandum, ab invicem prorſus diſtare, *jus dicere, & judicare.* Illud magiſtratui, hoc judici partium conſenſu electo convenit. Ad illum (quia judicandi poteſtas libera eſt) refertur. *d. l.* 10. Ad hunc (quoniam tunc per formulam Prætoris judicandi poteſtas eſt coanguſtata) *d. l.* 77. Vid. A. Guibert. 9. *cap. quæſt. Iur. memorab.* Schotan. *in Exam. Iurid. ad tit. de juriſdict.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 5. *An Judicia inter Chriſtianos licita, & ſontes gladio puniendi?*

R. JUdicia & tribunalia ſecularia, non ſolum licita, ſed & neceſſaria eſſe, dixi, & patet ex rationibus *q.* 1. allegatis adde Exod. 18. *verſ.* 13. *& ſeqq.* 1. Reg. 3 *verſ.* 16. *& ſeqq.* Rom. 13. *verſ.* 4. *& ſeq* *l. extat.* 13. *D. quod met. cauſ. l. non eſt.* 176 *D. de Reg. Iur. l.* 14. *C. de Iudæis.* Et Chriſtianum magiſtratum, etiam mortis pænâ in facinoroſos animadvertere poſſe, non eſt dubium 1. Quia lex Dei Geneſ. 9. *verſ.* 6. (*qui ſanguinem humanum* (abſque ſc. effundendi poteſtate, *fuderit, ejus viciſſim ſanguis effundetur*) univerſalis eſt, nulliſque temporum, locorum, perſonarum metis circumſcripta: Eamque Chriſtus in Novo Teſtamento Matth. 26. *verſ.* 52. repetiit. 2. Quia & multa delicta contrà Decalogum commiſſa per leges Dei ſunt capitalia. Ut (ex. gr.) *homicidia, inceſtus, adulteria, &c.* Ergò ea admiſſa, à magiſtratu (cum Decalogi cuſtos ſit) etiam capitaliter punienda. 3. Per text. ad Rom. 13. *verſ.*4. Vid. Ameſ. *lib.* 5. *de conſcient.* 54. *q.* 2. & Spanhem. *part.* 3. *dubior. Evangel.* 126. *per tot.* Diſſent. Anabaptiſtæ, Sociniani, & Samoſateniani. 1. obſtat, *Deus ultionem ſibi vindicat.* Deut. 32. *verſ.* 35. & Rom. 12. *verſ.* 19. *Ergò vindictam exercêre magiſtratui non licet.* 2. obſtat, *Præceptum Decalogi (non occides.)* 3. obſtat, *Non eſt reſiſtendum malo.* Matth. 5. *verſ.* 39. 4. obſtat, *Cædenti in dextram maxillam* obver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

obvertenda eſt & ſiniſtra. d. c. 5. 39. 5. obſtat, *Contendere volenti, & tunicam rapienti dimittendum quoque eſt pallium. d. c. verſ. 40.* 6. obſtat, *Inimici ſunt diligendi, & malum bono vincendum. d. c. 5. verſ. 44.* 7. obſtat, *Chriſtianus judicare prohibetur. Matth. 7. verſ. 1.* 8. obſtat, *Offenſæ ferendæ ſunt, & charitate fraternâ operiendæ: ergò judicio contendere, & vindictam adverſus fratrem petere non licet. 1. Corinth. 6. verſ. 6.* 9. obſtat, *Chriſtianis ubique miſericordia præcipitur. Ergò quaſvis injurias pati debent, & devorare.* ℟. ad 1. Negatur conſeq. Quia Deus immediatè, vel mediatè per magiſtratum vindictam exercet. Et *d.l.* privatæ duntaxat ultioni objicitur. ℟. ad 2. Eo non defenſio, quæ juris eſt naturalis, aut vindicta quæ magiſtratui lege competit, ſed ſola cædes injuſta, ac privatim vindicandi cupido, prohibetur. ℟. ad 3. ſc. privato auſu par pari referendo, cum ſc. injuria per magiſtratum poſſit vindicari. Et ſic etiam hoc loco prohibetur vindicta privata. ℟. ad 4. Ibi patientia Chriſtiano præcipitur: ſc. ſatius eſſe, quamvis injuriam pati, quam ſeipſum vindicare, & rapere id, quod magiſtratus jure competit. ℟. ad 5. Illis verbis nimia litigandi coram magiſtratu libido reprehenditur. Non enim (niſi extremâ urgente neceſſitate) in judicio litigandum. ℟. ad 6. Textus de privatis tantum loquitur. Non verò Jus gladii in criminoſos exercendi prohibet. Deinde, magiſtratus, qui non reorum ſanguine & ſuppliciis paſcitur & delectatur, ſed privatorum affectus exuit, is, dum reorum vicem dolet, iiſque ſortem meliorem precatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſuo etiam modo inimicos (ad pænitentiam ſc. illos revocando, & ab æternâ morte liberando) diligere videtur. ℞. ad 7. Privato ſc. & temerario judicio. ℞. ad 8. Negatur conſeq. antecedens non de omnibus promiſcuè, & enormibus, & quæ pietate ſalva reticeri nequeunt, intelligitur, ſed de offenſis privatis duntaxat. Hæ enim condonari & coram tribunalibus propalari non debent. Niſi occultæ atrocioribus anſam præberent, & improbos redderent inſolentiores. Deinde *in d. l. ad Corinth.* de vindictâ adverſus fratrem, temerè & levi de cauſâ, ab Ethnico magiſtratu imploranda tractatur. ℞. ad 9. Neg. conſeq. Miſericordia enim non impedit, quo minus quis adverſus vim iniquam imploret auxilium ſuperiorum. Ipſe enim Salvator de injuriâ ſibi à miniſtro Pontificis Maximi illata conqueritur. *Ioh.* 18. *verſ.* 23. adde *Actor.* 23. *verſ.* 3. & 25. *verſ.* 10. 21. nec etiam miſericordiæ juſtitiam adverſari, ipſe Deus ſuo exemplo ergà peccatorem comprobat.

Q. 6. An Eccleſiaſtici à poteſtate judicis ſecularis ſint exempti?

℞. MInimè. Sed (inſtar Laicorum) & quoad civilia & criminalia, judicem ſecularem agnoſcunt competentem. Vid. *l. decernimus.* 26. *C. de Epiſc. & Cleric. l. omnes.* 10. *C. de legib.* Novell. 123. c. 8. Vid. *c.* 2. *X. de majorat. & obedient.* Ratio 1. Quia omnis anima poteſtati eſt ſubjecta. Rom. 13. *verſ.* 1. eique propter dominium, & conſcientiam

tiam obtemperare debet Vid. *quæſt. præced.* 2. Quia ipſe Chriſtus & Apoſtoli ſe magiſtratus imperio ſubmiſêrunt, & Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, dedêrunt. Matth. 22. *verſ.* 21. Rom. 13. *verſ.* 7. 3. Quia pro magiſtratibus eſt orandum, ut ſub illorum imperio piè & honeſtè in pace & tranquillitate vivamus. 1. Tim. 2. *verſ.* 2. 4. Henning. Arniſ. *de ſubject. & exempt. Cleric. præſ. cap.* 3. Frid. Balduin. *de caſib. conſcient. lib.* 4. *cap.* 12. *caſ.* 13. *& ſeq.* Carol. Molin. *in addit. ad conſil. Alexand.* 8. *lib.* 1. Joſeph. de Seſſe *in tractat. de inhib. c.* 8. *n.* 11. *& ſeqq.* Hugo Grotius *introduct. lib.* 1. *part. ult.* Diſſent. Bonifacius VIII. Pontifex *in c. quanquam. X. de cenſib.* Bellarmin. *in lib. de Cleric. c.* 28. Soarius *in defenſ. fidei Cathol. adverſus Anglic. ſect. error. lib.* 4. Gomez. *in* §. *rurſus. n.* 24. *Inſt. de action.* 1. obſtat, *Clerici ſunt ſpirituales.* 2. obſtat, *Clerici Principibus ſecularibus ſunt ſuperiores.* 3. obſtat, *Clerici Paſtores ; Principes verò oves dicuntur.* ℟. ad 1. ſc. ratione vocationis ad officium Spiritus. At ratione naturæ (quam non exuiſſe actu probant) procul dubio etiam animales ſunt. Deinde, & ſpiritualium cura ſuo modo ad magiſtratum politicum pertinet. ℟. ad 2. Clerici duplici modo conſiderantur, vel ut tales, i. e. prout legati ſunt Dei, & officio in ſincerâ Verbi prædicatione & Sacramentorum adminiſtratione funguntur. Vel quà Reipub. ſunt cives. i. e. quà unà cum cæteris Principum patrocinio indigent. Priori caſu, magiſtratu ſuperiores. Poſteriori verò, inferiores ſunt, eorumque legibus ad εὐταξίαν conſervandam latis, & ſanctione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

adverſus violatores ſtabilitis tenentur. ℟. ad 3. Id ſimpliciter falſum eſt. At id certo demum reſpectu procedit. Principes itaque dicuntur *oves*, quatenus ſc. ab Eccleſiaſticis inſtituuntur, & verbo Dei paſcuntur. Verum (quoad patrocinium & defenſionem in civilibus & criminalibus) Principes, Eccleſiaſticorum domini, Judices, & paſtores ſunt. Ut & ab Homero (Λαῶν Ποιμένες) dicuntur.

Q. 7. An Judex (reclamante actis & probatis conſcientiâ) æquè ſecundum illa judicare teneatur? Probationes (ex. gr.) ab actore productas & publicatas, eſſe falſas, remque aliter ſe habere, judici certò conſtat. vel è contrà, factum à reo illud negante perpetratum eſſe, reverâ Judex ſcit. Quæritur, *An Judex priori caſu (ſalvâ conſcientiâ) reum, ut nocentem, condemnare, & poſteriori, cum ſufficiente probatione deſtituatur actor, reum, ut innocentem, abſolvere poſſit?*

℟. ILlud docent Canoniſtæ *in c. paſtorales. 28. §. quia verò. X. de offic. deleg.* Covarruv. 1. *variar. reſolut. c.* 1. Alciat. *in l.* 4. *C. de edend.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 949. Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. fin. princ. crim. quæſt.* 66. *n.* 2. Cacheran. *deciſ.* 79. *n.* 43. *& ſeqq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ſeqq. Chriſtin. *volum.* 1. *deciſ.* 4. *&* *volum.* 2. *deciſ.* 148. *num.* 21. Alii inter judicem ſupremum & inferiorem diſtinguunt, putantque; illum ſecundum propriam conſcientiam & privatam ſcientiam judicare poſſe. At hunc judicis perſonam deponere, rem ad ſuperiorem referre, ſuoque teſtimonio injuriâ oppreſſum adjuvare oportêre. Vid. Vinn. *ad princ. Inſt. de offic. Iudic. & ibi DD. allegatos.* Adde & Decian. *lib.* 2. *cap.* 14. *crim. n.* 19. Althuſ. *lib.* 3. *dicæolog. cap.* 46. *n.* 31. *& ſeqq.* Verum, ſpretis actis & probatis, Jure tam divino quam humano, indiſtinctè, ex animi ſui ſententia, religione & conſcientiâ, Judex pronunciare, & veritatem aſſerere debet. Eccleſ. 4. *verſ.* 33. *l.* 6. *§.* 1. *D. de offic. Præſid.* Ameſ. *de conſcient. lib.* 5. *c.* 54. Vaſq. *illuſtr. controv.* 14. Domin. Arum. 1. *diſp. ad Pandect. theſ.* 24. Fund. 1. Quia, qui neglecta veritate, ſecundum mendacium & falſitatem judicat, legem publicam offendit. *l.* 2. *C. ſi contrà jus vel utilit. publ.* conſcientiam lædit, peccat in Deum, & quia iniquitatis & injuriæ auctor exiſtit, Exod. 23. *verſ.* 7. etiam flagitioſè violat humanitatem. Vid. *l.* 5. *D. de pæn.* 2. Quia actorum obſervatio & probatio ad obtinendam & declarandam, non verò ad tegendam & opprimendam veritatem, eſt adinventa. *l.* 3. *D. l.* 4. *C. de teſtib. l.* 9. *Iudices. C. de Iudic.* ergò obtentâ veritate, fruſtrà de actis & probatis, tanquam mediis, laboratur. 3. Quia judici ſecundum id, quod ſibi veriſimilius videtur, pronunciare licet. *l.* 3. *§.* 1. *D. de teſtib.* ergò & ſecundum certiſſimam ſuam ſcientiam licebit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

bit. 4. Quia in dubio ſecundum conſcientiam ſuam judicare debet. *l. 79. §. 1. D. de Iudic. l. 13. D. de teſtib. l. 1. §. 4. D. ad Sc. Turpill.* ergò multo magis in caſu vero & indubitato. 5. Quia juris naturalis eſt, ſecundum rei veritatem & ex propriâ conſcientiâ judicare, Juriſg. ſecundum acta & probata. At Juſg. juri naturali nihil derogare poteſt. 1. obſtat, *Tutior judicandi ratio videtur, quæ ſecundum acta & probata fit. Unde & ſecundum acta & probata ſe judicaturum Iudex promiſit.* Vid. *princ. Inſt. de offic. judic. l. 40.* D. *de judic. l. 2. C. de pedan. Iudic.* 2. obſtat, *Iudex conſcientiâ malè informatâ errare poteſt.* 3. obſtat, *Iudex ſequi tenetur rerum probatarum fidem. l. 6. §. 1. D. de offic. Præſid. ergò licet judici liquidò conſtet, falſitate bonam cauſam lædi, æque tamen ſecundum acta & probata judicare debet.* 4. obſtat, *Atqui ratio probationum eſt habenda.* 5. obſtat *l. 4. C. de edend.* 6. obſtat, *Nemo ſimul teſtis eſſe poteſt & Iudex. c. 1. & ſeqq. cauſ. 4. q. 4.* 7. obſtat, *Iudex in judicando vicem Reipub. ſuſtinet; ergò non ſecundum ſcientiam privatam, ſed ut in univerſum populus, qui ſecundum ſcientiam publicam, quam ex actis & probatis habet, judicat, ita & ipſe judicare tenêtur.* 8. obſtat, *Iudex, hoc caſu, ſi conſcientiam ſuam offendere nolit, non cogitur judicare, ſed cauſam ad ſuperiorem referre, & apud eum pro accuſati innocentiâ teſtis perſonam induere poteſt. At ſi judicare velit, acta & probata ſequi debet.* 9. obſtat *Geneſ. 18. verſ. 19. 20.* ℟. ad 1. Neg. Imò multò periculoſior. Vid. rationem primam. ℟. ad 2. *Conſcientia*, non eſt privata alicujus falſo vel errore concepta opinio,

opinio, ſed certiſſima de rei veritate ſcientia. Ut ſi de alicujus innocentiâ (ex. gr.) ex *αὐτοψίᾳ*, ſive oculari inſpectione, aut alio irreprobabili modo, judici conſtet. ℞. ad 3. Negatur conſeq. Senſus *d. l.* eſt, judicem ſequi oportêre rerum probatarum fidem, i. e. ſecundum id, quod judici probatum eſt. At falſum dolo vel errore productum, fidem non facit. Alias enim judici (cum legum miniſter ſit, non arbiter) quo velit modo judicare non permittitur, ſed prout legibus aut moribus conſtitutum eſt. *d. princ. Inſt. l. nemo.* 13. *C. de ſent. & interlocul. c.* 2. *diſtinct.* 4. ℞. ad 4. Eſto. At ubi probatio falſa eſt, nihil probatum dici poteſt. Quia probatio, veritatis eſt aſſertio. ℞. ad 5. Regula *d. l.* vera eſt, niſi aliter judici de veritate conſtet. ℞. ad 6. Non, ut teſtis, ſed ut Judex, ratione ſc. officii ſui, ſecundum veritatem, neglecto mendacio, tunc judicat. ℞. ad 7. Retorqueatur hoc modo; ergo ut Reſpub. ſecundum falſum non judicaret, ita nec Judex ſecundum illud judicare debet. Deinde, ut veritas unica eſt & ſimpliciſſima, ita & ejus ſcientia. Et notandum, *acta & probata*, non eſſe teſtimonia qualitercunque producta, falſa, aut ad decipiendum judicem accommodata, ſed quæ vera ſunt, & quibus conſcientia judicis cogitur aſſentiri. Unde qui ſecundum conſcientiam judicat, verè ſecundum acta & probata judicare dicitur. ℞. ad 8. Cum cauſa ipſi probè cognita ſit, omninò judicare tenetur; ne forte, alio, ab ipſo (tanquam teſte) judice ſubſtituto, ipſius ſolius contra plures teſtes teſtimonio, lugubre iſtud remedium eſſe, innocentemque ſub judice

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

illo innocentiæ inſcio perire, contingat. ℞. ad 9. Non ibi docetur, rei veritati perfidiam & mendacia eſſe præferenda: ſed præcipitantia, & in cauſis diſcutiendis & decidendis temeritas damnantur. Iudices enim terræ monentur, ut, niſi ſepoſitis affectibus, expenſiſque plenè probationibus, lites non determinent: & facti veritate nondum perſpectâ, ut, ſupremi judicis exemplo humanitus d. loco nobiſcum agentis, altius inquirant. Vid. *c. Deus omnipotens.* 2. *q.* 1. Ad quod etiam alludit, quod *Sententia* Belgis (oordeel) dicatur: ex oor / auris, & deel / pars, portio. Quoniam nil æquè congruit judici, quam ut aurium alteram integram reſervet reo, & unicuique quod ſuum eſt, ex æquo diſtribuat.

Q. 8. *An* Publica Judicia *ex eo æſtimentur, quod eorum accuſatio cuivis è populo competat?*

℞. NEg. Sed ex eo, quod ſpeciali lege juſſa ſint eſſe publica. *l.* 1. *D. de publ. judic.* Duaren. 1. *diſput.* 37. Cujac. *comm. ad l.* 7. *D. de dol. mal.* Fr. Raguell. *ad l.* 46. *C. de Epiſcop. & Cleric.* Unde illatio non valet; quivis è populo jus accuſandi criminis habet: ergò eſt publicum. Sic enim *popularia judicia* (cujuſmodi ſunt actiones Albi corrupti, Termini moti, Sepulchri violati, &c.) eſſent publica. *l.* 1. *D. de popul. act. l. motus.* 43. *§.* 2. *D. de procurat.* Nec etiam hæc argumentatio procedit: Quivis è populo accuſare non poteſt: ergò

ergò crimen illud delictum eſt privatum. Sic enim Adulterium, & crimen ſuppoſiti partis non eſſent publica. Ratio, quia illius accuſationem non omnibus & ſingulis è populo, ſed proximis tantum perſonis, quas verus dolor ad accuſandum impellit, Conſtantinus Imp. permiſit. *l.* 30. *C. ad l. Iul. de Adulter.* At hoc ſoli parentes accuſant, illique, ad quos injuria pertinere videtur. *l.* 30. *§.* 1. *D. ad l. Cornel. de Falſ.* 1. obſtat *§.* 1. *Inſt. de publ. judic.* 2. obſtat, *Quod actiones populares etiam ſint publicæ. l.* 30. *§.* 3. *D. de jurejur.* ℞. ad 1. *d. §.* 1. per verb. (*plerunque*) noſtra ſententia ſtabilitur. ℞. ad 2. *Actiones populares in d. §.* 3. non dicuntur *publicæ*, hoc ſenſu, quod deſcendant ex legibus publicorum judiciorum: ſed quod omnibus pateant. Licet enim accuſatio adulterii, ex lege ſc. Conſtantini, hoc modo dici nequeat publica: tamen quia certam legem, pænam, & exitum habet, crimen illud non eſt factum privatum. Obiter hic quæritur; *An propriè illa delicta dicantur privata, ex quibus ſola pars læſa agit, ut vel pæna pecuniaria ſibi applicetur, vel pars adverſa criminaliter puniatur?* Affirmo. *l. ult. D. de privat. delict. l. ult. D. de furt. §. in ſumma.* 10. *Inſt. de injur.* Duaren. 1. *diſput.* 36. Cujac. 8. *obſ.* 33. Gomez. 3. *reſolut.* 1. *num.* 9. 1. obſtat, *Atqui domino, licet furtum ipſi factum non ſit, datur actio furti. §.* 15. 16. *Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* 2. obſtat *§.* 2. *Inſt. de injur. ibi pater nomine filii agit injuriarum.* ℞. ad 1. & 2. Læſus dicitur omnis ille ad quem illa res vel injuria pertinet. Quapropter, dominus furti

agit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

agit, ſc. cum ſua intereſt. Et Pater injuriarum, quia ei incumbit, defendere filium. *Cæterum moribus, ex quibuſvis indiſtinctè delictis, ſolus Fiſcus, aut qui ipſius vicem refert, delinquentes accuſat, privatis ad proprium damnum adverſus eos perſequendum actione relicta.* Vid. Grot. 3. *Iſagog.* 33. *verſ.* **hoewel nu.** Groenew. *de ll. abrogat. ad tit. D. de privat. delict.*

Q. 9. *An magiſtratus (nemine ſcil. exiſtente accuſatore) adverſus criminoſos procedere poſſit?*

℞. AFfirmo. Intereſt enim reipub. ne delicta relinquantur impunita. *l.* 51. *§.* 2. *D. ad l. Aquil.* Cujus ratio 1. ut dignitas & auctoritas magiſtratus, in quem quis peccavit, integra conſervetur. *l.* 19. *D. de offic. Præſid. l.* 1. *§.* 13. *D. de ventr. inſpic.* 2. Ne juſtitiâ pretio aut gratiæ largitâ, maledictio divina Regioni ſcelere contaminatæ acceleretur. Deut. 21. *verſ.* 7. 8. Quò pertinet exemplum Achani. Joſu. 7. 3. Ut ipſi delinquentes (qui ſc. peccata ſanabilia commiſerunt) quos majorum exempla à malis non revocant, pænæ ſaltem aſperitate, dolore, cruciatuque corporis corrigantur. *l.* 1. *C. de emend. propinq. c. prodeſt ſeveritas.* 23. *q.* 5. 4. Propter exemplum, cum enim facinoroſi (qui extremâ ſc. injuſtitiâ detinentur, & inſanabiles ſunt) puniuntur, tunc alii redduntur meliores, & à ſimilibus peccatis metu pænæ deterrentur. Deut. 13. *verſ.* 5. *&* 11.

Prov.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Prov. 19. *verſ.* 25. *l.* 28. *§. famoſos. D. de pæn.* Quod tertium & quartum. *lib.* 1. *offic.* Cicero eleganter expreſſit. *Pænis* (inquit) *utimur contrà delinquentes, ne quid poſthac committant ipſi, cæteri verò ſint ad deliquendum tardiores.* Unde propter exemplum, ſæpè cadavera punitorum inſepulta relinquuntur. In bruta animalia animadvertitur. Levit. 20. *verſ.* 15. *c. mulier.* 15. *q.* 1. domus in quibus crimina ſunt commiſſa diruuntur. *l.* 1. *C. de falſ. monet.* Et civitates interdum funditus delentur atque aratro ſubjiciuntur, & circumducto aratro ſulcis ſal diſſeminatur. Vid. *l. ſi uſusfructus civitatis. D. quib. mod. uſusfruct. amitt.* Vid. Bartol. *in Proœm. digeſt. §. hæc tria. & in l. aut facta. §. nonnunquam. D. de pæn. n.*6. Abb. *in c. dilectus. X. de Simon.* 1. obſtat, *Magiſtratus non impertit officium, niſi rogatus. l.* 4. *§. ult. D. de damn. infect.* 2. obſtat, *Nemo ſimul Iudex eſſe poteſt & accuſator.* ℞. ad 1. Id fallit in iis, quæ ad utilitatem reipub. diriguntur. At eò ſpectant ſupplicia. Et hæc etiam publica eſſe oportet. 1. ne alioquin ſuſpicio ſuboriatur injuriæ. 2. ut his ita repræſentatis, audacia ſimili morbo laborantium facilius retunderetur. ℞. ad 2. In cauſâ propria (i. e. in eâ cujus commodum ad aliquem privatim ſpectat. *l.* 1. *§. in propriâ. D. quand. appell.*) nemo judex eſſe poteſt. *l.* 10. *D. de juriſdict.* At legum violatores punire, id non illius, qui pænas imponit, commodum ſpectat, ſed publicam ſubditorum contemplatur utilitatem. Vid. *l. unic. D. ſi quis jus dic. non obtemp.*

Q. 10. *An delinquens alibi repertus, ad judicem loci, ad ejus requiſitionem neceſſariò ſit remittendus?*

℞. AFfirmo. *l.7.* §.4. *D. de accuſat. l.28.* §. 15. *D. de pæn. c.* 1. *X. de raptor. c. ult. X. de for. compet.* 1. *ubi enim facinus admiſſum eſt* (inquit Symmachus) *ibi expiari debet.* Et jure cautum, ibi exemplum ſupplicii eſſe oportere, ubi exemplum delicti fuit. *arg. d. l.* 28. §. 15. 2. Quia & ibi facilior probatio & cognitio cauſæ poteſt haberi. 3. Quia etiam reus punitur. Vid. Donell. 17. *comment.* 16. Covarruv. *pract. quæſt.* 11. Theſſaur. *deciſ.* 90. Vultej. *in l.* 1. *C. ibi de crimin.* 1. obſtat *d. l.* 1. *quæ meminit loci in quo reus reperitur.* 2. obſtat, *Conſuetudo, quâ ex urbanitate duntaxat remiſſiones receptæ ſunt.* 3. obſtat *l. ult. D. de juriſdict.* ℞. ad 1. Id verum eſt, ſi ſc. ut reus remitteretur, petitum non fuerit. ℞. ad 2. Conſuetudo talis ſi recepta ſit, ea rationem & juſtitiæ fundamenta ſubvertit. ℞. ad 3. Non ad exercendam in requiſitum judicem juriſdictionem, ſed juſtitiæ ſatisfactionem inventa eſt remiſſio. Hinc ſub proteſtatione (ne Juriſdictioni noceat remittentis) celebrari ſolet. Vid. Caſtrenſ. *in d. l.* 1. Gail. 1. *de pac. publ. cap.* 16. Sand. *lib.* 1. *deciſ. Friſ. tit.* 1. *defin.* 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 11. *An & in criminalibus milites armati coram ſolo magiſtro militum ſint conveniendi?*

℞. IN civilibus eorum competens Judex eſt magiſter militum, ſive magiſteria poteſtas (noſtratibus **Krijghſ-raedt**) *l. 6. C. de juriſdict. omn. judic.* Chriſtin. 2. *vol. deciſ.* 166. *& vol. 5. deciſ. ult.* Idem in criminalibus. Nec diſtinguo inter; crimina militaria (qualia ſunt, *Stationis deſertio, fuga, armorum abjectio, &c. l. 2. 3. 13. §. 5. & ſeqq. D. de re milit.*) & ordinaria ſive communia (cujuſmodi ſunt, *adulterium, ſodomia, ſacrilegium, ſortilegium, homicidium, furtum, crimen uſurarum, &c.*) *d. l. 6. l. 1. C. de offic. magiſtr. milit. l. 9. D. de cuſtod. reor.* At ſi uſu receptum ſit, ut in ſola militaria eorum crimina magiſtri militum animadvertant, tunc & apud quem illa perpetrata ſunt (ſalvo tamen jure præventionis) rectè conveniuntur. per *l. fin. D. de accuſat.* Vid. Jul. Clar. 5. *ſent. §. fin. quæſt.* 35. *n.* 24. Sand. *lib.* 1. *diciſ. Friſic. tit.* 1. *defin.* 4. Moribus verò Batavicis, militum & in civilibus, *Placit. Ord. Holl.* 29. *April* 1589. Merul. *prox. civil. lib.* 4. *tit.* 40. *c.* 3. *n.* 5. & in criminalibus (ſi in flagranti ſcil. delicto deprehendantur) Curia Provincialis judex competens habetur. *Inſtruct. Cur. Holland. Artic.* 19. *in fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. *An in criminalibus negotiis reus in quovis loco poſſit accuſari?*

℟. AFfirmo. Omni enim loco & tempore delicta puniri debent. *l.* 3. *D. de offic. Præſid.* Et noxa ſemper caput ſequitur. *§.* 5. *Inſt. de noxal. act.* Hinc non tantum locus patrati criminis, aut domicilii, ſed ubicunque etiam reperitur, forum competens eſt reo accuſato. *l.* 1. *C. ubi de crimin.* Huc pertinet tritum illud & vulgare (*ubi te invenio, ibi te condemno.*) Sand. *lib.* 1. *deciſ. Friſic. tit.* 1. *defin.* 6. Vid. Donell. 17. *comm.* 16. Obſtat *l.* 19. *§.* 1. *D. de Iudic. ubi forum competens ſtatuitur locus tractatus vel domicilii.* ℟. Contractus à volentibus celebrantur, iiſque quilibet ſibi, prout vult, conſulit. At ne delicta uſquam ſint impunita, intereſt Reipub.

Q. 13. *An quis diem & horam delicti libello accuſationis comprehendere teneatur?*

℟. CUm D. Schotano *in Exam. Iurid. ad tit. de accuſat.* Id non eſſe quidem de ſubſtantiâ, ſed addi oportêre, ſi reus petat. *l.* 3. *in fin. princ. D. de accuſat.* Cæterum in praxi, ne nimis vaga ſit accuſatio: Aut forte rei interſit, diem & horam adjici: puta, quod innocentiam ſuam facilè probaturus ſit,

ſit, ſi docêre poſſit, ſe eo die vel horâ alibi fuiſſe. *l. optimam.* 14. *C. de contrah. ſtipul.* vel quod pæna ſit mitiganda, eò quod maleficium alio die ſit commiſſum. Hiſce & ſimilibus caſibus diem adjiciendum eſſe, ex communi Doctorum opinione defendit Ferrar. *tit. de inquiſitione. in verb. anno præſenti.* 17. Jul. Clar. *ſent.* §. *ult. q.* 12. *verſic. dixi etiam.* Gregor. Tholoſ. *lib.* 32. *Syntagm. jur. c.* 8.

Q. 14. *An damnatus judicio criminali ad tempus, tranſacto tempore liberetur infamia?*

℞. AFfirmo. Quia pæna tempore determinata, contrà ſententiæ fidem ulterius non eſt porrigenda. *l.* 8. *D. de poſtuland.* Nec etiam exaggeranda eſt ſententia, quæ modum pænæ fecit. *l.* 3. §. 1. *D. de decurion. l.* 3. *C. ex quibus cauſ. irrog. infam. l.* 1. & 2. *C. de his qui in exil.* Vid. Cujac. 7. *obſerv.* 19. & 20. *obſerv.* 58. Giphan. *in d. l.* 3. Matth. *de Crim. in lib.* 48. *D. tit.* 18. *c.* 1. *n.* 6. 1. obſtat *l.* 5. *D. de decurion.* 2. obſtat, *Si civili judicio famoſo damnati ſemper ſint infames.* Vid. §. 2. *Inſt. de pæn. temer. litigant. Ergò judicio criminali ad tempus damnati, poſt tempus non recuperant exiſtimationem.* 3. obſtat *l.* 6. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* 4. obſtat, *Indulgentiâ Principis pænam remittentis criminis infamia non aboletur.* ℞. ad 1. & 3. Id procedit, ſi abſque juſtâ cauſâ leniore pænâ reus affectus ſit: tum enim

enim nimia ſententiæ lenitas immortalitate infamiæ emendatur. *l. quid ergò. 13. §. pen. D. de his qui not. infam. l. ordine. 15. D. ad Municipal. junct. d. l. 3. C.* ℞. ad 2. Negatur conſeq. Fund. cum enim criminalia judicia civilibus graviora ſint: in illis acerbitas pænæ brevitate infamiæ temperatur: at in his perpetua infamia pecuniariam condemnationem, ſuapte natura levem, intendit. ℞. ad 4. Id procedit in indulgentiâ generali, per quam ante expletum tempus pæna remittitur. At aſſertio noſtra de iis accipitur, qui tempus ſententiâ judicis expreſſum in legitimis pænis explevêrunt.

Q. 15. An ritè, ſed iniquè (injuriâ ſc. judicis) ex cauſâ alias famoſa, condemnatus, fiat infamis?

℞. QUoad effectus juris, innocens interim eſt infamis. Idque propter auctoritatem rerum judicatarum, quæ tanta eſt, ut pro veritate habeantur. *l. 25. D. de ſtat. hom. l. 63. D. de furt.* ſed ubi à Principe adverſus ſententiam Præſidis reſtitutus fuerit, ne retrò quidem inter infames & damnatos fuiſſe cenſebitur. *arg. l. 1. §. ult. D. de quæſtion.* At ſi rationibus Philoſophiæ moralis diſputetur, infamium numero non habetur. Æquitati enim & rectæ rationi maximè conſentaneum, ne turpitudinis commaculetur notâ, qui non ſuo merito pænas luit, ſed cruciatoris duntaxat perpetitur crudelitatem. Unde exilii nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

nomen per ſe licet alioquin calamitoſum, & pæna damnati ſit, turpe tamen non eſt, niſi pæna peccati eſſe deprehendatur. 1. obſtat *l.* 22. *D. de his qui not. infam.* 2. obſtat *l.* 8. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* ℟. ad 1. Non ibi exigit Ic. ut cauſa ictuum vera ſit, ſed ſimpliciter, ut cauſa ſit famoſa, licet non vera. ℟. ad 2. Non ibi prorſus innocentem Ulpiam fuiſſe. Vid. Bachov. in Treutler. *diſput.* 8. *theſ.* 4. *lic. c.* Matth. *de crimin. in lib.* 48. *tit.* 18. *cap.* 3. *n.* 7.

Q. 16. *An regula* (qui non habet in ære, luat in pelle) *in l.* 7. *§.* 3. *D. de juriſdict. l. ult. D. de in jus vocand. l.* 1. *§. fin. D. de pæn. & ſimilibus, ſit univerſaliter vera?*

℟. DIſting. In contractibus, nego. In delictis (præſertim gravioribus.) Affirmo. *d. ll.* Ita & olim repetundarum damnati (ut *Livius libr.* 38. refert) ſi ſummam, in quam condemnati erant, exolvere non poſſent, in vincula publica ducebantur, niſi vades dediſſent. Quod & in levioribus procedit, ſi delinquentes perſonæ viliores & perditæ vitæ ſint, eaſque puniri Reipub. interſit. Annæ. Robert. *rer. judic. lib.* 2. *c.* 15. Sin minus, exigua mulcta ex levi delicto deſcendens, in pænam corporalem non eſt convertenda. Papon. *l.* 24. *tit.* 10. *art.* 10. & 11. Argentr. *ad conſuet. Britt. art.* 33. *not.* 2. *n.* 3. Imbert. *enchirid. in verb. peine pecunia irea.*

1. ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

1. obſtat *l. 6. §. ult. D. de offic. Præſid.* 2. obſtat, *Nulla eſt proportio inter corpus (quod æſtimari non poteſt. l. 13. D. ad l. Aquil.) & pecuniam. Ergò genus pænæ non eſt immutandum.* 3. obſtat *l. ult. §. 4. C. de cuſtod. reor. in pecuniariâ condemnatione poteſtatem habentibus cedere bonis. Ergò & in criminalibus ceſſioni bonorum locus eſt.* ℞. ad 1. Ibi non de pænâ ordinariâ, ſed de mulctâ extraordinariâ tractatur. Etiam & uſu fori, in mulctâ deſcendenti ex cauſâ civili. *d. §. procedit.* at in ea quæ ex delicto (puta, homicidio) remiſſa à Principe pæna corporali, irrogatur. *d. l. 1. §. fin.* habet locum. *Edict. Carol. V. Edict. 19. Maii* 1544. *art.* 24. ℞. ad 2. Negatur conſeq. Nec enim proportio inter materiam pænæ & culpæ, ſed inter pænam & ſalutem Reipub. inſtituenda eſt. Deinde, genus pænæ non immutandum, niſi ſc. neceſſitas aliud expoſtulet. At quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, ea in conſequentiam non trahuntur. Huc refer *l. 14. 15. D. de legib.* ℞. ad 3. Epitomæ illæ Græcorum conſtitutionum, cum ſtudio privato à viris doctis ſint collectæ, nihil probant. Quoniam ipſæ illæ conſtitutiones puræ & putæ in manus noſtras non devenerunt, ſed incuriâ & injuriâ temporum perierunt. Ita D. Weſemb. *part. 2. in Pandect. diſput.* 21. *theſ.* 19. Mores hodiernos quod attinet; condemnatis privato in pænam pecuniariam, datur beneficium ceſſionis. Condemnatis verò fiſco denegatur. Imbert. 4. *Inſtit. Forenſ. c. 6. in fin.* Burg. *ad conſuet. Flandr. tract.* 10. *n.* 10.

Q. 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 17. *An juſtitia deſtributiva in irrogandis & deſtribuendis pænis poßit defendi?*

℟. AFfirm. *l. 2. §. 9. C. de offic. Præfect. Prætor. Afric.* Licet enim interdum ſimplicis ſeu Arithmeticæ proportionis in eâ habeatur ratio, puta (cum dignitates ſunt æquales, & delicta æqualia) potiſſimum tamen & principaliter proportione comparatâ, ſive Geometricâ, in quâ dignitates & merita perſonarum ſpectantur, abſolvitur. Quapropter aliter plebejus quam illuſtris: major quam minor: ſervus quam liber, tractari debet & puniri. *l. 11. §. 1. D. de dol. mal. arg. l. unic. C. ſi in commun. eâdemq. cauſ. l. 10. l. 28. §. ult. D. de pæn.* Ita adulterium & homicidium Davidis, non morte, ſed exilio fuit punitum. Obſtat, *Omnis* προσωποληψία, *ſeu acceptio perſonarum in judiciis reprobatur.* Levit. 19. *verſ.* 15. Deut. 1. *verſ.* 17. Prov. 24. *verſ.* 23. ℟. Acceptio perſonarum, de quâ d. locis, eſt, cum ex principio, quod cum juſtitiâ pugnat (puta ex favore, odio, divitiis, paupertate, &c.) homo ſimpliciter ſpectatur, & aliter hujus quam illius cauſa ſuſcipitur. At juſtitia diſtributiva, non ſolum perſonam, ſed & qualitatem & cauſam, quam lex admittit, reſpicit. Ita parricidium homicidio gravius eſt, gravioriquе pæna punitur, non propter perſonam, ſed juſtam cauſam & qualitatem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 18. *An jure civili minor* XXV *annis accuſare poſſit?*

℟. NOn eſt dubitandum, modò major annis XVII ſit, eique adſit curator. *l. 4. C. de auctor. præſtand.* Obſtat, *In criminalibus teſtimonium minoris* 20. *annis non admittitur. l. in teſtimonium.* 20. *D. de teſtib. ergò nec ejus accuſatio.* ℟. Negatur conſeq. Nec enim ita in fide accuſantis ſalus rei vertitur, ſic ut in fide teſtimonium perhibentis. Diſſent. Iul. Clar. 5. *ſentent. §. fin. quæſt.* 14. *n.* 7. Treutl. 2. *volum. diſp.* 31. *theſ.* 3 *lit. F.* Quod ad Gallorum, Belgarum, aliorumque mores attinet, ex quibuſcunque delictis, ſoli Fiſco, iiſque qui ejus vicem gerunt (uti diximus) accuſandi & pænam proſequendi facultas datur, privatis ad intereſſe ſuum actione ſalvâ. Verum, ne accuſatores auctoritate ſibi conceſſa in perniciem aliorum abuterentur, & obtentu juſtitiæ iræ & ultioni indulgerent; hinc, ne injuriæ occaſio inde naſceretur, unde jura naſci oportet, ſaluberrimè conſtitutum, ne publicus accuſator, niſi decreto judicis, ullam criminalem accuſationem inſtituere poſſit. Vid. *Inſtr. Cur. Holl. art.* 19. Quique ſecus faxit, pro ratione calumniæ, pecuniaria, aut etiam corporali pænâ punitur. Argentr. *ad conſuet. Britan. art.* 274. *n.* 4. Papon. *l.* 24. *tit.* 1. *arr.* 4. Chriſtin. *vol.* 5. *deciſ.* 14. *n.* 28. Ægid. Boſſ. *tit. de falſ. n.* 171.

EXER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM

TRIGESIMA,

Ad §. 3. 4. 5. 6. Tit. ult. Lib. 4. Inſtitut.

Q. 1. In quos crimen læſæ Majeſtatis (quod Perduellionis vocatur, de quo in §. 3. Inſt. de publ. judic.) propriè & directò committatur?

R. IN omnes, qui Majeſtate armati ſunt, quique αὐτοκρατορείαν, ſive ſummam in ſubditos poteſtatem habent. Quales ſunt, Imperator, Rex, Princeps, Optimates, Populus, vel Provincia, qui quæve ſuperiorem non agnoſcit & veneratur. *§. 3. Inſt. de pub. judic. l. 1. §. 1. l. fin. D. ad leg. Iul. Majeſt. l. fin. C. de abolition.* Hinc, non tantum univerſis, ſed & ſingulis Fœderati Belgii Provinciis, violatæ majeſtatis judicium competit. Verum id Principibus inferioribus Germaniæ, qui Imperio Romano ſubſunt, fruſtrâ applicatur. Dignitas enim, non majeſtas, hoc caſu lædi poteſt aut violari. Quapropter, licet in hujuſmodi temeratores quandoque capitis ſupplicio animadvertatur, memoria tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

eorum poſt mortem damnari non poteſt. Obſtat, *At qui ſingulari in Principem aut Rempub. odio ejus conſiliarium è medio ſuſtulit, perduellibus annumeratur. l. 5. C. ad l. Iul. Majeſt. c. 5. de pœn. in 6. Ergò & is qui Principem inferiorem trucidavit.* ℞. Negatur conſeq. Ratio, quia conſiliarii pars quaſi corporis Principis, aut Reipub. dicuntur. Non ſolum ergò illi, qui hoſtilia adverſus ſupremam poteſtatem moliuntur, i. e. qui ſumptis armis, initâve factione, adverſus Patriam vel Principem quid machinantur, perduellionis lege tenetur. *d. l. 5.* ſed & illis perduellionis dicenda dies, qui adverſus Gubernatorem, Deputatos Ordinum, vel conſiliarios Status hoſtilia ſunt machinati. Ut & illi, quorum dolo malo jurejurando quis adactus eſt, quò in perniciem Reipub. quid attentaret.

Q. 2. *An qui ſingulari in conſiliarios aut Senatores Principis odio, ſive privatæ inimicitiæ causâ, illos violaverit, teneatur crimine perduellionis?*

℞. NEquaquam. Vid. *q. 1.* Ratio, quia voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia. *l. 14. D. ad l. Cornel. de Sicar.* Diſſent. Decian. *lib. 7. crimin. lib. 5. n. 3. & ſeqq.* Jul. Clar. *5. ſentent. §. majeſtas. n. 5.* Carpzov. *part. 1. crim. q. 41. n. 47.* 1. obſtat, *Tantum requiritur, ut conſiſtorio Imp. quis interſit, ſive eum conſiliis juvet.* 2. obſtat, *Atqui d. l. 5. C. non diſtinguit.* ℞. ad 1. Id falſum eſt.

Idque

Idque propter rationem *q.* 1. allegatam. ℞. ad 2. Diſtinctio non ex lege, ſed ex re ipſâ & animo delinquentium, petenda eſt. Vid. Beſold. *part.* 2. *delibat. jur. ex lib.* 48. *D. q.* 11. Menoch. *conſil.* 99. *n.* 9. Roland. à Valle *vol.* 4. *conſil.* 15. *n.*13. *& ſeqq.* Boſſ. *prax. crimin. tit. de crimin. Maj. num.* 14.

Q. 3. An & extraneus verè committat crimen læſæ Majeſtatis?

℞. NEg. Propriè enim à ſubditis (cum in eos ſuperioritatem habeat Imp.) tantum committitur. Subditus itaque, qui pretio conductus Principem occidit, aut auro victus exercitum, oppida, aut caſtra hoſtibus dedit, aut alias inevitabile exitium Reipub. meditatus eſt, dum propriæ ſalutem publicam poſtponit, hoc crimen committit. *arg.* §. 3. *Inſt. de publ. judic. c. paſtoralis.* 2. §. *rurſus.* & ibi Imola & Gloſſ. Clementin. *lib.* 2. *tit. de ſentent. & re judic.* Unde Rex, qui eſt Vaſallus Imperatoris, ei tamen minimè ſubjectus, in hoc crimen non incurrit, multò minus committit. Feudo licet privari poſſit, non tamen omnia ipſius bona fiſco cedunt. Vid. Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent.* §. *læſa majeſtas. n.* 6. Ludovic. Gilhauſ. *arb. judic. crim. c.* 2. *tit.* 2. *de crim. læſ. majeſt. n.* 3. At diverſum eſt in vaſallo, qui ſimul eſt ſubditus domini pollentis majeſtate. Vid. Bodin. *de Repub. lib.* 5. *c.* 6. *num.* 596. Arnold. Ferron. *de reb. geſt. Gall. lib.* 8. Obſtat *l.* 5. *C. ad leg. Jul. majeſt. l.* 1. §. 1. *D. eod. non diſtinguit.* ℞. Licet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

lex per legem extendi nequeat, commodiſſimè tamen declaratur. Vid. *d. c. paſtoralis.*

Q. 4. *An ſola reticentia ſceleſtæ in Rempub. factionis, reticentem reddat reum perduellionis?*

℞. NEquaquam, ſed extraordinaria puniendus eſt pænâ. *arg. l. 2. D. ad l. Pompej. de parricid.* At hoc procedit, niſi reticens conſcius ſimul & pars fuerit conjurationis. *l. 5. §. ſanè. C. ad leg. Iul. Majeſt.* Diſſent. Bartol. *in l. 3. d. tit. D. n. 3.* qui ſolam notitiam ſufficere exiſtimavit. At illius animam idcirco in inferno cruciari, ait Baldus 1. *conſil.* 34. 1. obſtat *l. 1. §. 17. & l. 14. D. ad Senatuſc. Silan.* 2. obſtat *d. l. 5. §. 6.* ℞. ad 1. Id ibi ſingulari ratione, ut ſc. vitæ ſecuritatem domi ſuæ ſibi pollicêri poſſit dominus, ita conſtitutum videtur. ℞. ad 2. *Conſcii in d. l.* non ſunt, qui ſolam ſcientiam habent, ſed & qui factionis ſunt participes. ut explicat D. Wiſſenb. *part. 2. diſput. 34. in Pandect. theſ.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 5. An ſanctio Arcadii & Honorii Impp. in l. quiſquis. 5. §. 1. C. ad l. Jul. Majeſt. quâ parentes liberos ſuos non habent ſucceſſores, juri divino atque rectæ rationi ſit contraria?

℟. MInimè. Licet enim inſontibus reorum perduellionis filiis, perpetua egeſtate ſordentibus, mors ibi ſolatio, & vita ſupplicio eſſe dicatur, non tamen id legi divinæ contrarium, aut à ratione prorſus alienum puto. Propter atrocitatem enim ſceleris, à communi juris orbitâ, ob publicam utilitatem ſæpè receditur. Sic Achan Joſ. 7. *verſ.* 14. propter anathema, non ſolum ipſe periit, ſed & tota ipſius poſteritas extincta eſt. Propter ſeditionem Kore, Dathanis & Abirami in caſtris motam, ipſi cum ſuis terræ voragine abſorpti ſunt. Num. 16. 32. Ratio, ob quam pæna hoc caſu tranſeat ad liberos. 1. ut charitas liberorum, eorumque futura calamitas, amiciores parentes Reipub. redderet, & magis ab iſthoc facinore deterreret, dum perpendunt, ſcelus ſuum etiam in caput liberorum redundaturum. 2. quia id, non tam filiorum, quam parentem odium concernere videtur, ſi ſucceſſores illis non ſint, in quibus defunctorum relucet imago. 3. quia intereſt Reipub. ut in officio liberi contineantur, omniſque illis anſa amputetur vindicandi mortem parentis *d. l.* 5. 1. obſtat, *Ob peccata parentum liberi non debent puniri.* Deut. 24. *verſ.* 6. Ezech. 18.

verſ. 20. 2. obſtat, *Rex Amazias, cum interfe-ctores patris deleret, liberis eorum pepercit.* 2. Reg. 14. *verſ.* 5. & 6. 3. obſtat, *Pænæ ultrà auctores non debent extendi. l.* 22. *C. de pæn.* ℟. ad 1. Nec etiam hoc caſu liberi directò puniuntur, ſed, ne noceant, in officio duntaxat ob publicum bonum continentur. At hoc nuſquam jus divinum prohibet. Deinde obſervandum, quod in d. Deut. dicatur, *mortis ſupplicio* liberos pro patribus non eſſe afficiendos. Nec etiam noſtro caſu, morte, ſed ſucceſſione duntaxat mulctantur. Quapropter, licet inſontes tyrannorum aut proditorum liberi ultimo ſupplicio non ſint plectendi: quia tamen in iis paterni criminis exempla metuuntur. *d. l.* 5. hinc parentum damnatorum bona ipſis jure denegantur. ℟. ad 2. Rex ibi ut morte liberos non affecit; ita & nos docemus, liberos proditorum mortis ſupplicio non eſſe ſubjugandos: niſi fortè in ſcelus & malitiam parentum conſenſerint, ejuſque ſceleris conſcii ſint & participes. Tunc enim, non tam ob parentum, quam proprium delictum, jure meritoque morte puniuntur. Exod. 20. *verſ.* 5. ℟. ad 3. d. regula generalis eſt. At fallit in atrociſſimis, uti dictum eſt. Deinde, id verum eſt, quoad eandem ſc. quam pater ſolvit, mortis pænam. Quod verò ad aſſerendã prædictam ſententiam, adferatur, peccatum originale Adami imputatum eſſe toti ejus poſteritati, id ad aſſertionem noſtram confirmandam non valet. Non enim hoc perſonale fuit, ſed toti naturæ humanæ commune. Illud enim à parentibus in liberos derivatur; quorum fit propria quaſi hereditas; unde

unde poſteri non propter lapſum primorum parentum, aut alienum, ſed proprium à parentibus in ipſos propagatum peccatum, puniuntur. *Moribus verò hodiernis, liberi inſontes, propter parentis crimen læſæ majeſtatis, neque ab hereditatibus extraneorum, neque ab honoribus ſubmoventur. Sed bona duntaxat reorum propria, ſalvo ſc. jure liberorum, in fiſcum rediguntur.*

Q. 6. An & pœna d. l. 5. locum habeat, ſi mater hoc nefandiſſimum perduellionis crimen commiſerit?

℞. AFfirmo. *d. l. 5. junct. l. 1. & l. 195. in princ.* D. *de verb. ſignif. l. 62. in fin.* D. *de leg.* 2. Proſper Farinac. *in prax. crim. lib.* 4. *tit.* 13. *de crim. læſ. majeſt. q.* 116. §. 3. *n.* 98. Harprecht. *in tract. crim. ad* §. *publica autem judicia. n.* 46. *Inſt. de publ. judic.* 1. obſtat, *Odioſa non ſunt extendenda.* 2. obſtat, *Atqui non facilè fœmina auſura eſt hoc crimen committere.* ℞. ad 1. Nil hîc extenditur, ſed ex proprietate vocabuli (*quiſquis*) opinio DD. adſtruitur. ℞. ad 2. Eſto. At ſi commiſerit, eodem quoque modo punienda eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 7. An d. conſtitutio l. 5. §. 1. etiam concernat filios ante commiſſum crimen perduellionis natos?

℟. AFfirmo. Hoc enim caſu eædem rationes militant. 1. Quia & in illis paterni criminis exempla verentur. 2. Quod & charitas horum liberorum amiciores Reipub. parentes præſtabit. 1. obſtat, *Atqui non videntur nati ex infecto atque criminoſo ſanguine.* 2. obſtat *l. 9. D. de Senator. ubi filius natus, ob caſum dein ſupervenientem patris, nullum patitur dignitatis præjudicium. ergò, &c.* 3. obſtat *c. non imputantur. 1. q. 4.* ℟. ad 1. Quoad judicium perduellionis, peculiaribus de cauſis, ſemina vitiorum, quibus parentes perduelles laborarunt, in omnes indiſtinctè liberos derivantur. ℟. ad 2. Negatur conſeq. Cum enim d. conſtitutio ſingulari jure nitatur, ad communis juris regulas expendi nequit. ℟. ad 3. Canones juris Pontificii ad legem perduellionis producendi non ſunt.

Q. 8. An filiorum appellatione in d. l. 5. §. 1. etiam veniant nepotes?

℟. MInimè. 1. Quia odioſa ſunt reſtringenda. *c. 15. de Reg. Iur. in 6.* 2. Cum enim amor deſcendat magis, quam aſcendat, & à liberis tepidius ametur avus, quam pater à filiis, haud valde metuendum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

dum, ne avi ulciſcendi gratiâ nepotes hoſtilia moliantur in rempub. nec etiam in animis eorum, per ætatem, tam recens dolor, neque tam acerba recordatio aviti ſupplicii eſſe præſumitur. Bartol. *in l. liberorum. D. de V. S.* Salycet. *in d. l.* 5. Wiſſenb. *diſput. in Pandect.* 34. *theſ.* 10. 1. obſtat, *Filiorum appellatione veniunt nepotes. l.* 84. *l.* 220. §. 1. *D. de verb. ſignif.* 2. obſtat, *Quod & à nepotibus aviti criminis exempla poſſint proficiſci.* 3. obſtat *l. ult. in fin. C. de bon. proſcript.* 4. obſtat *c.* 15. *de heret. in* 6. ℟. ad 1. Id procedit in favorabilioribus, & in quibus eadem eſt ratio. *l.* 59. *D. de rit. nupt. l. filium.* 14. *D. de Senatuſconſ. Macedon.* Non autem in odioſis, & quæ diverſam juris rationem habent. ℟. ad 2. At non ita, ut filii, qui ſunt ſanguine proximi, de ulciſcendâ morte parentum cogitabunt. ℟. ad 3. Licet bona univerſæ poſteritati auferantur, non tamen univerſa poſteritas incapax, inteſtabilis, atque infamis declaratur. ℟. ad 4. Non ibi de hereditate proximorum, ſed de beneficio Eccleſiaſtico, ne ſc. id ad nepotes perveniat, tractatur.

Q. 9. *An fæmina ſoluta, marito alieno ſe proſtituens, polluatur adulterio?*

℟. NEquaquam. *l.* 1. §. 1. *D. ad leg. Iul. de adulter. l.* 101. *D. de verb. ſignif.* verum maritus jure divino & civili argui poteſt adulterii. Matth. 19. *verſ.* 9. Marc. 10. *verſ.* 11. §. 4. *Inſt. de public. judic. l.* 13. *D. l.* 1. *C. ad leg. Iul. de adulter.*

Menoch. 2. *de arbitr. judic. quæſt.* 4. *n.* 105. *& ſeqq.* Ratio, quia ille integram ac ſinceram matrimonii fidem uxori ſuæ datam verè adulteravit (i. e corrupit & fregit. *l.* 5. *D. ad l. Pompej. de parricid.*) ſeque à carne, cui Deus ipſum implicuerat, perfidè ſeparavit. 1. obſtat, *Adulterium à DD. communiter definitur, Thori alieni violatio, ſeu commaculatio. Ergò ſoluta conjugatum admittens, rea eſt adulterii. Fund. quia, licet non actionis, paßionis ſaltem intuitu, illa thorum commaculavit alterius.* 2. obſtat, *Cum nuptâ committitur adulterium. d. l.* 6. *§.* 3. *l.* 35. *§.* 1. *D. eod.* 3. obſtat, *Atqui jure mariti ab uxore accuſari non poteſt. l.* 1. *C. eod. Ergò non eſt adulter.* ℟. ad 1. Negatur conſeq. Thori enim alieni violatio, non tam de nudo concubitu, quam de inſitione ſtirpis ſpuriæ in alienam familiam intelligitur. Quapropter, unus ille idemque congreſſus, reſpectu ſolutæ (ſive illa virgo ſit, ſive vidua, ſive ſcortum publicum) pro ſtupro ſeu fornicatione: reſpectu verò thori à marito violati, pro adulterio habetur, *d. l.* 6. *§.* 1. *l.* 13. *§.* 2. *l.* 34. *§.* 1. *D. eod. d. l.* 101. Perfectius itaque adulterium dicetur, corruptio ſive fractio fidei ac thori conjugalis. Vel concubitus contrà pactum conjugale. Quod vox vernacula (**Echt-breuck**) clarè expreſſit. ℟. ad 2. Tres adulterii ſunt gradus 1. ſi conjugatus cum conjugatâ. 2. ſi ſolutus cum conjugatâ. 3. ſi conjugatus cum ſolutâ converſetur. Primus gradus eſt ſummus, & cum uterque violet proprium thorum & alienum, adulterium dicitur duplicatum. Alter eſt medius. Tertius infimus. Quapropter ad objectionem,

ctionem; cum nuptâ committitur adulterium, primo ſc. & ſecundo gradu. At conjugatus cum ſolutâ, tertio. R/. ad 3. Negatur conſeq. Quod enim adulter hoc caſu jure mariti accuſari non poſſit, id ſingulari privilegio tribuendum.

Q. 10. *An & hodie adulterium mortis ſupplicio ſit expiandum?*

R/. EX lege divinâ capitali pænæ ſubjugabatur. Levit. 20. *verſ.* 10.11. Deut. 22. *verſ.* 22. At de jure Canonico, adulter laicus excommunicatur. *c. 6. X. de adulter.* adultera in monaſterium detruditur. Clericus verò depoſitione & detruſione in monaſterium ad pænitentiam perpetuò ibi agendam mulctatur. *l. 6. X. de adulter.* De jure civili, olim, ex abrogatione, ſc. vel derogatione legis Juliæ, quæ *relgatione* adulteros punivit, pæna capitali adulterium coërcebatur. *§. 4. Inſt. de publ. judic. l. 18. C. de tranſact. l. 38. §. 1. C. ad l. Iul. de adulter.* At jure noviſſimo Novel. 134. c. 10. mors adultero, detruſio in monaſterium adulteræ præſtituitur. Verum, licet pæna adulterii non ſit juris moralis (uti *Exerc. 1. q. 1.*) habetur, quia tamen legem divinam moralem tuetur, nec ad ſolum uſum forenſem reſpicit, juſtiſſimaque procul dubio inter culpam & pænam proportio à Deo eſt obſervata: hinc, quantum fieri poteſt, legi iſti eſt inhærendum, unde nec peccare eum cenſeo, qui mortis pænam adulterii convictis dictaverit. Graviſſimum enim eſt adulterii crimen: per hoc enim in propriũ corpus peccatur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

templum S. Sancti profanatur ; ſanctiſſimus conjugii ordo violatur ; familiæ turbantur ; Thorus contaminatur ; liberis fit injuria ; honeſtas publica læditur ; bona in extraneos dilapidantur ; nec non homicidium, aliaque plurima crimina ex eo ſubinde proficiſcuntur. Vid. Azon. *in ſumm. C. ad l. Iul. de adulter.* Joh. Harppr. *ad §. item lex Iulia. n.* 2. *Inſt. de publ. judic. ubi &* Mynſ. *n.* 1. Proſper Farinac. *part.* 5. *oper. crim. quæſt.* 140. *n.* 8. Et cum vinculò æquali parilique fide conjuges ſibi invicem obligentur, fidei violatio in utroque æquè gravis æſtimanda eſt, parique paſſu adulteræ cum adulteris ob perpetratum adulterii crimen in idem ſupplicium ruunt. Nec tamen diſtinctionem inter adulterum & adulteram *in d. Novell. c.* 10. rationi puto contrariam. Mitigationem quidam Theodoræ Auguſtæ tribuunt : quaſi ex ſolo ergà ſexum proprium favore illud beneficium indulſiſſet. verius tamen videtur, Imperatorem, pænam capitis rigoroſam in viris ſolummodò, propter inſignem ipſorum injuriam, quam per ſuppoſitionem falſi partus, & inſitionem ſtirpis ſpuriæ familiis inferunt, & quæ in Rempub. ex familiarum confuſione redundat, retinuiſſe. Mitior verò circà adulteras pæna, non ſolum reſpicit ſexus fæminei imbecillitatem, ex quâ facilius mulierculæ, quam viri, libidine victæ, in adulterium ſe præcipitare videntur ; ſed potiſſimum ergà maritos favorem concernit ; ne ſc. duplici afflictione gravarentur: quod contingeret, ſi iis fortaſſè placatis & cohabitare volentibus facultas recipiendi uxores ſuas adimeretur. 1. ob-

ſtat,

ſtat, *Sine uxoris facto & ope ſtirps aliena inſeri non poteſt in alienam familiam.* 2. obſtat, *Ioſephus ob adulterium in carcere ſolum detinebatur. Gen.* 39. *verſ.* 20. 3. obſtat, *Chriſtus adulteræ ignovit, eamque abſolvit. Ioh.* 13. *verſ.* 11. ℟. ad 1. Licet haud parum injuriam prædictam promoveat fæmina patiens, maximè tamen viro agenti, ac ſobolem ſuam alteri ſubſtituenti, hoc facinus imputatur. ℟. ad 2. Joſephus non perpetrati, ſed attentati ſolummodò adulterii accuſabatur. Deinde, conſuetudo Ægyptiaca divinæ legi derogare nequit. ℟. ad 3. Condonatio culpæ ſpiritualis, cum conniventiâ & gratiâ politicâ confundi non debet. Nec enim legem Moſaicam Chriſtus ibi abrogavit, aut magiſtratus officium in adulteris puniendis ſuſtulit: ſed quia ad ignoſcendum & remittendum pænitentibus venerat, etiam adulteræ ignovit & peccatum remiſit, judicandi aut condemnandi poteſtate magiſtratui relictâ. Ut hâc ratione, quibus animarum cuſtodia incumbit, diſcerent, Spartam duntaxat ſuam exornare, & à ſæcularibus & politicis abſtinêre judiciis. Civiliter verò, propter adulterium uxoris, maritus agit ad thori ſive matrimonii ſeparationem. *c. tua. X. de divort. c.* 4. *X. de donat. int. vir. & uxor.* & ut dos & donatio propter nuptias ſibi aſſignetur. *c. plerumque. X. de donat. int. vir. & uxor. authent. ſed novo jure. C. de repud. Novell.* 117. *c. quia verò.* Covarruv. *de ſponſal. part.* 2. *c.* 7. *§.* 6. Clar. *§. adulterium. num.* 13. Menoch. *arbitr. quæſt. cent.* 5. *conſil.* 419. *num.* 58.

Q. II.

Q. 11. *An etiam cum ſponſa alterius verè committatur adulterium?*

℞. NOn eſt dubitandum. Nec etiam diſtinguendum arbitror inter ſponſalia de præſenti & futuro. Licet enim ſponſalia à matrimonio alias ſeparentur, Divi tamen Severus & Antoninus reſcripſerunt, etiam in ſponſa adulterium vindicandum: quia (inquiunt) neque matrimonium qualecunque, neque ſpes matrimonii violanda eſt. *l.* 13. §. 3. *D. ad leg. Iul. de adulter. l. propter violatam virginem.* 7. *C. eod. adde* Deut. 22. *verſ.* 24. Vid. *Exercit.* 4. *quæſt.* 24. 1. obſtat, *Sponſalia de futuro per fornicationem ſponſæ tantum dirimuntur. c. quemadmodum. X. de jurejur. ergò adulterii accuſatio non habet locum.* 2. obſtat, *Contractis ſponſalibus de futuro, nullus eſt thorus conjugalis; ergò nec thorus violari poteſt.* 3. obſtat *l. miles.* 11. §. *quærebatur.* 7. *D. ad leg. Iul. de adulter. ibi ceſſat adulterii pœna, ſi pater filiamf. alii nuptum dederit.* ℞. ad 1. At non ipſo facto, ſed tunc, cum ex cauſâ delicti ſponſus ſponſæ repudium miſit. Ratio, ne alioquin ſponſa pro lubitu, peccando, ſponſaliorum nodum diſſolvere poſſet. ℞. ad 2. Sufficit in hâc re initiatio quædam & ſpes thori. ℞. ad 3. Ibi non ſponſa, ſed ipſe paterf. qui ſuo arbitratu exinanire ſponſalia poteſt. *l.* 10. *D. de ſponſal.* priori ſponſo repudium mittendo renuntiavit ſponſalibus.

Q. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 12. An ſtuprator, ſi fidem matrimonii ſtupratæ non dederit, æquè lege Juliâ coërceatur?

℟. OMnino. §. 4. *Inſt. de pub. judic.* Si enim ſtuprata ſub ſpe matrimonii ſibi promiſſi in concubitum conſenſerit, ſtuprator præciſè ad matrimonium cum ſtupratâ implendum tenetur: & ſi renuat, carcere ad id compelli debet. At nullâ factâ promiſſione ſtupratæ de contrahendo conjugio, lex divina (quam ſequitur jus canonicum) injungit ſtupratori, ſtupratam ut ducat & dotet. Exod. 22. *verſ.* 16. 17. Deut. 22. *verſ.* 28. *c.* 1. & 2. *X. de adult.* ut afflicta & ex facinore contriſtata hoc ſolamine erigeretur, & ſtupri macula per ſubſequens matrimonium tolleretur. At uſu fori, voculâ copulativâ legis Moſaicæ (*Et*) in alternativam (*vel*) reſolutâ, ſi dotare ſtupratam velit, eam invitus ſtuprator ducere cogi non poteſt. Liberrimum enim conjugium eſſe oportet. *c.* 14. *X. de ſponſal.* quia coactum infelicem ſortitur eventum. *c. requiſivit.* 17. *X. de ſponſal.* Quod procedit, licet vel ipſa geſtibus laſcivis cauſam ſtupri præbuerit. Nec hoc caſu corruptæ obſtabit, quod ipſa frenum libidini laxarit, & proprio facto in infortunium ſe præcipitarit: Quoniam inſidiis ac ſtimulis carnis decepta, nimis promptè in voluntate illius, cujus erat, firmiori judicio mulierculam ad meliorem mentem reducere, acquieviſſe cenſetur. Vid. *l. unic.* §. *niſi enim. C. de rapt. virgin.* Et d. dotatio (utpote actio

actio ad intereſſe civilis, adeòque perpetua: *princ. Inſt. de perpet. & temp. act.*) peti poteſt, etiamſi per integrum ſtuprata tacuerit quinquennium. Quamvis alioquin lege Juliâ actioni de ſtupro criminali quinque annorum ſpacium ſit præfinitum. Et hæc quoque locum habet, etiamſi ſtuprator ad conjugium & amplexus alterius fæminæ properaverit. Hoc enim caſu, cum ſuâ culpâ electionem ducendi ſtupratam vel dotandi amiſerit, ſibi hoc imputare debet. *l.* 203. *D. de Reg. Iur.* At *quantum dotis*, non ſtupratori (ne per indirectum ipſius impudentia adimeret, quod æquitas corruptæ conceſſit) ſed judici, juxtâ conditionem, nativitatem & dignitatem ſtupratæ, definiendum relinquitur: atq; dos plerunque tanta determinari ſolet, quam ipſe pater corruptæ veroſimiliter de ſuo conſtituiſſet. Vid. tamen Moller. *conſtitut. Elect.* 27. *part.* 4. *n.* 6. Schneidw. *ad §. in duplum. n.* 13. *Inſt. de action.* Et hæc dos determinata ſtatim exolvenda eſt: adeoque, licet nunquam corrupta nupſerit, ad heredes transfertur. Non enim jus dotationis recipit conditionem futurarum nuptiarum, ſed in compenſationem earum, quibus, propter delibatæ virginitatis humiliationem, mulier jam fruſtrata eſt, introducitur. Obſtat, *Stuprata vilis eſt & paupercula. Ergò non eſt dotanda.* ℞. Negatur conſeq. Eò enim magis famulæ vel ancillæ perdotationem eſt ſuccurrendum, ne alioquin paupertate aut conditionis vilitate oppreſſa, omni ſolamine deſtituatur. *l. humilem.* 7. *C. de inceſt. nupt.* Mores verò hodierni ſtupratorem (ſi ducere nolit) ſtupratam dotare, eumque præterea

puer-

uerperii ſumptus, & alimenta ex ſtupro procreatis præſtare jubent: additâ interdum propter exemplum etiam pænâ arbitraria. Dotanda eſt deflorata: quia furtum pudicitiæ corruptor commiſit, & corrupta ita depretiata tantò magis opus habet nummis, quò facilius maritum ſibi invenire poſſet. Quapropter donatio favorem ſtupratæ reſpicit. Alimentatio commodum infantis concernit; non ſolum, ne fame pereat, ſed quia onus alendi, ab eo tempore, quo natus eſt, uſque dum ipſe operis ſuis ſe ſuſtentare valet, patri incumbit. *l. nec filium. C. de patr. poteſt.* & quia jus naturæ nullam inæqualitem circà liberos agnoſcit, hinc patri ſuſtentatio partus injungitur. *princ. Inſt. de jur. nat. gent.* Unde quod diximus, etiam in ſpuriis procedit de Jure canon. *c. cum haberet. 5. X. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adulter.* Ant. Theſſaur. 3. *n.* 7. Trentacinq. *lib.* 1. *reſolut.* 2. *de noth. & ſpur.* nec etiam ex damnato coitu procreati excipiuntur. Anton. de Padilla *in auth. res quæ. n. 65. C. commun. de legat.* Johann. Jacob. à Canibus *in tract. de execut. ult. vol. p. 2. §. conſentaneum. n. 37.* Nevizan. *in Sylv. nupt. lib. 3. verb. ſtuprator. verſic. intellige ſemper.* At pæna publicum intereſſe contemplatur, quò alii cautius mercari diſcerent, & à ſtupro ac fornicatione abſtinerent. *l. ſi pænam. D. de pæn. Canon. prodeſt ſeveritas. 23. q. 5.* Obſtat *d. l. 9. C. de patr. pot. durante triennio mater infantem alere tenetur.* ℞. Id de lactis alimoniâ intelligendum. Nec enim olim ante triennium infantes mammâ depellebantur. Gothofr.

ad d.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ad d. l. obiter hic obſervandum, dotationi caſibus nonnullis non eſſe locum. 1. Si quis ad ſcortum publicum, puellamve, aut viduam anteà ab alio vitiatam prolapſus fuerit. *d. §. 4. Inſt. de publ. judic.* at ſtuprum confeſſus alere infantem debet, licet etiam ſuſpicetur, partum ab alio procreatum: modò ſtuprata à concubitu aliorum abſtinuiſſe juratò aſſeruerit. Vid. Theſſaur. *d. deciſ. num.* 4. 6. Canon. *conſuluiſti.* 2. *q.* 4. *c.* 8. *ult. X. de purg. canon.*

---- *Quare, ne pæniteat te* (ſecundum Horatium lib. 1. Satyr. 2.)

Deſine matronas ſectarier, unde laboris
Plus haurire mali eſt, quam ex re decerpere fructus.

2. Si ſtuprata nubere nolit ſtupratori. Fund. Quia dotatio in locum recuſati matrimonii ſucceſſit. 3. Si maritus mulierem ſtupraverit. Cum enim tunc ex lege Bigamiæ ſtupratam ducere prohibeatur, dotare non tenetur. Verum, cum ex facto alieno nulli præjudicium fieri debeat, etiam iſtis & ſimilibus caſibus, infantem alere ſtuprator æquè tenetur. Et hoc alendi onus, cum ſingulare & perſonale jus liberorum ſit, ideò alimenta ad aliquot annos infanti ab aliquo promiſſa, infante ante lapſum mortuo, eorum præſtatio ceſſat, matre penitus à perceptione excluſâ. *l. cum his.* 8. *§. modus. in fin. D. de tranſact.* Stuprum propriè eſt illicita virginum defloratio *c. lex illa.* 36. *q.* 1. (vernaculè ontmaeghdingh) at jus obtinuit, ut etiam ad viduam honeſtam porrigatur. *§. 4. Inſt. de publ. judic. l. 6. §. 1. D. ad l. Iul. de adulter.*

Q. 13.

Q. 13. *An* Αὐτοφονία *ſit permiſſa?*

℟. NEg. Schneidw. *ad* §. 3. *Inſt. de Iuſt. & Iur. num.* 3. 4. 6. Carpzov. *part.* 1. *crim. quæſt.* 2. *num.* 25. *& ſeqq.* Schotan. *in exam. Iurid. ad tit. de bon. eor. qui ant. ſent.* 1. Propter præceptum decalogi (*non occides*) quod generale eſt, i. e. nec Te, nec alium quemquam. 2. Quia nemo membrorum ſuorum eſt dominus. *l.* 13. *D. ad l. Aquil.* 3. Quia non licet alterum lædere, multò ergò minus ſeipſum. Fund. quia, qui ſe occidit, animum & corpus nefariè perdit, cum alius corpus tantum occidere dicatur. 4. Quia peccat contrà benè ordinatam charitatem, quæ à ſeipſo incipere debet. 5. Quia alteri parcere velle non videtur, qui ſibi non pepercit. *l.* 23. §. 3. *D. de Aedil. Edict.* 6. Per *l.* 38. *in fin. D. de pæn. l.* 6. §. 7. *D. de Re mil.* Ab autophonia ægrè illi abſolvuntur, qui pulvere nitrato ſuccendunt navem, quâ vehuntur, ne hoſtis eâ potiretur. 1. obſtat, *Alterum lædere non licet, ergò ſeipſum eſt permiſſum.* 2. obſtat *l.* 9. §. 7. *D. de pecul. verb.* (*etiam*) *& verb.* (*naturaliter.*) 3. obſtat, *Quod volenti non fiat injuria. l.* 1. §. 5. *D. de injur. l. nemo.* 145. *D. de R.* ℟. ad 1. Argumentum à contrario ſenſu non procedit, cum Lex, vel juſta ratio obſtat. Deinde, *qui ſe occidit, is & alterum lædit: cum & ſeipſum Deo, atque Reipub. civem ante tempus adimat.* ℟. ad 2. Particula (*etiam*) vim implicandi non habet, cum abſurdus intellectus inde ſequeretur. Vox (*naturaliter*) factum

factum tantum denotat, non permiſſionem Juriſ. naturæ. ſic *naturaliter ſolvit*, qui verè & cum effectu ſolvit. *l.* 49. *D. de ſolut.* Deinde, dici poteſt, ex Stoicorum (quorum diſciplina Juriſconſulti noſtri imbuti fuerunt) placitis hoc profectum eſſe. *Exerce te* (inquit Senec. *Epiſt.* 69.) *ut mortem & excipias, &, ſi ita res ſuadebit, accerſas. Nihil intereſt, an illa ad nos veniat, an nos ad illam.* ℟. ad 3. Id intelligendum de caſu, quo quis vult id quod jure fieri poteſt. Unde concludendum, eos, qui metu pænæ, ex conſcientiâ ſceleris, ſibi manus inferunt, graviter puniendos: præſertim, cum is, qui vel ex tædio vitæ, aut ex impatientiâ doloris, morbi, aut furore, idem fecerit, Jure civili, non ab omni, ſed tantum excuſetur à pænâ confiſcationis. *l.* 2. *C. qui teſtam. fac. poſſ. l.* 3. §. 4. *D. de bon. eor. qui ſibi mort. conſciv. l.* 6. §. 7. *D. de re milit. l.* 45. §. 2. *D. de Iur. Fiſc.*

Q. 14. *An in dubio*, dolus & data opera *in homicidio præſumatur?*

℟. AFfirmo. *l.* 1. & 5. *C. ad l. Cornel. de Sicar.* ſc. ſi quis inſtrumento ad hominis internecionem veroſimiliter apto uſus ſit. Unde, qui pugno, lapide, baculo, clavi, cucuma, fuſte, ligone, virgis, loris quem exceperit, & mors inde ſecuta fuerit, ei extraordinaria pro arbitrio judicis pæna infligetur. *l.* 1. §. 3. *D. eod. l. ſi ex plagis.* 52. §. *tabernarius.* 1. *D. ad l. Aquil. l. omne delictum.* §. *ſi quis commilitonem. D. de re milit. c. ſignificaſti.* 18. *in fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

t fin. X. de homicid. Jul. Clar. *in §. homicidium. num.* 5. Carer. *in pract. crim. tit. de homicid. num.* 22. Harpprecht. *in tract. crim. ad §. item lex Cornelia. Inſt. de publ. judic. num.* 43. *& ſeqq.* At ea præſumptio doli, contrariis argumentis, deſumptis vel à teli genere (ut dictum) vel à perſonis, eliditur; ut ſi fortè pater filium, magiſter diſcipulum, amicus amicum occiderit. Obſtat, *Dolus nunquam præſumitur. l.* 51. *D. pro ſoc. l.* 6. *C. de dol. mal.* ℞. Id accipiendum, niſi quis in facto illicito verſetur. *l.* 5. *C. de injur.* hinc, in dubio, qui amoris æſtu compulſus corrivalem occidit, deſtinata voluntate atque impatientia conſortis exanimaſſe cenſetur. Gail. 2. *obſerv.* 110. Ludov. Gilhauſ. *arbor. judic. crim. c.* 2. *tit.* 12. *de homicidio. num.* 54. *An verò furioſus propter cædem gladio ſit feriendus?* ℞. Licet variæ hic ſint DD. opiniones & diſtinctiones, juri tamen convenit & æquitati, ſive durante illa mentis ſervitute, ſive ante deliquerit, eum non eſſe puniendum. Non priori caſu, quia defuit voluntas, eumque ſatis fati infelicitas excuſat. *l.* 14. *junct. l.* 12. *D. ad l. Cornel. de Sicar.* Non etiam poſteriori, quia ſatis furore ipſo punitur. *l.* 14. *D. de offic. Præſid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 15. An is qui vulneravit animo occidendi, non tamen occidit, jure civili ſit gladio plectendus? ſive, an conatus pro ipſo crimine habeatur?

℟. AFfirmo. Voluntas enim in L. Cornelia, cæteriſque criminibus atrocioribus dolus pro facto habetur. *l.* 14. *D. ad l. Cornel. de Sicar. junct. l.* 7 *D. l.* 7. *C. eod.* §. 5. *Inſt. de publ. judic. l.* 5. *C. ad l. Iul. majeſt.* ita & Jure Moſaico capite is punitur, qui fratrem ad Idololatriam pellicere, aut ſalſo teſtimonio è medio tollere conatus eſt. Deuteron. *cap.* 13. *verſ.* 5. *& ſeqq. & cap.* 19. *verſ.* 16. *& ſeqq.* At in levioribus, affectus non punitur, niſi effectum rei habuerit. Vid. *l.* 3. *D. de his qui not. infam. l. vulgaris.* 21. §. 7. *D. de furt. l.* 22. §. *etſi ei.* 4. *D. de l. Cornel. de falſ.* 1. obſtat *l.* 1. *in princ. &* §. *ult. D. de extraord. crim.* 2. obſtat *Eventus ſpectandus eſt. l.* 16. §. 8. *D. de pæn.* ℟. ad 1. Sollicitator alienæ pudicitiæ, imperfecto flagitio, capite non punitur: quoniam lex Julia tantum de conſummato facto agit. *l. hæc verba.* 12. *D. ad l. Iul. de adulter.* At lex Cornelia de Sicariis etiam conatum expreſſim comprehendit. *d. l.* 7. *& ſeqq.* ℟. ad 2. Senſus *d. l.* eſt, culpoſum homicidium etiam extraordinariè, at quod data operâ & conſilio evenit, mortis ſupplicio eſſe puniendum. *Verum uſu hodierno, vulnerator exilio, vel pro ratione circumſtantiarum corporali pænâ coërcetur.*

Q. 16. *An ab ordinariâ homicidii pœnâ excuſandus ſit impubes?*

℞. VEl quæritur de infante aut infantiæ proximo; aut de proximo pubertati. Illo caſu, impubes nullo modo punitur. Ceſſat enim malitia & animus nocendi. *l. infans.* 12. *& ibi* Hippol. de Marſil. *D. ad l. Cornel. de Sicar.* atque impetu magis quam propoſito peccaſſe videtur. Vid. *l.* 1. *C. de falſ. monet.* Poſteriori verò caſu, diſtinguo; vel doli capax eſt, vel non. Illo, ſi nulla adſit excuſandi cauſa, inſtar majoris pænas dabit. *l.* 37. *D. de minor. l.* 7. *C. de pæn. l.* 110. *D. de Reg. Iur.* Sæpè enim pueri, ut ex annalibus patet, tam monſtroſum ætatis compendium fecerunt, ut viri ante facti, quam per leges eſſe potuêrunt. Hoc verò, cum adoleſcentia inter ſtultitiæ & furoris ferè tranſigatur confinia, mitior extraordinaria pæna valebit. *l.* 16. §. 3. *in fin. D. de pæn. l.* 108. *D. de Reg. Iur. adde l.* 38. §. 7. *D. ad leg. Iul. de adulter.* Obſtat, *Noxia eſt illa lenitas, quæ vitam ſcelerati, reipub. ſaluti anteponit.* ℞. Id procedit, niſi ratio mitigandi ſubſit. At impuberes pubertati proximos, doli incapaces, etiam innocentia conſilii quodammò tuetur, & ætatis imbecillitas à ſcelere excuſat.

Q. 17.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 17. *An qui occidit Titium, dum vellet occidere Sejum, ordinariâ mortis pœna ſit plectendus?*

℟. AFfirmo. Per *l. eum qui.* 18. *§. ſi injuria.* 3. *D. de injur. l.* 45. *§* 2. *D. ad l. Aquil.* & rationem *in l.* 21. *in fin. C. de furt.* Vaſq. 3. *controv. illuſtr. cap.* 96. *n.* 32. Iul. Clar. *in §. homicidium. n.* 6. Placa. *lib.* 1. *epit. delict. c.* 27. Diſſent. Angel. *in l. reſpiciendum.* 11. *§. delinquitur. D. de pœn.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 324. *n.* 10. *uſque ad fin.* Tiraquell. *de pœn. temper. cauſ.* 14. *n.* 4. 1. obſtat, *Ceſſante conſilio & animo, ceſſat dolus.* 2. obſtat *l.* 15. *D. de juriſdict.* 3. obſtat *l.* 3. *§. ult. l.* 4. *D. de injur.* ℟. ad 1. Licet ceſſet dolus in ſpecie, non tamen in genere. At hic l. Corneliâ in animadverſione capitali ſufficit. *l.* 7. *D. ad l. Cornel. de Sicar.* ℟. ad 2. Error dolo opponitur, cum ſc. de re licitâ (de quâ *in d. l.* 15.) tractatur. ℟. ad 3. *in d. §. ult.* agitur de ſervo: at illi haud facile fit injuria. Unde & ob alapam à domino ſervo inpactam denegatur actio. *d. l.* 4. Verum, ſi quis, dum aggreſſorem offendere vellet, caſu quodam alium invitus percuſſerit & occiderit: quia animus occidendi abſuit, ordinariæ pœnæ locus non erit. *l.* 1. *§. Divus Hadrianus.* 3. *D. ad l. Cornel. de Sicar.* Menoch. *d. loc. n.* 9. *conſtit. crim. Carolin. artic.* 145.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 18. An μονομαχία, *non ob honorem Dei, aut ſalutem Patriæ ſuſcepta, ſed propter fortunam amoris, aut redimendum honorem (ut ajunt) inſtituta, ſit licita?*

℞. MInimè. Hæc enim omni jure reprobatur. Unde provocatus, ne ſpontaneæ ſanguinis profuſioni & humanæ cædi occaſio detur, non ſe ſiſtere, ſed contrà provocantem judicio experiri debet. *l.* 13. *§. æquiſsimum. D. de uſufruct.* At provocans, licet provocatus non comparuerit, propter audaciam arbitrariè punitur. Vid. Henric. Bocer. *lib.* 2. *de duello. c.* 8. Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 16. Philip. Camerar. *lib.* 2. *oper. ſubciſiv. c.* 19. Junct. Carpzov. *part.* 1. *crim. q.* 29. *n.* 71. & 73. Et cum duello deliberatò utrinque vis & injuria inferatur, hinc, quicunque colluctatorem occiderit, ordinaria homicidii pæna tenetur. Peccatur enim hoc caſu in Deum & magiſtratum. Deut. 32. 35. Rom. 13. Et quia digladiatores iſti irâ & odio in illos ſæviunt, quos, ut ſeipſos, diligere debuiſſent: & in aliorum vitam temerè ſumunt poteſtatem, etiam in proximum peccare dicuntur. Accedit, quod & iſti, dum ex vindictæ cupiditate vitam ſuam periculo exponant, conſcientiam ſuam coram Deo homicidio vulnerent; peccent in ſeipſos; ſibique pænas accerſant divinas & humanas. Adde, quod qui ita aliorum ſanguinem ſitiunt, aut proprium irâ & odio pleni profun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

dunt, gratiam Dei ſibi pollicêri nequeant. 1. obſtat, *Davidis cum Goliatho duellum.* 1. *Sam.* 17. *verſ.* 6. 2. obſtat, *Illuſtrium antiquißima conſuetudo.* 3. obſtat, *Quod duello rei occultæ probatio fiat.* 4. obſtat, *Iubet magiſtratus.* 5. obſtat, *Latronem aggredi gladio licet. l.* 1. *C. quand. lic. unic. ſin. judic. ſe vindic. Ergò & illum, qui convitiis noſtram proſcindit famam.* 6. obſtat, *Ex ſortibus de re dubia judicare licet. ergò & duello.* 7. obſtat, *Fama & vita pari paſſu ambulant. Ergo (redimendi ſc. honoris gratiâ) duella ſunt permittenda.* 8. obſtat, *Duellator paulò ante congreſſum, uſu ſacræ cænæ, ſe ad mortem præparare poteſt; ergo gratiâ Dei ſe non privat.* ℟. ad 1. Singularia & heroica facta Sanctorum, non ad imitationem, ſed admirationem referenda. Deinde, non cum fratre, aut ſocio fidei, ſed cum infenſiſſimo populi Dei hoſte, qui & Deum blaſphemiis, & Iſraëlem convitiis proſciderat, iſta Davidi decertatio fuit. Accedit, quod David (utpote inermis juvenis, & opilio) adſerturus tamen populum in libertatem, in hoc ipſo typus Chriſti Salvatoris fuerit, & non niſi inſtinctu S. Sancti, & ſingulari Dei directione, in arenam proſilierit. Monomachia itaque Davidis, ob honorem Dei & ſalutem Patriæ fuit ſuſcepta. Sic & Curatiorum & Horatiorum duello diremptum bellum inter Romanos & Albanos legimus apud Liv. *lib.* 1. Valer. Maxim. *lib.* 6. *c.* 3. Vid. Philip. Camerar. *cent.* 2. *cent.* 19. *& ſeqq.* ℟. ad 2. Conſuetudo erroris, errori non facit patrocinium: & quæ ante multa ſecula impia fuit & injuſta, ea nec hodie juſtificari poteſt. Deinde,
apud

apud Deum non muneris ſplendor, aut gentis celebritas excuſat. ℞. ad 3. Iniquiſſima & fallax illa eſt probandi ratio. Cum enim incerti ſumus de judicio Dei, ſæpè permiſit in duellis innocentes ſuccumbere, & necari, propter alia eorum peccata. *c.* 1. 2. *X. de purg. vulg.* ſint itaque legitimæ inquirendæ veritatis media hæc. ſc. duorum vel trium teſtium teſtimonia. Deut. 19. *verſ.* 13. Tabulæ ſeu chirographa. Jerem. 32. *verſ.* 10. Publica confeſſio. Joſ. 7. *verſ.* 20. Juramentum. Hebr. 6. *verſ.* 16. Quibus ceſſantibus, præſtat nocentem abſolvere, quam tentato Deo innocentem ex præſumptione impiè damnare. ℞. ad 4. Quicquid Deum offendit & juſtitiam, aut charitatem proximi lædit, corrigendum vel abrogandum. ℞ ad 5. Negatur conſeq. Ratio diverſitatis; latro ſubitò obruit alium, & periculum eſt in morâ: At monomachi ex condicto conveniunt, & dum magiſtratus adiri, ejuſque authoritate lis tranſigi poſſet, vulnerandi vel occidendi propoſitum habent. ℞. ad 6. Negatur conſeq. Sortes enim ſine cujuſque vitæ periculo cadunt, earumque eventus, citrà propoſitum nocendi proximo, Deo committitur. ℞. ad 7. Antecedens verum eſt, ſi utriuſque eadem ſit ratio. At hoc caſu, alia ratio eſt vitæ, quæ petita & amiſſa non reſtituitur: quam famæ, quæ per legitima remedia facilè reparatur: At belluino hoc congreſſu graviſſimè ſimul cum conſcientiâ oneratur. Deinde ad conſeq. Sicut qui ſub periculo famæ peccare juſſus, parendo honorem amittit, non obtemperando conſervat; ita qui contrà jus divinum le-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

geſque humanas provocationi obtemperat, famam perdit, non parendo retinet. ℞. ad 8. Negatur antecedens. Qui enim proæreſin occidendi proximum aut vulnerandi habet, cujuſque animus irâ & odio ardet, dum proximo non remittit, & peccatum proprium non agnoſcit, ſed in eo pertinaciter perſeverat, ſe præparare, & à Deo peccatorum ſuorum veniam petere non poteſt. Deinde, abuſus iſte Sigillorum gratiæ Dei, ad palliandum ſcelus, non abolet, ſed potius auget peccatum.

Q. 19. An pænâ gladii feriendus, qui impetu doloris uxorem fortè in adulterio deprehenſam, aut adulterum occidit?

℞. Minimè. Sed mitius extrà ordinem. text. *in l. 1. §. ult. D. ad l. Cornel. de Sicar.* L. Gracchus. 4. *C. eod.* difficillimum enim, juſtum dolorem temperare. *l. ſi adulterium. 38. §. Imperator.* 8. *D. ad l. Jul. de adulter. adde l. 3. §. ſi tamen. 3. D. ad Senatuſc. Silan.* Vid. D. Wiſſemb. *part. 2. ad Pandect. diſput. 35. theſ. 15.* Groenew. *de ll. abrogat. ad d. l. 4. Gracchus.* Obſtat, *Atqui mortis ſupplicio locus eſt, ſi dolo homo occidatur.* ℞. At juſtus dolor dolum fugat, factum ejuſque pænam minuit.

Q. 20.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 20. *An pater, ſi liberorum fata properaverit, perinde ac mater, pænâ parricidii ſit afficiendus?*

℟. Affirmo. *§. 6. Inſt. de publ. judic. l. unic. C. de his qui parent. vel liber. occid.* Obſtat *l. 1. C. ad leg. Pompej. de parricid. matris meminit, de patre ſilet.* ℟. Tempore Papiniani, Pauli, Ulpiani, Marciani, patri in liberos jus vitæ ac necis adhuc competebat. *l. 11. in fin. D. de liber. & poſthum. l. ult. C. de patr. poteſt.* At hodiè in pietate, non in atrocitate patria poteſtas conſiſtere debet. *l. 5. in fin. D. d. l.* At pæna mitiganda patri, qui juſto dolore percitus, filium ingratum, dignumque exheredatione, vel ſceleribus capitalibus coopertum occidit. *l. 5. D. ad l. Pompej. de parric. jur. l. 8. in fin. D. de eo quod met. cauſ.* aut filii carne latrantem ſtomachum placavit. Vid. 2. Reg. *cap. 6. verſ.* 28. *& ſeqq.* pari modo, ſi graviſſimus dolor cauſam parricidii dederit, ut ſi (ex. gr.) filius innoxius, ſalutis cauſâ, patrem vim inferentem occiderit, pænæ mortis non eſt locus. *Arg. l. 3. D. de Iuſt. & jur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 21. *Num filius patrem bannitum, aut perduellionis reum, vel transfugam impunè poſsit trucidare?*

℞. MInimè. Cujus enim famæ, multò magis ejus vitæ parcendum, docet *l. 38. §. liberto. 9. D. ad l. Iul. de adult.* Ratio, venerandus quippe pater, non quia bonus, ſed quia pater eſt. At hic (licet impius ſit & contemptor legum) tamen pater eſt. Novell. 12. *c.* 2. Et cum hoc caſu filius à patria poteſtate non liberetur, operam etiam dare debet, ut rebus agendis ſuum inſtitutum naturæ ſit conſentaneum. Vid. Bald. Angel. *in l. ſi cum dotem. 22. §. ſi patri. D. ſolut. matrim.* Vid. & Clar. *in §. homicidium num.* 59. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *q.* 90. *n.* 43. Diſſent. Bartol. *in l. minimè.* 35. *D. de religioſ.* Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *c.* 39. *n.* 8. 1. obſtat, *Tales cujuſvis offenſioni exponuntur. l. 3. in fin. D. ad l. Cornel. de Sicar.* 2. obſtat, *Præſtat unum maleficum è medio tolli, quam illius maculâ totum ſocietatis humanæ corpus perire. Ergò pater (hoſtis ſc. Patriæ) impunè à filio occidetur.* ℞. ad 1. Diſpoſitio illa generalis ad perſonas ſanguinis vel reverentiæ vinculo inter ſe conjunctas non pertinet. *d. l.* 38. §. 9. ℞. ad 2. Negatur conſeq. Antecedens in illis procedit, qui cujuſvis indiſtinctè offenſioni ſubjici poſſunt. At naturalis pietas homicidia inter ſanguine junctos averſatur. Vid. porrò quæ de Patre proditore *q.* 9. *exercit.* 2. ſub diſtinctione dicta ſunt.

Q. 22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 22. An qui indiſtinctè aliquem ex parentibus vel liberis occidit, ſingulari parricidii pœnæ ſubjugandus ſit?

℟. Affirmo. Modò occiſus ex numero illorum fuerit, qui ſe invicem jure ſanguinis contingunt. *§. 6. Inſt. de pub. judic.* naturalis enim inter hujuſmodi affectio hanc crudelitatem ſupplicii expoſcit. *l. unic. C. de his qui parent. vel lib. occid.* Sin verò alii cognati ſint, aut duntaxat jure adfinitatis parentum liberorumve loco. Hoc caſu, licet nomine tenus parricidium commiſſum dicatur, pœnâ tamen legis Corneliæ de Sicariis coërcetur. *l. 1. & l. 9. D. ad l. Pompej. de parricid.* Et quia ſolum jus filiationis in pœnâ parricidii ſpectatur, hinc, quoniam inter filium & patrem *naturalem tantum* vinculum illud naturale ſanguinis & cognationis exiſtit, culei ſupplicio etiam ille tenebitur, qui filium naturalem, aut ex nefario, inceſtuoſo & adulterino complexu procreatum occidit; ſecus verò, ſi quis interfecerit filium ex ſcorto publico natum. Cum enim de patre certò conſtare non poteſt, ſi mater omnibus indifferenter ſe proſtituerit, pęnâ etiam parricidii plecti nequit qui incertus pater eſt. Eâdem aſperrima culei pœna etiam matricidium vindicatur. At vitricum vel novercam, ſocerum vel ſocrum, privignum vel privignam, generum vel nurum, fatrem vel ſororem, qui occiderit, gladio feritur, addito aliquo peculiari pœnæ augmento: ut ſc. reus ante executionem, vel ad caudam equi, aut

traham alligatus, ad ſupplicii locum rapiatur, vel poſt eam cadaver rotæ in altum erigendæ affigatur. 1. obſtat, *Atqui vitricus & Noverca, Socer & Socrus, etiam parentes ſunt. l. cum pater. 4. D. ad l. Pompej. de parric. §. 6. 7. Inſt. de nupt.* 2. obſtat *l. 1. & 3. D. d. tit. ex quibus d. caſu etiam parricidium committitur.* 3. obſtat, *Privignum occidens ideò parricidii pænâ tenetur, quò occaſio præriperetur ſæviendi in privignos, quos odiſſe Vitrici & Novercæ præſumuntur. l. 4. D. de inoffic. teſtam. l. 1. & ubi Gloſſ. C. ubi pupill. educ. deb.* 4. obſtat *d. §. 6. Inſt. de pub. judic. in verb. (aut omninò affinitatis ejus, &c.)* ℟. ad 1. Propriè & verè parentes non ſunt, ſed affines tantum. *l. 4. §. 5. & ſeqq. l. 10. §. 8. & ſeq. D. de gradib.* ℟. ad 2. Quoad nomen, concedo. Quoad pænam ſingularem parricidii, nego. ℟. ad 3. Abſque auctoritate juris nil temerè eſt aſſeverandum. *l. diſſentientis. 5. C. de repud. c. is qui in Eccleſiâ. 18. in fin. de ſent. excomm. in 6.* ℟. ad 4. ex Hotomann. Mynſing. aliiſque, pro verbo (*affinitatis*) ſubſtituendum (*affectionis.*) Vid. *l. unic. C. de his qui parent. vel liber. occid. Uſu verò hodierno, abrogatâ pænâ culei, parricidæ, vel vivi defodiuntur, vel forcipibus candentibus præhenduntur & dilacerantur, vel eorum membra rotâ confringuntur.* Vid. Jul. Clar. *§. parridicium. num. 5.* Gudelin. *5. de jur. noviſſ. 17.* Damhoud. *in prax. crim. c. 87. num. 3.* Conſtit. Carolin. *crim. art. 130. & ſeq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 23. *An ob ſolam reticentiam pœna parricidii irrogetur?*

℟. MInimè. Sed relegatione, aliave pœnâ extraordinaria, ſcientes coërcentur. *l. 2. D. ad l. Pompej. de parricid.* Menoch. *de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. caſ. 355. n. 14. & ſeqq.* Weſemb. *ad §. 6. Inſt. de publ. judic.* Secus verò ſe res habet, ſi conſcientia ſcelerati conſilii ſocietate quoque teneatur: tunc enim ſciens eidem cum ipſo parricidâ ſupplicio ſubjugatur. Ut (ex. gr.) Medicus, Pharmacopola, aliuſve, qui ſcienter & doloſè, ad nefarium hoc ſcelus committendum, venenum, vel pecuniam ad illud comparandum ſuppeditavit. *d. l. 2. junct. l. 7. D. eod.* Bonifac. de Vitalin. *de maleficiis. lib. 2. c. 6. n. 3.* Damhoud. *in prax. crim. cap. 87. n. 6.* 1. obſtat *d. §. 6. Inſt. de publ. judic. (vel conſcius criminis exiſtit) & l. 6. D. d. t. (etiam conſcios, &c.)* 2. obſtat *l. 1. §. 18. D. de Sc. Silan.* ℟. ad 1. *Conſcii* ibi non ſunt ſceleris duntaxat gnari, ſed qui ſimul criminis participes ſunt, quorumve ope & dolo id perpetratum eſt: quales ſunt, complices & auxiliatores. ℟. ad 2. Ibi de ſervo tractatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

EXERCITATIONUM IMPERIALIUM TRIGESIMA-PRIMA,

Ad §. 7. 8. & ſeqq. Tit. ult. Lib. 4. Inſtitut.

Q. 1. An diſpoſitio d. §. 7. etiam ad teſtamentum nuncupativum referatur?

℟. MInimè. Sed eam ſolus ille actus vindicat, qui non per teſtes, ſed per ſolas literas probari poteſt. Obſtat *l. 16. D. ad l. Corn. de Falſ.*

℟. Generalitas *d. l.* ex reipſâ & ratione limitatur. Cum enim teſtamentum ſcriptum per ſolam ſcripturam probetur, hinc falſum circâ illud commiſſum etiam graviorem pænam meretur.

Q. 2. An Lex Cornelia de Falſis (cum teſtamentaria dicatur in §. 7. Inſt. de publ. Iudic.) de falſis tantum agat teſtamentis?

℟. NEg. Licet enim potiſſimum falſitatem circà teſtamenta commiſſam concernat, dubium tamen non eſt, quin

quin circà alia falſi capitula etiam occupetur. Ita (exem. grat.) ſi quis inſtrumenta apud ſe depoſita prodidiſſet, prius extrà ordinem, dein lege Corneliâ puniebatur. *l. ſunt præterea.* 8. *D. de extraord. crim. junct. l.* 1. *§. qui depoſita.* 6. *D. ad l. Cornel. de falſ.* Ita & falſi tenetur, non ſolum qui falſum teſtimonium dixit, ſed & qui verum reticuit. Quod etiam procedit, quamvis ob dicendum vel non dicendum teſtimonium, pecuniam quis non acceperit. *l.* 1. *§.* 1. 2. *l.* 16. *§. ult. D ad l. Cornel. de falſ.* Et cum *falſum* ſit imitatio, vel ſuppreſſio veritatis, in præjudicium alterius facta. *d. l.* 1. *§.* 1. 2. *junct. l.* 23. *D. eod.* vel (ut alii) actus doloſus, animo corrumpendæ veritatis, ad decipiendum alterum adhibitus. Hinc notant DD. quinque modis falſum committi. 1. Scripturâ. *d. §.* 7. 2. facto. *d. §.* 7. 3. abuſu. Vid. *l.* 8. *&* 9. *D. d. t.* 4. Conſenſu. Vid. *l.* 21. *D. eod.* 5. verbis. Vid. *d. l.* 1. *§.* 1. 2. Quapropter *Advocatus*, qui proditoriè & perfidè agit, licet propriè non prævaricetur. *l.* 1. *§.* 1. *D. de prævaricat. l.* 1. *§.* 1. *D. ad Senatuſc. Turpill.* nec falſum committat: ob inſignem tamen perfidiam extrà ordinem coërcetur. *d. l.* 1. *§.* 1. *D. de prævaricat.* At falſi crimen committit inſulſus nebulo, qui fortè malè feriatus & vitæ diſſolutioris (cum palam non poſſit) falſo commento, ſub prætextu teſtimonialium literarum, per cuniculos, alterius honori, more furis & latronis, inſidiatur, & quò improbitatem & contumelioſum flagitium tegat, eò impudentiæ ac dementiæ proceſſit, ut nomen ſuum literis non profiteretur. At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

malè mereri (teſte Plaut. in Curcul.) *de immerente inſcitia eſt.*

Q. 3. Cum raptor pænâ capitis mulctetur. §. 8. Inſt. de publ. judic. l. unic. C. de rapt. virgin. Quis ergò propriè raptum committit?

℞. QUicunque, libidinis cauſâ, mulierem honeſtam (ſive illa virgo ſit, ſive vidua, ſive nupta) violenter de loco in alium locum abduxerit. Ut itaque raptus ſit, requiritur. 1. de loco in locum abductio. 2. violentia. 3. ut mulier abducta ſit libidinis cauſa. In vetulam enim (*cum remedium amoris potius ſit*) libidinis ſuſpicio non cadit. 4. ut abducta honeſta ſit. *An æquè raptus ſit, ſi mulier raptori conſenſerit?* Affirmo. *d. l. unic.* §. 2. & raptor pænam mortis & bonorum amiſſionis ſubibit: ut atrocitate ſupplicii omnis delinquendi occaſio adimatur. Fund. Quia in dubio blanditiis & illecebris raptoris conſenſus ille extortus præſumitur *d.* §. 2. Iul. Clar. *in* §. *raptus. n.* 3. Nemeſ. Carolin. *artic.* 128. 1. obſtat, *Volenti non fit injuria. l.* 1. §. 5. *D. de injur. c. ſcienti. de reg. jur. in* 6. 2. obſtat, *Perſuaſio & vis ſunt diſparata. l.* 1. §. *ult. D. de extraord. crim.* ℞. ad 1. Id de abſolutâ, plenâ, & perfectâ voluntate accipitur. At rapta abſolutè voluiſſe non cenſetur. *l.* 1. §. *perſuadere.* 3. *& ſeq. D. de ſerv. corrupt.* Deinde, in hoc crimine, etiam injuria parentibus, & qui illorum loco ſunt, illata vindicatur.

tur. ℟. ad 2. Id verum eſt, niſi à lege *perſuaſio* pro *vi* habeatur. Accedit, quod perſuaſio (*utpote vis verbis illata*) eâ, quæ *viribus* fit, gravior æſtimetur. Hæc enim ſolum corpus; at illa animam & bonos mores corrumpit. At Iure Canonico (cui hâc in re ſtatur) rapi non intelligitur, quæ ſponte ſuâ & ultrò, etiam invitis parentibus, ad procum acceſſit. *c. pen. & ult. X. de raptor.* atque adeò, licet ab initio invita rapta ſit, ſubſequente tamen ejus conſenſu, vitium uſu fori purgatum, nec *factum* pro raptu plectendum, docet Wiſſenb. 2. *part. diſp. in Pandect.* 35. *n.* 7. *An raptor pænâ capitis plectendus, ſi raptam non ſtupraverit?* Affirmo. *d. l. unic. in princ.* in verbis (*ubi inventi fuerint in ipſâ rapinâ, & adhuc flagranti crimine comprehenſi.*) Obſtat *d. l. unic. in verb.* (*maximè cum virginitas vel caſtitas corrupta reſtitui non poteſt.*) ℟. Hiſce indicacatur, ſcelus tunc exaggerandum eſſe, ſi mulier præter vim, etiam pudicitiæ jacturam lugere cogatur. Verum enim, pænam mortis raptori irrogandam puto, ſi raptam non cognoverit, quia non potuit; ſecus, quia noluit. tunc citrâ mortem, arbitrariè punietur. Vid. Iul. Clar. *in d.* §. *verſ. ſed quid ſi. Quid ſi quis propriam ſponſam rapuerit?* ℟. Iure civili. *d. l. unic. in princ. verſic. quibus connumeramus.* capite plectitur, ejuſque bona raptæ applicantur. *d. l. unic.* §. 1. moribus verò & jure canonico mitiori pænâ afficitur. *d. c. pen. X. de raptor. Quid ſi quis meretricem rapuerit?* ℟. Cum hoc caſu nullum ſubſit pudicitiæ periculum; nec illa vi abducta præſumatur; etiam conſtitutio *d. l. unic.* ceſſabit.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Sed quia à populo, cujus etiam pars eſt meretrix, vis omnis abeſſe debet; hinc, vim meretrici illatam arbitrariè extrà ordinem judex vindicabit. Vid. *l.* 39. *D. de furt.*

Q. 4. *An pœna d. l. unic. etiam ſit producenda ad fœminam, quæ rapuit virum?*

℟. AFfirmo. 1. Quia *d. l. unic.* non diſtinguit. 2. Quia nomine maſculi venit fæmina. *l.* 45. *D. de leg.* 2. *l.* 1. *D. de verbor. ſignif.* refert & Angelus *d. l. unic.* ſe vidiſſe Florentiæ comburi meretricem, quæ Juvenem quendam rapuerat. Diſſent. Decian. *lib.* 8. *c.* 7. *de crimin. num.* 27. Damhoud. *in prax. crim. c.* 95. *num.* 18. Vid. Jul. Clar. *in §. raptus. num.* 6. 1. obſtat, *Diſpoſitio d. l. unic. eſt pœnalis. ergò non eſt extendenda. arg. c. odia. de Reg. Iur. in* 6. 2. obſtat, *In odioſis maſculino fœmininum non continêtur. l.* 1. *§. quare. D. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* 3. obſtat, *Quia non eadem ubique injuriarum viget ratio. Major enim caſtitas in fœmina, quam in maſculo, jure requiritur. l.* 2. *§.* 1. *C. de his qui vœn. ætat. impetr. l. ſi qua illuſtris. C. ad Sc. Orfitian.* ℟. ad 1. Pœna *d. l.* odioſa & durior nobis videri non debet; cum & jure divino plagium (cujus nomine raptus quoque tenetur) morte puniatur. Exod. 21. Deut. 24. Deinde, non per modum extenſionis, ſed declarationis verbi (*ſi quis*) noſtra ſententia aſſeritur. ℟. ad 2. Id procedit, quandò judicis arbi-

arbitrio ſupplicii determinatio eſt commiſſa; ſecus verò, ſi pœna lege expreſſa ſit & definita. ℞. ad 3. Fallacia non cauſæ pro cauſâ eſt. Non enim ſola ratio in injuriâ raptæ, ſed & parentum aliorumque conſiſtit. *d. l. unic. §. 1.*

Q. 5. *Cum ſtuprum violentum ultimo ſupplicio puniatur. Deut.* 22. *verſ.* 25. Conſtitut. Crim. Carolin. *artic.* 119. *in princ.* Neoſtad. *Cur Holland. deciſ.* 47. *in fin. an ſtupratori (in favorem ſc. ſtupratæ pro ipſo intercedentis, ſi illi nubere velit) mortis ſupplicium ſit remittendum?*

℞. Videtur primâ fronte negandum. 1. Quia qui parcit malis, nocet bonis: iſque bonorum ſalutem cuſtodit, qui malos punit. 2. Quia in atrocioribus & notoriis criminibus (ne materia delinquendi ob ſperatam impunitatem præbeatur) atrocitate ſupplicii ſcelerati deterrendi ſunt. 3. Quia facinoroſorum impunitâ dimiſſione, publica gaudia & lætitiæ hominum contaminantur. *l.* 3. *C. de Epiſc. aud.* 4. Quia privata injuria privato, publica publico eluenda eſt ſupplicio. Hinc poſteris dicata Caroli Burgundiæ Ducis ſeveritas illa memorabilis, quâ Comitem, puellâ, quam in venatione vi compreſſerat, in uxorem prius ductâ, dein ob vim illatam (ne ipſius exemplo peccaretur) morte mulctavit, atque ejus bona, quoad vive-

ret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ret, puellæ in alimenta conceſſit. 5. Quia judicem ſecundum legem judicare, nec eâ clementiorem eſſe oportet. Unde, cum ad pedes Othonis primi Imp. per vim ſtuprata ſupplex vindictam petiiſſet, eaque poſteà ſtupratori nuberet, atque ex eo liberos tolleret, atque ita injuriam abolitam cenſêret: Imperator delatæ querimoniæ memor, ne inter privatos facta colluſio ſacris legibus imperaret, virum ſecuri percuſſit. Verum, hæc licet ita ſtricto jure procedant, cum tamen raptor nubere jure canonico non prohibeatur. *c. ult. X. de raptor.* conſuetudo affirmativam ſententiam tueri poteſt. Fund. Ne alioqui, abſque culpâ ſuâ, ſtupratæ medium purgandæ ignominiæ adimeretur, & afflictæ, dum voti compos fieri non poſſit, ulterior afflictio adderetur. Verum in d. caſu, matrimonio contracto, exilio ſtuprator mulctatur, eumque ſtuprata ſequi debet. Obſtat *l. unic. §. 1. C. de rapt. virgin.* ℞. A raptu ad ſtuprum violentum, tanquam à majori ad minus, non procedit illatio. Vid. Proſper. Farinac. *p. 5. oper. crim. q. 145. num. 9.* Salycet. *in d. l. unic. num. 12.* Decian. *in tract. crim. lib. 8. c. 6. num. 26.* Iul. Clar. *in prax. crim. §. raptus. num. 7.* Ludov. de Peguer. *deciſ. crim. 42. num. 1. 2.* Verum, ſi per ſe ſtuprator ad matrimonium ſe offerat, ſtuprataque oblatum recuſet, pænam capitalem haud effugiet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 6. An incidat in crimen peculatus, qui pecuniam ad patrimonium civitatis pertinentem ſubripuit?

R. NEquaquam. *l. ob pecuniam.* 81. *D. de furt.* Propriè enim *peculatus* definitur à Icto. pecuniæ publicæ, aut ſacræ furtum, ab eo commiſſum, cujus periculo non fuit. *l. Sacrilegi.* 9. §. *Labeo.* 2. *D. ad l. Iul. pecul. c. quid ergò.* 13. *q.* 4. Peculatores, qui ſc. in publicâ adminiſtratione conſtituti ſunt, & qui eos ope adjuverunt, morte puniuntur. §. 9. *Inſt. de publ. judic.* at alii in inſulam deportantur, vel mittuntur in metallum. *l. 6. §. ult. D. eod. d.* §. 9. *Rei* peculatus, publici fures dicuntur, de quibus ait M. Cato (ut Aul. Gell. *lib.* 11. *c.* 8. *Noct. Attic.* ſcripſit) *Fures privatorum furtorum, in nervo atque compedibus; at publici, in auro atque in purpura ætatem degunt.* Magni enim fures (ut habet proverbium) excoluntur, minores necantur. Non enim rete accipitri tenditur, neque milvio. Hinc Iuvenalis cecinit;

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

Obſtat *l.* 4. §. *fin. d. tit. ad l. Iul. pecul.* R. *d.* §. *fin.* de pecunia publicâ populi, quam civitas exhibet, tractatur. at *in d. l.* 81. de re civitati propria. Vid. *l.* 15. 16. *D. de verb. ſignif.*

Q. 7.

Q. 7. *An ablatio rei profanæ è loco ſacro, ſit ſacrilegium?*

℟. DE Iure civili, nego: eo enim *furtum* illud factum appellatur. *l. Divi. 5. D. ad l. Iul. peculat.* Bald. *in l. ſi nondum. C. de furt.* Boër. *deciſ. 254. in princ.* At de jure canonico, (quo tribus modis ſacrilegium committitur; vel cum res ſacra è ſacro; vel ſacra è prophano; vel prophana è ſacro loco aufertur. *c. quiſquis. 17. §. ſacrilegium. q. 4.*) Affirmo. Huc refer & *l. 12. tabul. ſacrum, ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritque, parricida eſto.* Obſtat *l. 16. §. locus. 4. D. de pæn. locus facit* (inquit Saturninus) *ut idem vel furtum, vel ſacrilegium ſit.* ℟. Id non de loco ſimpliciter intelligitur, ſed cum ei etiam adeſt qualitas rei ſurreptæ. i. e. ſi res ſacra è loco ſacro ſit ablata. Sacrilegium, lege divina, igni & lapidatione. Ioſu. *cap. 6. & 7. 2. Macchab. 3. & 12.* Iure canonico perpetuâ infamiâ, carcere, vel perpetuo exilio, & anathemate coërcetur. *c. conqueſtus. X. de for. compet.* At lege 12. tabul. inſtar ſacrilegii plectebatur. Verum jure civili, ad arbitrium judicis, plerumque eſt capitale. *l. 6. & 9. D. ad l. Iul. pecul.* præſertim, ſi fures noctu templa effregerint. *Conſt. crim. Carol. V. art. 171. & ſeq.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 8. *An ſit ulla pœna perjurii?*

R. CUm jurisjurandi contaminata religio (utpote primæ partis Decalogi dilaceratio) homicidio & adulterio gravior ſit. Atque perjuriis, pietas in Deum, fides inter homines (firmiſſima humanæ ſocietatis vincula) violetur; veritas & juſtitia negligantur. hinc, omni jure, perjuria acerbiſſimè punita ſunt. *Iure Divino*. Exod. 20. *verſ.* 17. Pſalm. 15. *verſ.* 4. Zacchar. 5. *verſ.* 4. Sauli perjurium contrà Gibeonitas, dirâ fame, & luctuoſo ſeptem filiorum ſuſpendio Deus compenſavit. 2. Samuel. 21. *& ſeqq.* cum ante centum annos, quod Iſraël juramentum iis datum ſervaſſet, pugnante pro Gibeonitis Ioſua, id miraculo (ſole ſc. in medio cæli uſq; ad finem pugnæ conſiſtente) Deus comprobavit. Ioſ. 10. *verſ.* 12. *& ſeq.* Vid. Ioſ. 9. *verſ.* 15. *& ſeqq.* Zedekias perjurus, à Nebucadnezare captus, oculis privatus eſt. 2. Paralipom. 36. Ezech. 17. *verſ.* 16. *Iure civili.* Vid. *l.* 21. *in fin. & l. ſeq. D. de dol. mal. l.* 13. *in fin. D. de jurejur. l.* 41. *C. de tranſact. Iure canonico.* Vid. *c. cum non* 10. *& ibi Gloſſ. X. de judic. c. ſi quis per capillum.* 10. *cauſ.* 22. *q.* 1. *Uſu verò forenſi*, perjurii, præter damnum & intereſſe, infamiâ & pænâ arbitrariâ puniuntur. Vid. Nemeſin. Carolin. *art.* 107. Sand. *deciſ. Friſ. lib.* 1. *c.* 9. *tit.* 2. *junct.* Damhoud. *prax. crim. c.* 50. *num.* 19. Apud *Indos*, manuum pedumque digitis extremis; Apud Scythas & Ægyptios, capite mulctati fuerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

runt. Obſtat *l.* 2. *de reb. cred.* ℟. Ibi de eo qui temerè, non qui datâ opera falſò juravit, tractatur. *An calliditas, verborum cavillatio, aut technæ Sophiſticæ jurantem excuſent perjurio?* Minimè. *c. quâcunque arte.* 22. *q.* 5. ex intentione enim deferentis, juramentum accipitur. Alioquin, qui ita jurat, & nomine divino abutitur, & cui juratur falſo præjudicatur. Verum qui *pejerare* pro re leviculâ habent; hi (vel quod perjurium non curent, vel quod fraudi ſpeciem juris imponant) facilè jurant, & fallunt libenter. At peſſimi illi, qui numen abeſſe, omniaque ſub fortunæ imperio poſita credunt. Hi enim intrepidè, nec non ex conſuetudine fâcilè pejerabunt. Hiſce enim nec Ara, nec Fides, nec ulla firma pactio eſt: ſed, ne favorem in terris perdant, Deum omniaque recta & honeſta comtemnunt.

Q. 9. An morte rei extinguatur delictum?

℟. DIſtinguend. Vel quæritur de pænâ corporali; vel de re pecuniariâ. Priori caſu, affirmo. *l. 6. D. de pub. judic. l.* 22. *C. de pæn.* Ratio, quia emendari is nequit, quem mors ſubduxit. Poſteriori verò, nego. *l.* 3. *&* 6. *D. de publ. judic. l.* 20. *D. de accuſat. l.* 2. *D. ad leg. Iul. repetund. l. ult. D. ad leg. Iul. pecul. l.* 9. *D. de jur. Fiſc.* Lucra enim ſcelere acquiſita heredibus ſunt extorquenda. *l.* 5. *D. de calumniat.* Alii legunt *in d. l.* 3. (*remittitur*) alii (*non permittitur.*)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Q. 10. *An à decreto carceris, vel eculei poßit appellari?*

℟. AFfirmo. *l.* 2. *D. de appellat. recip. arg.* Actor. 25. *verſ.* 9. *& ſeqq.* Quia complectitur gravamen perpetuum & ſummum præjudicium. At eo caſu ab interlocutione datur appellatio. *l.* 1. §. 1. *D. de appellat. l. oportet.* 36. *C. eod.* 1. obſtat, *A ſententia interlocutoria jure civili non appellatur.* 2. obſtat, *Niſi crimine audito & bene diſcuſſo appellare non licet. l.* 6. §. *ſuper his. C. de appellat.* 3. obſtat, *In iis quæ dilationem non recipiunt, appellare non permittitur. l. ult. in princ. D. de appell. recip.* ℟. ad 1. Si ſimpliciter talis ſit, concedo. Sin verò vim habeat definitivæ. *l. intrà.* 39. *princ. D. de minor.* aut gravamen irreparabile (ut ajunt) contineat, nego. Verum Jure Canonico, indiſtinctè, à quâvis interlocutoria appellare licet. *l. ſuper eò. X. de appell.* Quod & in Friſia obtinet. Sand. 1. *deciſ. Friſic. tit.* 13. *defin.* 1. ℟. ad 2. Id regulariter procedit, at fallit eo quo dictum eſt modo. ℟. ad 3. Pro ratione circumſtantiarum, judex officium ſuum moderatur.

Q. 11. *An pro damnatis ad mortem permittenda ſit appellatio?*

℟. DIſtinguo, vel convicti & confeſſi ſunt damnati; vel convicti tantum. Priori caſu, nego. *l.* 2. *C. quor. appellat. non recip.* fundamentum *in l.* 1. *D. de confeſſ.*

feſſ. Plac. 10. *Sept.* 1591. *Cur. Holland. deciſ.* 47. Secus in Galliâ. Poſteriori, propter præſens periculum, affirmo. *l. 6. D. de appellat. l. 2. in fin. D. de pæn.* atque adeò, cum per appellationem judici à quo erepta ſit juriſdictio. *c. quando. X. de offic. judic. delegat.* ei reſiſtere licet, ſi damnatum (non obſtante appellatione) ad ſupplicium perducere tentet. Guid. Pap. *deciſ.* 597. Ratio *in l. 3. D. de Iuſtit. & Iur.* Vid. *Exercit. 2. q. 11.* At in Flandria, ubi nemo niſi confeſſus criminaliter punitur, appellationi non eſt locus. Damhoud. *prax. civil. cap. 234. n. 17.*

Q. 12. *An in criminibus extraordinariis, judex, cujus arbitrio pæna eſt commiſſa, propter qualitatem facinoris & circumſtantiarum, mortis pænam irrogare poſſit?*

℟. Affirmo. *l. 1. §. ult. l. 9. D. de extraord. crimin. l. ſacrilegii. 6. D. ad l. Iul. pecul. l. hodiè. 13. D. de pæn. l. unic. C. de Nil. agger.* Bartol. *in l. fin. ubi pupill. educ.* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 1. caſ. 86. n.* 20. 22. Diſſent. Marant. *diſput.* 3. Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. q. 83. n. 11.* excipe, niſi extra ordinem puniendi poteſtas judici detur, eo ſc. caſu, quo alioquin ultimum ſupplicium ordinariò infligitur. Tunc enim, niſi delictum ſit atrocius, eo, quod ordinariâ pæna coërcetur, ad mortem pæna extraordinaria extendi nequit. 1. obſtat *l. 1. C. ne ſin. juſſ. princ. bon.* 2. obſtat *l. 1. §. ult.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ult. D. de effractor. l. 3. *§. pen. D. de Stellion.*
℟. ad 1. Nil ex d. loco contrà nos inferri poteſt.
℟. ad 2. Regulariter iſta admiſſa morte digna non ſunt. At aliquandò, propter atrocitatem, ultimo ſupplicio vindicantur. *l. pen. D. ad l. Iul. de vi publ.*

Q. 13. *An Reus* (ex. gr. homicidii) *abſens, impetrato ſalvo conductu, ſe ſiſtens, dein convictus, poſsit capite mulctari?*

℟. AFfirmo. Intereſt enim Reipub. ne delicta ſint impunita. *l.* 51. *§.* 2. *D. ad l. Aquil. l.* 1. *§.* 4. *D. ad Senatuſc. Turpill.* Verum hactenus prodeſt Reo publica ſecuritas; quod ex vinculis aut carcere cauſam dicere non cogatur, & liberius innocentiæ telam pertexere poſſit. *An ergò Princeps homicidis, cæteriſque flagitioſis pænam remittere poſsit?* Nequaquam. Per rationem allegatam. Vid. *Exercit.* 3. *q.* 7. 1. Ne per indulgentiam unius, univerſi ad delinquendum provocentur. *c. eſt inhibendum. de cohabit. Cleric. & mulier.* 2. Quia delictorum punitio, eſt medicina malorum. 3. Quia non eſt crudelis, qui crudeles occidit. *c. non eſt crudelis.* 23. *q.* 5. 4. Quia, cum Phinéas Iſraëlitam ſcortantem cum Madianitide unâ cum ſcorto transfixiſſet, ut Deus furorem iræ ſuæ à populo avertit, ita è contrà, Achabi animam, quod virum mortis dimiſiſſet, pro facinoroſo expoſtulavit. 1. Reg. *cap.* 20. Princeps enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

enim, qui crimen punire poteſt, nec punit, non minus coram Deo reus eſt, ac ſi id ipſe perpetraſſet. Aſſidere enim inter ſe, penèque paria eſſe (*delinquere, & tueri delinquentes*) Ludovicus Divus XII. Rex Gallorum, & Totila, Rex Barbarorum, ſuo exemplo comprobarunt. Cum igitur mactatione ſcelerati pinguis victima Deo offeratur, non ſævitiæ, ſed pietatis opus cenſeri debet, juſtitiam facere. Obſtat, *Atqui Deus ipſe Caino parricidæ edicto vitam eripi vetuit. Gen. 4. verſ. 15.* ℟. Id, aut hominum raritati, aut, quod paucis tunc adhuc graſſantibus minus opus foret exemplo, accepto ferendum.

Q. 14. *An Judex ſub promißione impunitatis reos decipere, eoſque, ſecutâ confeſſione, ad mortem damnare poßit?*

℟. NEg. 1. Quia ad pænam mortis, ut confeſſio ſpontanea ſit, eſt neceſſe. At cui dolus cauſam dedit, talis non cenſetur. 2. Quia fides hoſti data eſt ſervanda. Vid. ſuprà *Exercit. 2. q. 14. & ſeq.* 3. Quia graviſſimum judici, fidem fallere. *l. 1. l. juriſg. §. Prætor ait. D. de pact.* fruſtrà enim legibus fidem conventorum præcipit, qui ipſe fidei expers deprehenditur. Quò pertinet illud Claudiani ad Honorium Imp.

---- Totus componitur Orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos Edicta valent, quam vita Regentis.

1. ob-

1. obſtat, *Salomon arte & ſimulatione* (fingendo ſc. ſe facturum, quod reverâ non intenderat) *veritatem eruit. c. afferte. X. de probat. Carolus ſecundus Imper. cum ex patre & filio de homicidio ſuſpectis veritas haberi non poſſet, uter eorum deliquiſſet, per ſimulationem crimen detexit. Filium enim dum ſuſpendendum juſsiſſet, pater commotus filii innocentiam prodidit.* 2. obſtat, *Promiſsio illa eſt contrà leges. arg. l. 55. D. de re Iud. ergò non obligatoria. c. non eſt obligatorium. de Reg. Iur. in 6.* ℟. ad 1. Fictio & ſimulatio à doloſâ promiſſione & fraudulento mendacio diſtat. ℟. ad 2. Licet Judex inferior criminoſis veniam pænæ dare non poſſit; atque ita *ex parte judicis* Reus non videatur relevandus, cum tamen Reus à judice deceptus ſponte ac liberè confeſſus non ſit, ſaltem *ex parte Rei* pænam mitigari præſtat, quam ut judici fraudulenti mendacii macula inuratur.

Q. 15. *An tortura in reipub. Chriſtiana toleranda?*

℟. Licet torturâ ab antiquo Ethniciſmo (quo dominus in ſervos vitæ neciſque poteſtas) profectâ tragicum ſæpè eventum perceperit innocentia. Vid. *l. 1. §. quæſtionis. & §. Divus Severus. D. de quæſtion.* Cum tamen interſit Reipub. non ſolum, delicta notoria puniri, ſed etiam ut quam velociſſimè in terrorem aliorum facinoroſi tollantur: torturæ uſum probo, eumque, nec charitati &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

manſuetudini Chriſtianæ contrarium, nec ab humanitate alienum, nec experimentum periculoſum fallaxque probationis genus puto, modò quinque hæc requiſita ad torquendum neceſſaria ſimul adhibeantur. 1. *Ut ante omnia conſtet de corpore delicti. l. 1. §. Divus. & §. item illud D. ad Senatuſc. Syllan.* Nec enim Achan proprio ore Sacrilegium confeſſum Joſua damnavit prius, quam miſſis ſatellitibus res furto ablatas inveniſſet. Ioſu. 7. Sola quippe confeſſio delictum non operatur. Nec enim quis dominus eſt membrorum ſuorum. *l. 13. D. ad l. Aquil.* & innocentiſſimus, aut deſperatione, aut alio modo, ſalutis ſuæ negligens, & perire volens, falſum confitêbitur. In hoc requiſitum, judex ille, cujus meminit Annæ. Robert. *rer. jud. lib. 1. c. 4.* & Agrius Argentarius, de quo Valer. Maxim. *lib. 8. c. 4.* impegerunt. *Sæpè enim dolor* (teſte Senecâ) *innocentes mentiri coëgit.* 2. *Ut pæna delicti ſit corporis afflictiva. l. 8. D. de quæſtion.* Ne modus probandi ipſius pænæ executione gravior eſſe deprehendatur. 3. *Ne ad veritatis indagationem, ſed ad ejus confirmationem quæſtio inſtituatur.* Non enim ad probationem tormenta adhibenda ſunt. Sed ut ante tormenta jam notoriè nocenti & convicto, dein confeſſo, appellandi facultas præcidi, eique extraordinario judicio quam breviſſimè ad exemplum pæna poſſit irrogari. 4. *Ne ſolis indiciis judex innitatur. Veriſimilia* enim, aut *dubia*, aut *perfunctoria*, aut quæ *varia*, *obſcura*, aut *perturbata* ſunt, rejiciuntur. Et quæ DD. *urgentiſſima*, *indubitata*, *infallibilia* dicuntur, poſſunt eſſe falſa,

&ju-

& judices (cum Dii non ſint) decipere. Unde, niſi unius ſaltem, non de credulitate, auditu alieno, &c. ſed de actu immediatè deponentis teſtimonio corroborentur, non ſufficient ad torturam. Res exemplis illuſtranda. Hominem quis (ex. gr.) occidit, & relicto enſe fugit. Amicus occiſi ſupervenit, & cum fortè apprehenſo enſe *cruento* homicidam inſequeretur, pro homicidâ prehenditur. Prægnans quidem indicium. Tamen quia veritas aliter ſe habere poteſt, *concludens* (quod ſolum hic conſideratur) haud dicendum. Sic Ulyſſes (ex.gr.) adulterinas literas, Priami nomine, Palamedi ſcribit: in quibus ipſi de proditione gratias agit, aurumque clam ei tranſmiſiſſe profitetur. Hiſce dolo ad Græcorum conſilium perlatis, Palamedes proditionis accuſatur. Ulyſſes, cum illius (tanquam amici) cauſam tueri velle ſimularet, quandoquidem de auro non conſtaret, literis fidem non eſſe adhibendam, verum Rei tentorium perſcrutandum inſtat, ut auro non invento illius innocentia comprobaretur. Auro ab Ulyſſe clam per ſervos corruptos infoſſo, ibique invento, Palamedes innocens, indiciis hiſce urgentiſſimis, ſed falſis tamen, ut proditor damnatus, & lapidibus obrutus fuit. Venetiis aliquis (ut refert Joann. Bonifac. *in tract. de furt. pag. mihi* 54. *n.* 30.) aliquandò hominem noctu occiderat, cultro in vulnere relicto. Cadaver *adhuc calidum* lictores offendunt, & fortè in piſtorem, qui de more vicinos, ut panes conficerent, excitabat, *ibi* incidunt, eumque, quod *vaginam* (*caſu aliquo*) *cui culter ille reſpondebat*, *va-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

cuam ad cingulum pendentem habêret, detinent.
hiſce indiciis tortus, & doloris impatiens, quod
non patrarat (ut eventus docuit) confeſſus, ca-
pite mulctatus eſt. 5. *Ne nimis acerbè quæſtio*
inſtituatur. Sæpe enim imperitâ ſeveritate tor-
tura malè audit, atque ipſâ morte durior nuncu-
patur. 1. obſtat, *Reus convictus damnari poteſt.*
Ergò in notoriis non opus torturâ. 2. obſtat, *Non*
intereſt Reipub. quo modo juſtitia adminiſtretur,
dummodò delictum non relinquatur impunitum.
Ergò judicio extraordinario non eſt opus. Et per
conſequens, nec torturâ. 3. obſtat, *Indicia judicis*
arbitrio relinquuntur. Ergò ipſe ſuum velle *loco*
indiciorum ſubrogare poteſt. ℞. ad 1. Negatur
conſeq. Vid. *h. in princ.* & quæ ad requiſitum
3. dicta ſunt. ℞. ad 2. Antecedens falſum eſſe
ex *d. princ. & d. requiſ.* 3. *conſtat.* ℞. ad 3. Neg.
conſeq. Nec enim *arbitrium judicis* belluinum
hoc caſu & libidinoſum, ſed *juridicum*, i. e. Juri
& rationi conſentaneum requiritur. Ut enim pu-
blicè intereſt, notoria delicta puniri; ita in dubio
magis expedit reipub. ut ſalus hominis defen-
datur: ſatiuſque nocentem abſolvere, quam in-
nocentem condemnare. *l.* 5. *D. de pæn.* Cum igitur
hâc in re de vitâ hominis tractetur, in dubio, nul-
la cunctatio nimis longa ſit. Non ſeveritatis aut
clementiæ, ſed juſtitiæ affectanda gloria. Quis
enim invitâ torturâ innocens erit? At Latrun-
culatorum è fæce forſan ad tribunalia elatorum
immanis refrænanda libido: Qui imperiti, dum
ex imperitiâ deſperant, ex immanitate & pati-
bulis hominibus oneratis fucatæ juſtitiæ glo-
riam quærunt. Draconiſtarum illorum, nil præ-
ter

ter ſanguinem, cædes, gladios, cruces & ignem ſpirantium voluntas ſuperiorum cancellis concludenda; non ſolum, ne ſub ſpecie zeloque Juris juſtitia everteretur, ſed ne Nerones plures, quam Judices forum implerent. Homines ſe eſſe meminerint, qui in judiciis vice Dei funguntur: tunc enim probis terrori, & improbis ſaluti jura dicentur. Olim non modo crucis perpeſſio, ſed ſola *depoſitio tunicæ*, *aſpectus carnificis*, *obductio capitis*, viro honorato graves: atque adeò, *eculeum, funiculos, habenas, compedes, catenas, & ungulas*, non ſolum ab oculis & auribus civium, ſed ab ipſâ cogitatione procul eſſe, majores voluerunt. Quapropter humanitas in judiciis non defatiganda, ſed, ferociâ & truculentiâ miſſis, cum temperamento miſericordiæ juſtitia adminiſtranda. Juſtius enim clementiâ peccatur, quam crudelitate. Sicut navicula (ſi in alterutram partem) ad Scyllam tutius, quam ad Charibdin inclinat; ita judices in dubio inter lenitatem & rigorem conſtituti ad clementiam potius deflectant. ſic enim melius & conſcientiæ fovebunt tranquillitatem, dum alii tyrannicâ acerbitate pleni, & animarum naufragium faciunt, & dum homicidas quærunt, ipſimet coram Deo homicidium incurrunt.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

ERRATA.

Prior numerus paginam, poſterior lineam indicat.

Pag. *Lin.*
63. 16. præcepta. *lege*, objecta.
58. 18. ducunt. *lege*, dicunt.
132. 17. vindicare. *lege*, vindicari.
160. 16. qui quid invenit, ergò. *lege*, qui quid ergò invenit in littore maris.
168. 25. malæ fidei. *lege*, bonæ fidei.
168. 29. educit. *lege*, deducit.
213. 8. ſolis. *lege*, ſolius.
343. 21. in ejus ſucceſſionem. *lege*, ad ejus ſucceſſionem.
375. 6. accipi non poteſt. *lege*, accipi poteſt.
527. 16. (integro tamen bono ſuo nomine profeſſio. *lege* (integro tamen bono ſuo nomine.)

NOTA;

Ob penuriam ſignorum interrogationis, punctis, in Indice ubique uſus eſt Typographus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

INDEX CAPITUM

Et Quæſtionum ſub illis comprehenſarum. Numerus prior paginam: Poſterior Quæſtionem denotat.

Accuſatio. { Delictum. Pæna.

An ſontes gladio puniendi. 652. 5
An minor poßit accuſare. 677. 18
Cui moribus accuſandi jus d. q. & pag. 660. 8
An Iudex (nemine exiſtente accuſatore) adverſus criminoſos procedere poßit. 662. 9
Publica Iudicia quæ. 660. 8
Quæ privata. d. q.
An Reus ubique poßit accuſari. 666. 12
An delinquens alibi repertus ad Iudicem loci delicti ſit remittendus. 664. 10
An milites coram ſolo magiſtro militum accuſandi. 665. 11
Quid uſu. d. q.
An dies *&* hora *in libello accuſatorio ſint exprimendi.* 666. 13
Quid uſu. d. q.
Quo Iure delinquens obligetur ad pænam. 41. 16.
An in delictis lata culpa dolo æquiparetur. 141. 14
An prava conſuetudo delinquentem liberet à pænâ. 641. 14
An in delictis admittendus fidejuſſor. 413. 18
An impunitas demat turpitudinem facti. 478. *ad reſp.* 4.
An fur rupto laqueo decidens æquè ſit ſuſpendendus. 491. 11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An azyla in Repub. toleranda. 73. 11
An qui non habet in ære, luat in pelle. 669. 16
Quid uſu. d. q.
An damnatus judicio criminali ad tempus, eo tranſacto, liberetur infamiâ. 667. 14
An ritè (ſed iniquè) ex cauſâ famoſâ damnatus, ſit infamis. 668. 15
An pœna mortis ſtupratori violento, ad interceßionem ſtupratæ, ſi illi nubere velit, ſit remittenda. 711. 5. *Vid. porrò.* c. Judex.
An à decreto carceris, vel eculei, detur appellatio. 717. 10
An pro damnatis ad mortem permiſſa ſit appellatio. 717. 11
An morte Rei extinguatur delictum. 716. 9
An tortura in Repub. Chriſtianâ toleranda. 721. 15

Actio. { Exceptio.

An ejus nomine contineatur exceptio. 534. 1
An actio hodiè eadem, quæ olim. 536. 3
An in princ. Inſt. de action. *rectè definiatur.* 538. 4
An actiones ſint Iuriſg. 534. 2
An rectè dividantur in reales & perſonales. 540. 5
An præjudiciales ſint in rem. 576. 22
An rectè jure civili quædam dicantur b. f. quædam ſtricti juris. 578. 1
An & Iure Canonico. d. q.
An omnes actiones b. f. in §. 28. Inſt. de action. *ſint enumeratæ.* 581. 2
Cur actiones in d. §. magis ſint b. f. quam reliquæ. d. q.
An arbitrariæ à b. f. & ſtricti Iuris diſtinguantur. 583. 3

An

An actio quod juſſu *ex ſubſcriptione patris competat.* 596. 1

An Tributoria *ex ſola ſcientiâ detur.* 597. 2

An de in rem verſo, *ſi filiusf. pecuniam ſibi mutuatam patri donandi animo dederit. d. p.* 3

An exceptio rectè dicatur actionis excluſio. 619. 12

An qui excipit, videatur confiteri. 620. 13

An exceptio dilatoria ante litiſc. opponi & probari debeat. 621. 14

An exceptio peremptoria etiam poſt litiſc. poſſit opponi. 622. 15

An exceptio rei judicatæ *ei etiam opponatur, qui partem petit, poſtquam totum petiiſſet.* 623. 16

An etiam ei, qui de eadem re (ſed alia actione) ex eadem cauſa agit. d. q.

An exceptio doli vel metus ſit neceſſaria. 624. 17

An delegatus, cui competit exceptio perpetua contra delegantem, eadem uti poſſit adverſus eum, cui delegatus eſt. 472. 24

An ſententia abſolutoriâ ipſo jure extinguatur obligatio. 621. 18

An exceptio non numer. pecun. *detur poſt biennium, ſi debitor onus probandi in ſe ſuſcipere velit.* 414. 19

Conjunctio illegitima. { Adulterium. Raptus.

An concubinatus jure civili ſit permiſſus. 83. 12

An Lupanaria. 20. 14

An meretriciæ conjunctiones. 21. 15

An polygamia ſit toleranda. 81. 11

An ſtuprum ſimplex lege Iuliâ coërceatur. 687. 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Quomodo uſu Fori. d. q.
An ſtuprator etiam infantem alere teneatur. d. q.
Quare ſtuprata dotanda. d. q.
An illa omni caſu & indiſtinctè dotanda. d. q.
An ſoluta cum conjugato committat adulterium. 681. 9.
An & cum ſponſa alterius. 686. 11
An adulterium ſit ſola cauſa divortii. 84. 13
An etiam impotentia ad generandum. d. q.
An ſoluto propter adulterium conjugio, pars innocens nuptias reiterare poßit. d. q.
An & nocens. d. q.
An hodiè adulteri ſint morte plectendi. 683. 10
Quomodò adulterium civiliter coërceatur. d. q.
Quis propriè Raptum committat. 708. 3
An pæna raptus in l. unic. C. de rapt. virg. *etiam ad fæminam extendenda, ſi rapuerit virum.* 710. 4

Contractus realis. { Mutuum. Indebitum. Commodatum. Depoſitum. Pignus.

An in mutuo ſit alienatio. 381. 1
An mutuum ſit, ſi ego pecuniam quaſi donaturus tibi dedero, tu verò quaſi mutuam accêperis. 382. 2
An ſi oleum, frumentum, aut pecunia pro vino poßit reſtitui. 383. 3
An ſi ſpecies data ſit, ut pecuniam inde redactam quis habêret mutuam. 384. 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An pecunia quæ ex mandato debetur, ſolâ conventione (ut ſc. crediti nomine retineretur) fiat mutua. 385.6
An delegatione debitoris contrahatur mutuum. d. q.
An mutuum ſit, ſi convenerit, ut pecuniâ depoſitâ, ſi depoſitarius velit, uti poßit. 385.7
An ei, qui alienos nummos credidit, detur condictio ex mutuo. 383.4
An indebiti ſolutio verè ſit contractus realis. 387.9
An indebitum errore ſolutum poßit repeti. 387.10
An commodari poßit res fungibilis. 389.12
An immobilis. d. q.
An incorporalis. 389.13
An commodans cogatur recipere rem culpâ commodatarii deterioratam, pretio ſc. deteriorationis oblato. 390.14
An uterque in ſolidum teneatur, ſi duobus vehiculum ſit commodatum. 391.15
An commodatarius de culpâ levißimâ teneatur. d. p. 16
An res immobilis poßit deponi. 392.17
An ſi ex ciſtâ obſignatâ, aut ſacculo ſignato res ſurreptæ dicantur, ſtandum ſit juramento deponentis. 393.18
An res aliena poßit oppignorari. 394.19
Si rem alienam oppignoranti dominus ſucceſſerit; an creditori ſit danda pignoratitia. d. q.
An lex commiſſoria in pignore reprobetur. 232.23
An nudâ oblatione pignus ſolvatur. 395.20.
An pignore æque idoneo oblato. 396.21
An qui conſenſit in diſtractionem rei ſibi oppignoratæ, cenſeatur pignus remiſiſſe. 395.20
An mutatione rei oppignoratæ pignus tollatur. d. q.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An pignus ab hypothecâ ſolo nominis ſono diſtinguatur. 551. 17
An expreſſa conventio requiratur, ut res coloni in fundum invectæ, pignoris Iure pro mercede fundi teneantur. 552. 18

Crimen læſæ Majeſtatis.

An quod propriè crimen læſæ Majeſt. (quod perduellionis vocatur) committatur. 673. 1
An hoc crimine teneatur, qui conſiliarium Principis violaverit. 674. 2
An etiam extraneus committat crimen læſ. Majeſtat. 675. 3
An ſola reticentiâ quis reddatur reus perduellionis. 676
An ſanctio. l. 5. §. 1. C. ad l. Jul. Majeſt. *ſit iniqua.* 677. 5
Quid hodiè in liberis reorum Majeſtatis obtineat. d. q. in fin.
An pæna d. l. 5. *etiam procedat in matre.* 679. 6
An conſtitutio d. l. 5. §. 1. *etiam concernat filios ante commiſſum crimen perduellionis natos.* 680. 7
An filiorum appellatione in d. l. 5. §. 1. *comprehendantur nepotes.* 680. 8
An committens crimen privati carceris incidat in crimen læſæ Majeſt. 481. 4. *in fin.*
An hodiè capite plectendus, qui hoſtili animo muros civitatis violaverit. 150. 5

Damnum.

Damnum. { L. Aquilia. Incendium. Caupo.

An lege Aquilia is teneatur, cujus navis, ſine ulla nautarum culpa, in navim alterius impacta damnum dedit. 503. 1
Et quid uſu. d. q.
An is, in cujus ædibus incendium ortum eſt, teneatur damnum reſarcire. 504. 2
An orto incendio, impunè liceat diruere ædes intermedias alienas. 505.3
An ædes pro viciniæ ſalute propter incendium dirutæ, communi contributione ſint reſtaurandæ. 507. 4
An Ic. propter damnum rebus imperitiâ ſuâ datum teneatur. 507. 5
Quid uſu. d. q.
An qui hominem liberum vulneravit, vel occidit, ex L. Aquilia poßit conveniri. 511. 9
Quid uſu. d. q.
An Intereſſe *in L. Aquilia poßit excedere duplum æſtimationis rei peremptæ.* 512. 10
An in ineundâ æſtimatione, etiam corporis affectio ſit ſpectanda. 513.11
An ex maleficio ſervi rectè conveniatur dominus. 603.8
Quid uſu. d. q.
An & b. f. p 604.9
An caupo factum viatorum præſtet. 532. 27
An caupo damnum reſarcire debeat, ſi equum ſibi non conſignatum receperit. 533. 28
An ſi hoſpiti claves cubiculi tradiderit. 533. 19
An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An caupo invitus teneatur hoſpitio excipere viatores. 532. 26.

Defenſio.

An ſui defenſio adverſus vim ac impetum ſit juris naturalis. 31. 7
An etiam fœminis competat. ibid. in fin.
An & quandò vim vi repellere ſit permiſſum. 32. 9
In quibus conſiſtat moderamen inculpatæ tutelæ. ibid.
An primum ictum expectare quis teneatur. ibid.
An minæ ſufficiant. ibid. ibid.
An filius contrà patrem ſe tueri poßit. 34. 9
An uxor contrà maritum. ibid.
An defenſio eorum qui nobis ſanguine juncti ſunt, ſit juris naturalis. 35. 10
An quis cogatur defendere extraneum in vitæ periculo conſtitutum. 36. 11.
An Duellum, ſeu μονομαχία ſit licita. 697. 18

Diviſio rei communis.

An defunctus poßit impedire, quò minus dividatur hereditas. 462. 12
An filiof. qui per operam & induſtriam ſuam auxit rem patris, poſt ejus obitum, quid præcipuum ſit aßignandum. 463. 14.
An in dividendis rebus communibus, enormis læſio deceptione ultrà dimidium æſtimetur. 460. 9
Et quid in Gallia. d. q.

Domi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Dominium.

An Iureg. dominia rerum ſint diſtincta. 37. 13
Res quid contineat. 145. 1
An rerum incorporalium ſit verũ dominium. 147. 2
An dominium ſit jus, quo res nobis propria eſt. 148. 3
An liceat in littore ædificare ſine Principis conſenſu. 149. 4
An fera in fundo alieno contrà prohibitionem domini capta, cedat capienti. 156. 9
An ædificatio tribuat dominium. 166. 17
An qui b. f. ædificavit, teneatur act. de tign. junct. in duplum. 167. 18
An mobilia ab hoſtibus capta, cedant capienti. 158. 11
An & immobilia. d. q.
Quid circà latrones hâc in re ſit receptum. d. q.
An res ab hoſtibus captæ, & dein illis ereptæ, ad priores dominos revertantur. d. q.
An pictura cedat tabulæ. 175. 25
An ſcriptura chartæ. d. q.
Quid uſu. d. q.
An venationes hodiè inter Regalia computentur. 151. 6
Quid ſint Regalia. ibid.
An privatis ex juſtâ cauſa ſit adempta venatio. 152. 7
An mortis ſupplicio venationes ſuas vindicare Principes poßint. 155. 8
An in fundo alieno venari liceat? i. e. an fera in fundo alterius contrà prohibitionem domini capta, cedat capienti. 156. 9

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An piſcari in lacu, vel ſtagno alieno ſit permiſſum. ibid. in fin.
Quid moribus. ibid. in fin.
Inſula in flumine nata cui cedat. 162. 14
Quid moribus. d. q.
An Theſaurus pertineat ad uſufructuarium. 176. 26
An Theſaurus in ſacro vel religioſo privato loca inventus cedat Inventori. 177. 27
An viſio citrà occupationem tribuat dominium. 160. 12
Præmium promiſſum ei, qui furem vel latronem invenerit, quandò debeatur. d. q.
An inventum in littore maris cedat inventori. d. q.
An inundatio mutet dominium. 163. 15
Quid uſu. d. q.
An ſpecies m. f. facta ſpecificanti cedat. 164. 16

Donatio.

An donatio ſit modus acquirendi dominii juris civilis. 221. 11
An donatio ſit contractus. ibid.
An donatio omnium bonorum, præſentium ac futurorum valeat. 222. 12
An donatio procedat, ſi donatarius non acceptaverit. 223. 13
An mulier, quæ contrahere non poteſt citrà conſenſum mariti, mortis cauſâ donare poſſit abſque illius conſenſu. 224. 14
An donatio reciproca (ut alter alterius prædefuncti bona poſſit conſequi) ſubſiſtat. 224. 15
An donator teneatur de evictione. 225. 16

An

An donatio mortis cauſâ facta ſub conditione (ne poſsit revocari) cenſeatur donatio inter vivos. 225. 17
An ex ſolâ reconvaleſcentia mortis cauſâ donatio ſolvatur. 226. 18
An donatio mortis cauſa diſtet à legato. 313. 3
An l. ſi unquam. 8. C. de revoc. don. *etiam pertineat ad quemvis extraneum.* 227. 19
An donatio extinguatur, ſi liberi, qui ſupervenêrunt, mortui ſint. ibid.
An donatarius, ut viciſsim quid det donatori, ſit obligatus. 368. 7

Emptio, venditio.

An invitus quis emere vel vendere cogatur. 417. 1
An res aliena vendi poſsit. 418. 2
An annui reditus. d. p. 3
An arrharum jacturâ emptio annulletur. 419. 4
An venditor ad rei, ſicut emptor ad donationem pretii teneatur. d. p. 5
An diſſenſus partium impediat emptionem. 420. 6
An dolus cauſam dans contractui, eum reddat ipſo jure nullum. 421. 7
An periculum rei venditæ, re nondum traditâ, ſpectet ad emptorem. 423. 9
An venditor, cum poteſt, rem præciſè tradere cogatur. 424. 10
Quid uſu. d q.
Rei nomine quid hîc intelligatur. d. q.
An venditor etiam teneatur de culpâ leviſsima. 431. 16
Qui fundum liberum vendidit, ad quid teneatur. 178. 28. *in fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An pretium rei venditæ & traditæ jus prælationis habeat. 179. 29
An in dubio venditor dominium ſibi reſervaſſe præſumatur. 180. 30
An Fiſcus, rei alienæ venditor, ſtatim emptorem reddat ſecurum. 180. 30

Fideicommiſſum.

An filius in fideicommiſſo ſubintret in locum & gradum patris. 329. 18
An fideicommiſſum relictum filio, etiam cenſeatur relictum nepoti. 330. 19
An fideicommiſſum extendatur ultrà decimum gradum. 331. 20
An bonis publicatis ob delictum fideicommiſſo gravati, etiam res alienari prohibita publicanda ſit. 331. 21
An heres propter ſcelus ſuum carceri mancipatus rem alienari prohibitam poſſit alienare. d. q.
An prælegata intelligantur repetita in ſubſtitutione univerſali. 332. 22
An fideicommiſſo comprehendatur jus patronatus. 333. 23

Furtum. { Rapina. Peculatus.

An furtum rectè definiatur. in §. 1. Inſt. de obligat. quæ ex delict. naſc. 473. 1
An rei minimæ furtum committatur. 157. 10
An ſola cogitatio furandi, aut verba, aut ſcriptura ponat furtum. ibid.
An rei immobilis furtum fiat. ibid.

An

An rei propriæ. *ibid.*
An rei hereditariæ. *ibid.*
An doli incapax furtum committere poßit. *ibid.* *pag.* 475
An fur ſit, qui alicujus ancillam libidinis cauſa rapuit? aut alicujus rei, ut domino injuriam inferat, contrectavit. ibid. d. pag.
An commodatarius alteri rem commodans furtum committat. ibid. d. pag.
An furtum lege naturali turpe ſit & prohibitum. 476. 2
An liceat ingredi ædes alienas, rei furtivæ inveſtigandæ cauſa. 479. 4
Inquiſitio quatenus concedenda. ibid.
An furem capere propriâ authoritate ſit permiſſum. 481. 4
An creditori debitorem fugientem, vel colligentem ſarcinulas. *ibid.*
An, extremâ famis urgente neceßitate, eſculenta & poculenta auferre liceat. 482. 5
An furti teneatur, qui furi opem tulit, aut dedit conſilium. 483. 6
An creditor, qui non poteſt à debitore ſuum conſequi, ſtricto jure, pro fure ſit habendus, ſi rem debito æquivalentem ei ſurripuerit. 484. 7
Quid juris, ſi quis ſine autoritate judicis res debitoris occupaverit. ibid. & pag. 499. 18
Si plures rem alienam, quam ſinguli ferre non poſſunt, furati ſint, an ſinguli furti actione in ſolidum teneantur. 486. 8
An tabellarius, qui perferendam pecuniam accepit, furti teneatur, ſi eam ſuppreſſerit, vel in uſus ſuos converterit. 487. 9

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An adminiſtrator pecuniæ privatæ, ſi quid interceperit. ibid.
An adminiſtrator pecuniæ publicæ, ſi quid interceperit. ibid.
An qui epiſtolam familiarem, quam perferendam accepit, ſuppreßit. ibid.
An qui furẽ vel rem furtivam ſciens celaverit. ibid.
An fur ſimplex poßit morte puniri. 488. 10
Quandò furem occidere liceat. ibid.
Quandò hodiè fur morte puniatur. d. q. circà fin.
An ablatio rei profanæ è loco ſacro, ſit ſacrilegium. 714. 7
An condictio furtiva contrà heredes detur in ſolidum. 493. 12
An quis rem ſuam furi ejuſve heredi condicere poſſit. 493. 13
An condictio furtiva ſit actio perſecutoria rei. d. p.
An raptor teneatur actione furti manifeſti. 495. 14
An raptor mitius in jure puniatur, quam fur manifeſtus. 495. 15
Moribus quatenus teneatur. d. q. in fin.
An dominus, qui ſine armis rem ſuam ſibi arripuit, teneatur actione vi bonorum raptorum. 497. 16
An dominus violenter invadens rem ſuam ante Valentinian. Imp. ejus amiſerit dominium. 498. 17
An creditor vi armata ſibi uſurpans res debitoris, teneatur lege Iuliâ de vi pub. 499. 18
Quid ſi vi inermi. ibid.
An Chirographarius vi bonorum raptorum teneatur, ſi vim non armatam rei mobili intulerit. d. q. 18. pag. 501
Quomodo jure civili creditor puniatur, qui bona debitoris occupavit. 502. 19
An

An actio vi bonorum raptorum hoc caſu habeat locum. ibid.
An credito ſuo privetur is, qui ſine vi occupaverit bona debitoris. ibid. in fin.
An peculatum committat, qui pecuniam ad patrimonium civitatis pertinentem ſubripuit. 713. 6

Homo. { Liberi. Alimenta. Status hominis.

An mulier ſit homo. 64. 1
An qui in utero eſt, pro jam nato habeatur. 68. 6
An qui in utero eſt, aliis proſit. 69. 7
An liberi ſequantur conditionem patris. 76. 3
An liberis ex patre nobili, matre verò ignobili procreatis, conferatur nobilitas patris, & Feudi ſint capaces. ibid.
An & naturales à patre nobili legitimati. ibid.
An ſi nobilis nupſerit ignobili, liberi ſint nobiles. ibid.
An partus decimo à viri obitu menſe natus, ſit legitimus. 78. 5
An & undecimo, vel tempore ulteriori. ibid.
An ſi fæmina ſtatim ab obitu mariti ad ſecunda vota tranſierit, & ſeptimo menſe filium ſit enixa, filius (in dubio) ſit tribuendus primo, an ſecundo marito. 78. 6
An ſi adultera filium ediderit, is cenſeatur legitimus ejus, cui cum adultera fuit matrimoniũ. 79. 7
An patri juranti non eſſe filium ſuum ſit habenda fides. 79. 8
An ex educatione plenè probetur filiatio. 80. 9

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An partus monſtroſi inter liberos ſint recenſendi. 80. 10
An filiorum nomine veniant nepotes. 119. 10
An nomine poſthumorum. 121. 12
An peccet contra naturam mater, quæ liberos (cum poteſt) non lactat. 27. 2
An Parentes ad alendos liberos cogi poßint. 28. 3
Quid ſi emancipati, naturales, ſpurii, adulterini, aut inceſtuoſi ſint. d. q.
Alimenta quid contineant. d. q.
An Avus & Avia alere teneantur. d. q.
An etiam adultiores liberi ſint alendi. 29. 4
An liberi parentes. 29. 5
An Frater aut Soror. 30. 6
An diſting. inter germanos, conſanguineos, uterinos, & naturales. d. q.
An mater alimenta liberis præſtita actione negotiorum geſtorum repetat. 457. 5
An vitricus alimenta & mercedes magiſtris pro privignis præſtita d. actione repetere poßit. d. pag. 6
An ſervi pertineant ad primum juris objectum. 145. 1
An ſervitus ſit contrà naturam. 65. 2
An Statu-liber ſit ſervus. 66. 3
An prioris ſtatus mutatio ſit capitis diminutio. 221. 13

Homicidium. { Parricidium.

An homicidium ad defenſionem honoris admiſſum excuſetur. 70. 9
An mulieri pro defenſione pudicitiæ ſtupratorem occidere liceat. ibid.

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An pro defenſione pudicitiæ alienæ ſtupratorem occidere ſit permiſſum. ibid.
An fur nocturnus, ſi ſe telo non defendat, jure occidatur. 508. 6
An qui alicui lethaliter vulneravit, teneatur de occiſo. 509. 7
Quid moribus. ibid.
An homine in rixâ occiſo, ſi ignoretur, cujus ictu perierit, omnes capite ſint plectendi. 510. 8
An ebrietas excuſet homicidium à pœnâ ordinaria. 374
An mandans homicidium, eadem, quâ mandatarius, pœnâ ſit plectendus. 449. 9
An mandans, ut vulneret, mortis pœna teneatur ſi mandatarius occiderit. ibid.
An Reus homicidii abſens, impetrato ſalvo conductu, ſe ſiſtens, dein convictus, poßit capite puniri. 719. 13
An etiam Pater pœna parricidii plectatur. 701. 20
An filius patrem bannitum, aut perduellionis reum, vel transfugam impunè occidere poßit. 702. 21
An qui aliquem ex parentibus vel liberis indiſtinctè occiderit, pœna culei teneatur. 703. 22
Quid ſi occiſus filius ſit naturalis tantum, adulterinus, aut inceſtuoſus. d. q.
An ob ſolam reticentiam pœna parricidii irrogetur. 705. 23
An eadem pœnâ matricidium plectatur. d. q.
An pœnâ mortis feriendus, qui uxorem in adulterio deprehenſam, aut adulterum occiderit. 700. 19
An αὐτοφονία ſit permiſſa. 691
An qui pulvere nitrato ſuccendunt navem, ne hoſtis ea potiretur, dicendi αὐτόφονοι. d. q.

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An in dubio dolus & data opera in homicidio præſumatur. 692. 14
In quibus caſibus ceſſet præſumptio doli. d. q.
An qui corrivalem æſtu amoris occidit, cenſeatur dolo occidiſſe. d. q.
An furioſus propter cædem ſit gladio feriendus. d. q.
An conatus homicidii, pro facto accipiatur. 694. 15
An à pœnâ mortis excuſet ætas. 695. 16
An gladii pœna obtineat, ſi quis Titium occiderit, dum vellet occidere Sejum. 696. 17

Injuria.

An fama vitæ æquiparanda. 70. 9
An actor in dubio probare teneatur, animum injuriandi Reum habuiſſe. 513. 12
An animum infamandi abſuiſſe probet reus, eo quod injuriam intulerit cum proteſtatione honoris. 514. 13
An reus capitis, aut famæ, injuriarum poßit conveniri, ſi excipiendo teſtibus objecerit, ipſos eſſe infames, fures, perjuros, adulteros, &c. ibid.
An qui alicui verum crimen conviciandi animo objecit, jure civili excuſetur ab injuriâ. 514. 14
An injuriam verborum verbis repellere liceat. 517. 15
Quomodò uſu forenſi injuriarum nomine agatur. 518. 16
Quandò reus à palinodia abſolvatur. ibid.
Actio ad palinodiam, an ſit civilis, an criminalis. 518. 16
An actio criminalis competat, ſi ex levi injuria agatur. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An actor, qui injuriam ad animum revocavit, ſi civilem actionem omiſerit, reus æquè hodiè criminaliter poſsit coërceri. 519. 17

Quid ſi quis doloſè, ſe cum virgine aut viduâ honeſtâ concubuiſſe jactaverit. ibid.

An & quatenus ob contumeliam ſcripto factam reus capitali pænâ ſit afficiendus. 520. 18

Quid ſi quis libellum famoſum inventum non illicò conſumpſerit, ſed aliis ſententiam ejus dolo malo manifeſtaverit. ibid.

An annus, cujus lapſu extinguitur injuria, ſit intelligendus de anno utili, an continuo. 521. 19

An qui poſt acceptā atrocem injuriam ſacræ ſynaxi interfuit, dein injuriarum agere poſsit. 525. 22

An damnatus in cauſis injuriarum, ſtricto jure, vitet infamiam, ſi & judex expreſsim ei reſervet honorem. 526. 23

Inſtitutio heredis.

An liberi poſiti in conditione, ſint in diſpoſitione. 266. 21

An incerta perſona heres inſtitui poſsit. 267. 22

An valeat inſtitutio in nuncup. teſtamento, ſi teſtator alterius inſtinctu à Notario rogatus inſtit. 268. 23

An inſtitutio per verbum (lego, aut relinquo) fieri poſsit. 269. 24

An Nepos, *qui eſt in poteſtate, ſub quâvis conditione poſsit heres inſtitui.* 271. 27

An inſtit. ſub conditione impoſsibili proced. 272. 28

An ſubſtitutionis origo ſit Iuriſg. 274. 1

An filiof. repudiante hereditatem, pater in cujus poteſtate eſt, ſubſtituto præferatur. 276. 3

An ſubſtitutio vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem. 277. 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An & è contra. ibid.
An pupillaris intellecta ſub vulgari exſpiret adita hereditate. ibid.
An ſubſtitutio vulgaris intellecta ſub pupillari exſpiret pubertate. ibid.
An inſtituti inæqualiter, & ſibi invicem ſubſtituti, conſequantur portiones hereditarias. 278. 5
An, ut pupillaris ſubſtitutio ſubſiſtat, pupillus & tempore ſubſtitutionis & mortis in poteſtate parentis eſſe debet. 179. 6
An ſubſtitutio, ſi clauſulam pupillarem continet, facta à patre emancipatis, aut à matre liberis, flectitur in fideicommiſſum. ibid.
An in teſtamento minus ſolemni inter liberos fieri poßit ſubſtitutio pupillaris. 280. 7
An pater rectè ſubſtituat filio impuberi exheredato. 280. 8
An pater rectè ſubſtituat pupillariter filio præterito. d. q. in fin.
An valet ſubſtitutio, ſi poſthumo datus ſit ſubſtitutus pupillariter, iſque poſteà non naſcatur. 281. 9
An exiſtentia ſui heredis confirmet tabulas pupillares. 282. 10
An ſubſtitutio pupillaris directò facta ultrà pubertis annos, flectatur in fideicommiſſum. 283. 11
Quid ſi à milite. d. q.
An ſubſtitutio pupillaris expreſſa excludat matrem. 283. 12
An filio prodigo rectè ſubſtituatur exemplariter. 284. 13
An ſola revocatione prius teſtamentum tollatur. 284. 14

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Quid ſi teſtator coram 7. teſtibus dixerit, ſe nolle teſtamentum prius valere. d. q.
An inſtituti ex re certâ ſint loco heredum, an legatariorum. 285. 15
An ſi filiusf. præteritus teſtamentum non dixerit nullum, æquè illud nullum ſit quoad alios. 286. 16
An ſuus heres ſit is, qui tempore mortis eſt in poteſtate teſtatoris, & in familia proximum gradum obtinet. 301. 13

Interceſſor. { Fidejuſſor. Conſtitutus. Reus debendi.

An ad omnem obligationem rectè accedat fidejuſſor. 409. 14
An fidejuſſor de facto acceptus in majorem ſummam, ſaltem teneatur ad concurrentem. 410. 15
Et quid uſu fori. ibid. in fin.
An liberetur fidejuſſor, ſi creditor terminum ſolvendi prorogaverit debitori. 411. 16
An cum ex pluribus ſinguli in ſolidum obligantur, ſint duo Rei debendi. 408. 12
An ſeparata reſponſio conſtituat correos debendi. 408. 13
An quod civiliter debetur poßit conſtitui. 554. 1
An per Epiſtolam poßit conſtitui. d. p. 2

Interdictum.

An interdicta ſint actiones reales. 630. 1
An interdicta poſſeßionis cauſam contineant. 631. 2
An filiusf. interdicto exhibitorio à patre petatur. 634. 4
An & uxor à marito. d. q.

An ſponſa à ſponſo. d. q.
An vaſallus à domino. d. q.
An civis à Repub. d. q.
An etiam Interdicta quædam duplicia dicantur, quod quædam ſint tam adipiſc. quam recuper. poſſeſsionis. 635. 5
An interdictum quorum bonorum *etiam detur vero heredi.* 636. 6
An interdictum Salvianum etiam detur adverſus quemcunque debitorem. 637. 7.
An avocatâ per interdictum quod legatorum *poſſeſsione rei legatæ, æquè legatario ſalva ſit actio legati.* 637. 8
An interdictum uti poſſidetis *detur vi dejecto.* 638. 9
An poſſeſsione turbatus ſi inſtituerit rei vindicationem, dein interdicto uti poſſidetis *agere poſſit.* 639. 10
An defuncto in poſſeſsione turbato, heredi competat interdictum uti poſsidetis. 640. 11
An interdictum unde vi *etiam ad res mobiles extendatur.* 640. 12
An defuncto de poſſeſsione dejecto, heredi detur interdictum unde vi. 641. 13

Inventarium. vid. Privilegium.

vid. Privilegium.

Judex.

An quis bonâ conſcientiâ magiſtratus officio fungi poſsit. 645. 1
An Iuris imperitus poſsit eſſe judex. 648. 2
An cæcus. 650. 3
An quis ſibi, vel ſuis, poſsit jus dicere. 651. 4

An judex ſecundum conſcientiam, an ſecundum acta & probata judicare cogatur. 656. 7
Acta & probata quæ. d. q. pag. 659
An in criminibus extraordinariis pænam arbitrariam poſſit extendere ad mortem. 718. 12
An prægnantem pænæ aut torturæ ſubjicere poſſit. 69. 7
An poſſit impunitatem promittere delinquenti, ſi detegat ſocios. 56. 7
An reus liberandus à pænâ mortis, ſi carnificis officio fungi velit. ibid.
An damnatum ad mortem concedere poſſit puellæ petenti eum in maritum. ibid.
Quomodo puniendus Iudex, qui iniquam ſententiam tulerit. 528. 24
Quid ſi corruptus ſententiam non tulerit. ibid.
Quid ſi pecuniam acceperit, ut juſtè judicaret. ibid.
An permiſſum judici Xenia in eſculentis & poculentis oblata accipere. 530. 25
An liceat judici, ſub promiſſione impunitatis, à Reis confeſſionem extorquêre, eoſque, ſecutâ confeſſione, ultimo ſupplicio punire. 720. 14

Judicium. { Citatio. Litiſc.

An Iudicia inter Chriſtianos permittenda. 652. 5
An Eccleſiaſtici à poteſtate judicis ſæcularis ſint exempti. 654. 6
An litiſc. ſit principium judicii. 642. 14
An hodiè ſine veniâ parentes ſint citandi. 574. 19
An & Noverca. 575. 21

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An & ruſticitas hoc caſu excuſet à pœna 50. aureorum. 575. 20
An nuntio in ſuâ relatione credendum. 643. 15
An poſt litiſc. libellus corrigi vel mutari poßit. 588. 10

Quid uſu. d. q.

Juramentum. { Perjurium. Falſum.

Quid propriè ſit Iuramentum. 556. 5
An jurare ſit permiſſum. 558. 6
An licitum ſit, per Deum & ſanctos, aut alias creaturas jurare. 560. 7
An Iuramentum per Falſum Deum, aut à superſtitio ſoper creaturas de re licita conceptum, obliget jurantem in conſcientiâ. 562. 8
An accuſator, ſi in probatione deficiat, accuſato deferre poßit juramentum. 563. 9
An accuſatus ad ſui condemnationem accuſatori poſſet deferre juramentum. 564. 10
An actor, qui nihil probavit, reo deferre poteſt juramentum. 565. 11
Quid uſu Fori. d. q.
An ſagaciter liceat eruere veritatem. d. q.
An unicus teſtis ſemiplenè probet. 567. 12
Quandò cauſâ cenſeatur dubia. d. q.
An juramentum neceſſarium à parte adverſa poſſit remitti. 568. 13
An poſt concluſionem in cauſâ Iudex neceſſarium juramentum deferre poßit. 569. 14
An juramentum neceſſarium ob inſtrumenta noviter reperta poßit retractari. 570. 15

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An & ob teſtes de novo repertos. d. q.
An & juramentum conventionale. d. q.
An cum actione ex jurejurando in factum agitur, æquè de veteri actione poßit diſputari. 572. 16
An poſt jusjurandum judiciale & voluntarium requiratur ſententia. 572. 17
An à ſententiâ ſecundum jurantem latâ poßit appellari. 573. 18
An juramentum ſit perſonale, an reale. 41. *in fin.*
An juramentum ſit ſervandum. 39. 15
An perjurium omni jure coërceatur. 715. 8
An uſu. d. q.
An diſpoſitio §. 7. Inſt. de publ. jud. *etiam ſpectet ad teſtamentum nuncupativum.* 706. 1
An lex Cornelia de Falſis tantum de teſtamentis agat. 706. 2
An literas alienas violans teneatur falſi. 42. 17
An ex literis violatis, violatori, aut ei, qui ab eo cauſam habet, contra ſcribentem competat actio. 43. 19

Jus.

An omne Ius divinum hodiè nos obliget. 1. 1
An gentilium legibus utendum inter Chriſtianos. 4. 2
An Iure civili Romano hodiè ſit utendum. 5. 3
An antinomiæ in jure reperiantur. d. q.
An Ius naturale rectè definiatur in princ. Inſt. de Jur. nat. Gent. & civ. 26. 1. & 605. 10
An Iusq. rectè dividatur in primævum & ſecundarium. 37. 12
An Iura naturalia & gentium abſolutè ſint immutabilia. 45. 19
An ſint tantum tria juris præcepta. 19. 13

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An in jure civili ſuum cuique tribuatur. 21. 16
An jus publicum deſumptum ſit ex naturalibus & gentium præceptis. 24. 19
An inſtitutiones derogent libris pandectarum. 11. 8
An Iuvenis aptior ad Iuris ſtudium, quam Senex. 8. 6
Quandò hodie juri civili eſt locus. 62. 13
An Iura civilia ſemper ſint mutabilia. 63. 15
An tria ſint tantum generalia juris objecta. 63. 16
An ſit antinomia inter l. 2. §. 1. D. de offic. Proc. & l. 17. §. 1. D. de manum. vindic. 69. 8

Jus accreſcendi.

An illud prohibere teſtator poßit inter heredes. 269. 25
Et quid moribus. d. q. in fin.
An ſubſtitutio potior ſit Iure accreſcendi. 275. 2
An jus accreſcendi locum habeat in conjunctis re & verbis ſimul. 318. 6
Conjunctio quotuplex. d. q.
An in re conjunctis tantum. 319. 7
An & in verbis conjunctis tantum. 320. 8
An jus accreſcendi in legatis à teſtatore poßit prohiberi. 321. 9
An jus accreſcendi tranſeat in emptorem hereditatis. 425. 11

Juſtitia.

An Iuſtitia rectè definiatur in princ. Inſt. de Iuſt. & Iur. 14. 10

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An Iuſtitia divina, an humana. 16. 11
An Iuſtitia univerſalis, an particularis. 17. 12
An æquitas ſit præferenda ſtricto juri. 23.18
An Iuſtitia ita Ius ſuum cuique tribuat, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiori repetitione. 23. 17
An Ius dicatur de rarò contingentibus. 161. 13
An Iuſtitia diſtributiva in pænarum diſtributione poßit defendi. 671. 17
An circumventiones in pretio tolerandæ. 428. 13

Legatum.

An legatum rectè definiatur in §. 1. Inſt. de legat. 310. 1
An à Iuſtiniano Imp. legata fideicommißis penitus ſint exæquata. 311. 2
An legatum differat à donatione mortis cauſa. Vid. donatio.
An quod in teſtamento præſenti & acceptanti donatur, cenſeatur legatum. 313. 3
An res aliena privata poßit legari. 314. 4
Quid circà Regalia. d. q.
An feudum. d. q.
An res aliena dotalis. d. q.
An res Eccleſiaſtica. d. q.
An res, cujus commercium non eſt legatario, cum heredi ſit, poßit legari. 316. 5
An è contra. d. q. in fin.
An res propria purè alicui legari poßit. 322. 10
An legatum generaliter relictum valeat. 323. 11
Quomodò diſtet à legato obſcuro. d. q.
Quid Iuris, domo ſimpliciter legatâ. d. q. in fin.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An hodie in legato generaliter relicto electio detur legatario. 324. 12
An illis tantum poſsit legari, cum quibus teſtamenti factio paſsiva eſt. 325. 13
An Iudæis, apoſtatis, aut hæreticis legari poſſit. d. q.
An peregrinis. d. q.
An hoſtibus Reipub. d. q.
An ille legare poteſt, qui teſtamentum facere poteſt. d. q.
An qui legat Sejo, quod Titio legavit, Titio cenſeatur ademiſſe legatum. 327. 14
An legata relinqui poſsint codicillis. 338. 29
An legatum filiabus relictum etiam pertineat ad poſthumos. 120. 11

Lex.

An ſcriptura ſit de ſubſtantia legis. 46. 1
In quibus diſtet à conſuetudine. ibid. in fin.
An Lex vel conſuetudo irrationabilis valeat. 47. 2
An reſponſa Ictorum pro Iure ſint recipienda. 58. 8
An interpretatio ad leges. ibid.
An qui duorum Ictorum conſilia pro ſe habet, damnari poſsit in expenſas litis. ibid.
Quod tempus ſufficiat ad conſuetudinem introducendam. 59. 9
Quot actus. 60. 10
An etiam unicus. ibid.
An actus requirantur judiciales. 60. 11
An populus ſub Principe poſsit introducere conſuetudinem. 61. 12
An conſuetudo ſit facti. 61. 13
An tollat legem ſcriptam. 62. 14

Loca-

Locatio conductio. } Emphyteuſis.

An homo liber in perpetuum ſe obligare poßit ad ſerviendum. 67. 4
An locatio ad longum tempus transferat rei dominium. 432. 17
An merces in locatione conſiſtat in pecuniâ numeratâ. 433. 18
An mulier cogatur ſtare locationi à marito factæ. 434. 19
Quid uſu. d. q.
An mercedem, pro ratâ temporis, quo famulus ſervire non potuit, minuere liceat. 435. 20
An qui ob peſtem alibi migravit, æquè integram mercedem ſolvere teneatur. 435. 21
An qui metu ſpectrorum. d. q.
An reus faciendi operis, præcisè facere teneatur. 436. 22
An levißimam culpam conductor præſtet. 437. 23
An Emphyteuſis ſit Iuriſg. 437. 24
An contractus b. f. d. q.
An nominatus. d. q.
An ſolâ taciturnitate cenſeatur renovata Emphyteuſis ad tempus facta. 439. 25
An Emphyteuta jus ſuum alteri donare poßit. 439. 26
An vendere. d. q.
An oppignorare. d. q.
An Emphyteuta intrà debitum tempus non ſolvens canonem ipſo jure jus ſuum amittat. 441. 27
An ad Emphyteuſeos eſſentiam deſideratur ſcriptura. 442. 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Matrimonium. { Sponſalia. Dos.

An juſta ſit ratio, ob quam maſculi minores 14. Fæminæ 12. annis, nuptias contrahere non poßint. 85. 14
Quænam ſit nubilis ætas ex ſententia Philoſophorum. ibid.
An Senex juvenculæ matrimonio jungendus. 87. 15
An vetula juveni. ibid.
An conſenſus faciat nuptias. 88. 16
An conſenſus Patris neceſſarius ſit de Iure civili ad nuptias liberorum. 89. 17
An & matris. 90. 18
An & de jure naturali conſenſus Parentum requiratur. 91. 19
An & de jure divino. 92. 20
An conjugium clandeſtinum, juratò promiſſum, poſſit reſcindi. ibid.
Si Pater & Mater diſſentiant in nuptiis liberorum, utrius ſententia præferenda. ibid.
An ratihabitio de jure civili in nuptiis habeat locum. 93. 21
An ſponſalia clandeſtina, copulâ carnali confirmata, ſubſiſtant, ſaltem, ſi ex illâ conjunctione liberi ſint procreati. 94. 22
An ſi prægnans urgeat promißionem matrimonii, imprægnator illam uxorem ducere cogatur. ibid. in fin.
An liberi cogi poßint ad matrimonium. 95. 23
An ab alio vitiata, & pro virgine ducta, à decepto poßit repudiari. 96. 24

An

An uxor maritum ob ſtuprum & fornicationem ab eo ante nuptias commiſſam repudiare poßit. 99. 25
An error circâ perſonam impediat matrimonium. 100. 26
An error circâ caſtitatem. ibid.
An error circâ divitias, aut aliam externam qualitatem. ibid.
An inter aſcendentes adoptivas & deſcendentes valeat matrimonium. 102. 28
An frater cum ſorore committat inceſtum Iuriſg. 102. 29
An duorum fratrum vel ſororum liberi poßint matrimonio jungi. 103. 30
An comprivigni. 104. 31
An plebeja nobili nupta reddatur nobilis. 105. 32
An pater filiam dotare teneatur. 100. 27
An & mater. ibid.
An maritus conſtante matrimonio ſit dominus dotis. 229. 20
An lex Iulia de fundo dotali etiam pertineat ad res mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt. 230. 21
An alienatio fundi dotalis à marito facta, uxoris juramento ſtabiliri & firmari poſsit. 231. 22
Quandò fundus dotalis alienari, aut non alienari poteſt. ibid.

Mandatum.

An literæ commendatitiæ obligent commendantem. 448. 8

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An mandatario, qui exceſſit fines mandati, quatenus exceſſit, competat actio negotiorum geſtorum. 450. 10
An procurator ad litem certum ſalarium petere poſſit actione mandati. 450. 11
An mandatum morte utriuſque finiatur. 452. 12
An mandatarius de culpâ leviſſima teneatur. 452. 13
An mandans. ibid.
An mandatarius ſi caſu fortuito damnum ſenſerit, id imputandum ſit mandatori. ibid.

Militia. { Ars.

An militia togata ſit præferenda armatæ. 9. 7
An Iuriſprudentia medicinæ ſit præferenda. 12. 9
An ſemetipſum laudare ſit permiſſum. 7. 5

Negotiorum geſtio.

An detur actio negotior. geſtor. ei, qui ſe voluntariò rebus alienis immiſcuit. 414. 1
An & propter rem utiliter geſtam. 455. 2
An fæmina negotia alterius gerere poſſit. 455. 3
An hac actione, quæ in mortem uxoris maritus impendit, repetantur. 456. 4
An is, qui acceſſit, ut quædam gereret, cum nemo abſtineret, etiam teneatur de iis quæ non geſſit. 458. 7
An negotiorum geſtor. de leviſſimâ culpâ teneatur. 459. 8

Obli-

Obligatio.

An obligatio ſpectet ad ſecundum juris objectum. 131. 31
An Infans tutore auctore aliis obligari, vel alios ſibi obligare poſsit. 124. 15
Quid Iuris in pupillo infantiâ majore. 125. 16
An pupillus major infantia ſine tutore obligetur naturaliter. ibid.
Quid Iuris in eo qui pubertati proximus eſt. ibid.
Quæ obligatio propriè & verè dicatur naturalis. 366. 6
An donatarius, ut viciſsim quid donet donatori, ſit obligatus. vid. verb. donatio.
An prodigus obligetur naturaliter. 369. 8
An ſi juratò quid promiſerit. ibid.
An furioſus. ibid.
An ſervus. 372. 9
An ebrius ex contractu obligetur efficaciter. 373. 10
An ebrius ex delicto obligetur. ibid.
An ex pacto de ſuccedendo oriatur obligatio naturalis. 375. 11
An filiusf. ex mutuo obligari & conveniri poſsit. 598. 4

Pactum.

An Latroni ſit habenda fides. 38. 14
An Λύτρον *Latroni jurato promiſſum ſit perſolvendum.* 39. 15
An qui tacet conſentire videatur. 123. 13
Quid ſit propriè contractus. 361. 1

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An conventio de hypothecâ ſit contractus. 362. 2
An promiſsio facta ſilenti & non acceptanti, ſit pactum, an pollicitatio. 363. 3
Quomodò differat pollicitatio à pacto nudo. ibid.
An qui ſilet, confiteri videatur. 365. 4
An pactum Rei noceat fidejuſſori. 627. 20
An exceptio pacti Reo competens, proſit fidejuſſori. 628. 21
An exceptio pacti detur fidejuſſori, quo debitor pactus eſt à creditore, ne à fidejuſſore petatur. 629. 22
An pactum fidejuſſoris, ne à Reo petatur proſit Reo. d. q.
An ex pacto jure civili detur actio. 365. 5
An uſu. d. q.
An ex pacto geminato detur actio ex conſtituto. 555. 3
An pacta incontinenti adjecta contractibus producant actionem. 376. 12
An ex pacto incontinenti contractui b. f. addito detur actio ex illo contractu. 377. 13
An pactum prius tollatur per pactum poſterius. 378. 13
Quomodò in conventionibus verba ambigua interpretanda. 379. 15
An jure civili pacto deferatur hereditas. 355. 19
An mater, quæ juramento renunciavit hereditati paternæ, noceat liberis. 348. 9
Quid juris, ſi filiæ, quæ donationis cauſâ juratò renunciaverat, dein liberi ſupervenerint, d. q.
An pactum de non ſuccedendo admittatur. 358. 20
An ſoror, quæ renunciavit hereditati paternæ in commodum fratrum, iis defunctis, ſuccedat patri. 349. 10

Patria

Patria poteſtas. { Legitimatio. Adoptio. Peculium.

An patria poteſtas ſit Iuriſg. 74. 1
An mater propter extremam famem filium diſtrahere poßit. 75. 2
An liberi nati à nuptiis ſeptimo menſe cæpto ſint in poteſtate. 77. 4
An & octavo. ibid. in fin.
An filia nubendo nexu patriæ poteſtatis liberetur. 110. 40
An mortuo patre nepos per matrimonium avi legitimetur. 106. 33
An in extremo vitæ articulo poßit fieri legitimatio. 106. 34
An inviti filii legitimentur. 106. 35
An adoptio in ſpecie conferat patriam poteſtatem. 109. 38
An imitetur naturam. 107. 36
An ignobilis à nobili adoptatus reddatur nobilis. 108. 37
An Quarta *arrogatis debita, ſit omnium bonorum.* 110. 39
An res à Principe donata, adventitio, an quaſi caſtrenſi peculio ſit adjudicanda. 233. 24
An ſi nihil ſit in peculio, patris latitantis bona poſſint poßidêri. 556. 4

Poſſeſſor.

An bonum fidei poſſeſſor rectè agat ad impenſas, ſi domino vindicanti rem tradiderit. 168. 19
An etiam m. f. p. deducat impenſas. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An b. f. p. neceſſarias repetere poſsit, ſi res non extet. 170. 20
An tam b. quam m. f. p. detur retentio, donec impenſæ refundantur. 171. 21
An b. f. p. de fructibus conſumptis reſtituendis teneatur. 171. 22
An de fructibus perceptis. ibid.
An de exſtantibus. ibid.
Quandiu b. f. p. ſi dominus ſupervenit fructus plenè ſuo dominio ſubjiciat. 173. 23
An m. f. p. teneatur de fructibus perceptis & percipiendis. 174. 24
An plures eandem rem in ſolidum poſsint poſsidere. 632. 3
An, ut per traditionem acquiratur dominium, requiratur vacua poſſeſsio. 178. 28

Præſcriptio. { Uſucapio.

An uſucapio ex æquitate naturali ſit toleranda. 208. 1
Ad uſucapionem quot requirantur. 210. 2
An qui ex cauſâ lucrativâ ſucceſſor eſt ſingularis, ei noceat mala fides auctoris. 213. 3
An res ſacræ poſsint uſucapi. 214. 4
An res publici juris. 214. 5
An res fiſci. ibid.
An res univerſitatis. ibid.
An ex contractu ſimulato ulla uſucapiendi conditio naſcatur. 215. 6
An error impediat uſucapionem. 216. 7
An præſcriptio locum habeat in criminalibus. 217. 9

An

An homicida ordinariæ mortis pœnæ ſubducendus, qui ante annos decem cædem patravit. ibid.
An uſucapione directum, plenum, & abſolutum acquiratur rerum dominium. 219.10
An poſſeſſor, qui completâ uſucapione rem alienam eſſe cognovit, in foro conſcientiæ teneatur domino pretium reſtituere. ibid.
An injur. liberis facta anni ſpactio tollatur. 523.20
An & actio injuriarum ex lege Corneliâ. 523.21
An accuſatio. ibid. in fin.
An diviſioni bonor. 30. annis præſcribatur. 461.11
An jus venandi privato alicui conceſſum per non uſum longiſsimi temporis extinguatur. 151.6
An pacto de retrovendendo poſſit præſcribi. 427.12

Princeps. { Privilegium. / Beneficium. / l. 2. C. de reſc. vend. / Inventarium. }

An Princeps ſit ſolutus legibus. 49.3
An Princeps in contractibus fidem ſervare teneatur. 52.4
An Princeps ſolemnitatibus legum ſit ſolutus. 53.5
An & Auguſta. ibid.
An Princeps poſsit alicui id, quod ei erat Iureg. quæſitum, auferre. 54.6
An id quod eſt juris poſsitivi. ibid.
Quid ſi res ſit modica. ibid.
An ſpem hereditatis. ibid.
An Princeps criminoſis veniam dare poſsit. 56.7
An Princeps ad defenſionem civitatis demoliri poſſit ſuburbia. 506
An ſocero detur beneficium competentiæ. 591.11

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An ſocio particulari. 592. 12
An Fratri. 592. 13
An donatori. 593. 14
An debitori, qui bonis ceßit, ſi ad meliorem fortunam pervenerit. 594. 15
Quibus, & quomodo, jure civili & uſu detur ceſſio. d. q.
An Senatuſc. Macedon. abſolutè creditori denegetur actio. 599. 5
An filiusf. Scto. Macedon. renunciare poßit. 599. 6
An juratò. 602. 7
An diviſio rei communis ſorte facta, propter læſionem ultrà dimidium poſsit reſcindi. 461. 10
An beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. *æquitate nitatur.* 429. 14
An locum habeat in tranſactione. 430. 15
Quid uſu. d. q.
An beneficiis ordinis & diviſionis liceat renunciare. 412. 17. *in fin.*
An reis promittendi competat beneficium diviſionis. 407. 11
An mulier poſsit renunc. beneficio Scti. Vell. 626. 19
An beneficium ordinis ſeu excuſsionis etiam competat tutoribus. 133. 4
An heres qui quid ſubripuit ex hereditate poſt confectum Inventarium, amittat beneficium Inventarii. 307. 19
An Teſtator heredi remittere poſsit confectionem Inventarii. 309. 22

Probatio.

An divini nominis invocatio ſit de ſubſtantiâ Inſtrumenti. 7. 4

Quo-

Quomodò in dubiis judicandum. 380
Quomodò probanda ebrietas. 375. 10
An Inſtrumentum, quo quantitas pretii non eſt expreſſa, probet emptionem, ſi pretii mentio facta non ſit. 422. 8
Cum diſputatur, an fidejuſſor ſit ſolvendo, an creditori incumbat probatio. 412. 17

Procurator.

An infamis poſsit eſſe procurator. 610. 1
Quare hodiè jura litigantium oretenus proponenda. d. q.
An in dubio cenſeatur procurator, qui inſtrumenta litis teneat. 611. 2
An ex ſolo temporis lapſu procurator quis conſtitutus cenſeatur. d. q.
An Iudex non rogatus cogere eum poſsit, ut mandatum exhibeat. 612. 3
An Clauſula de Rato *ſit inſerenda mandato.* 613. 4
An mandatum non habens, ſit audiendus, ſi velit cavere de rato. 613. 5
An domini ratihabitio valeat, ſi falſus procurator obtinuit. 614. 6
An datus ad agendum, etiam in reconventione dominum defendere cogatur. 615. 7
An procurator ſimpliciter datus, ſi ſuccumbat, appellare teneatur. 616. 8
An cauſas appellationis reddere teneatur. d. q.
An procurator ad inſtantiam primam datus, cogatur provocationem ab interlocutoriâ à ſe inſtitutam perſequi. 617. 9
An dolus vel culpa procur. noceat domino. 617. 10

An

An dominus hoc caſu in integrum reſtituendus, ſi procurator non ſit ſolvendo. d. q.
An ſententia contrà procuratorem ſit executioni mandanda. 619. 11
An major 17. *ann. poßit eſſe procur. ad lites.* 72. 10

Quarta. { Legitima. Falcidia. Trebellianica.

An filius ſub poteſtativâ conditione inſtitutus amittat legitimam, ſi conditioni non obtemperaverit. 270. 26
An liberorum legitima non tantum augeri, vel minui, ſed & ſtatuto tolli poßit. 293. 6
An legit. liberis reorum læſæ Majeſt. ſalva ſit. d. q.
An legitima poſsit gravari. d. q. in fin.
An liberis legitima ſolo inſtitutionis titulo ſit relinquenda. 295. 7
An etiam parentibus, aut fratribus. d. q.
An legitima ſit certa portio hereditatis. d. q.
An cui debetur legitima, illam pro lubitu ex certis bonis eligere poſsit. d. q. in fin.
An parentum & fratrum legitima novo Iure ſit aucta. 296. 8
An filius exheredatus (quoad ſc. computationem legitimæ) inter liberos computetur. 297. 9
An qui expreſſè renunciat hereditati, etiam legitimæ cenſentur renunciaſſe. 298. 10
An pater ob delictum filii conveniri poſsit ratione legitimæ. 299. 11
Quæ actio ad ſupplementum legitimæ detur. 300. 12
An filius poſsit agnoſcere legitimam rejectis aliis bonis. 303. 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An filius ob non confectum Inventarium perdat legitimam aut ſupplementum ejus. 308. 21
An heres invitis legatariis in unâ re deducere poſſit Falcidiam. 327. 15
An ex pacto vel ſtipulatione ante mortem teſtatoris poſsit remitti Falcidia. 328. 16
An Falcidia à teſtatore poſsit prohiberi. 328. 17
An etiam fructus in Falcidiam imputentur. 334. 24
An elegata, prælegata, & ea, quæ conditionis implendæ cauſâ heredi data ſunt, imputentur in Trebellianicam. 334. 24
An etiam fructus. d. q.
An filius fideicommiſſo gravatus legitimam & Trebellianicam detrahere poſsit. 335. 25
An Trebellian. à teſtatore poſsit prohiberi. 336. 26
An in liberis poſsit prohiberi. d. q.
An heres non conficiens Inventarium, amittat Trebellianicam. 307. 20

Querela inofficioſi.

An poſthumus hodiè poſsit exheredari. 264. 20
An & hodiè querela inofficioſi locum habeat. 288. 1
An querela à petitione hereditatis ſit diverſa. d. q.
An hodiè teſtamentum ſit ipſo jure nullum, ſi nulla, aut falſa, aut vera (ſed non probata) cauſa exheredationis adjecta ſit. 289. 2
An ingratitudo in dubio præſumatur. d. q.
An qui infamiâ facti laborat, ſi inſtituto herede fratri præterito competat querela inofficioſi. 290. 3
An inſtituto Spurio. d. q.
An ſuis præteritis teſtamentum ſit ipſo Iure nullum. 291. 4

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An & præteritis emancipatis. d. q.
An liberis naturalibus tantum (non exiſtente uxore, vel liberis) competat querela inofficioſi contrà teſtamentum patris. d. q.
An ſpurius teſtamentum matris ut inofficioſum arguere poßit. d. q. in fin.
An in teſtamento de caſtrenſibus bonis à filiof. milite condito d. querela locum habeat. 293. 5

Rei vindicatio. { Actio Publiciana.

An materia rei vindicationis, ſit res ſingularis corporalis. 541. 6
An pecun. ex re meâ redacta rectè vindicetur. 542. 7
An ei, cujus pecuniâ aliquis ſuo nomine rem emit, detur vindicatio. 542. 8
An res pupillari vel minoris pecuniâ empta, ſit in dominio pupilli vel minoris. 132. 3
An hac actione teneatur, qui ante litiſc. dolo malo poßidere deſiit. 544. 9
An lata culpa doli nomine veniat. d. q.
Quid ſi poſt litiſc. caſu fortuito res perierit. d. q.
An competat etiã adverſus nudũ detentorẽ. 545. 10
An & adverſus ſequeſtrum. d. q.
An poſſeſſor cogatur exprimere titulum ſuæ poſſeßionis. 546. 11
An ex poſſeſſione præſumatur dominium. d. q.
An unus ille caſus, cujus meminit §. 2. Inſt. de act. extet in l. officium. 9. D. de rei vind. 547. 12
An in publicianâ per mendacium actor obtineat. 548. 13
An competat vero domino. 459. 14
An ſit in rem. 550. 15

Ser-

Servitutes.

An ſervitutes conſtituant tertium genus rerum, earum ſc. quæ neque in patrimonio ſunt, neque extrà patrimonium habentur. 146. 2
An ſint plures ſervitutes ruſticæ, quam iter, actus, via, aquæductus. 183. 1
An Iter *ſit ſervitus realis ruſtica.* 184. 2
An actus *rectè definiatur, Ius agendi jumentum, vel vehiculum.* 185. 3
An actus contineat iter. 185. 4
An aquæductus *ſit ſervitus realis.* 186. 5
An prædia, materià, an loco diſtinguantur. 186. 6
An Jus altius tollendi ædes *ſit ſervitus.* 187. 7
An qui ſervitutem oneris ferendi *debet, teneatur reficere rem onus ſuſtinentem ad modum ſervitute comprehenſam.* 188. 8
An ſervitus altius non tollendi *ſit diſtincta à ſervitute, ne luminibus officiatur.* 189. 9
An ſervitus luminum *diſtinguatur à ſervitute*, ne luminibus officiatur. 190. 10
An ſervitute non conſtitutâ, liceat aperto pariete ibi feneſtram habêre. 190. 11
An ſervitus realis ſine prædio poßit conſtitui. 191. 12
An Vaſallus in re feudali alicui conſtituere poßit ſervitutem. 192. 13
An interitu rei ſervitus realis amittatur. 192. 14
An proprietarius conſentiente uſufructuario ſervitutem imponere poßit. 203. 24

Kk So-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Societas.

An ſocietas ſit contractus realis. 443. 1
An ſocietas ſimpliciter contracta complectatur legata, hereditates, donationes. 444. 2
An ſocius omnium bonorum, ex communibus bonis filiofam. ſumptus ſtudiorum, aut filiæ dotem erogare poßit. 444. 3
An conventione ad heredem tranſire poßit ſocietas. 445. 4
An pecunia, ſi ab uno in ſocietatem ſit collata, ab altero labor, induſtria, &c. ſolutâ ſocietate ſit communis. 447. 5
An ab aliquo operâ collatâ, ſi pecunia ab unâ parte collata perierit, is finitâ ſocietate ſortis partem ferat. 446. 6
An ſocius de levi culpa teneatur. 447. 7

Solutio. { Compenſatio. Novatio. Delegatio.

An debitor in eâdem ſpecie cogatur ſolvere nummos. 386. 8
An ſi quis ante diem ſolverit, quid interuſurii nomine petere poßit. 388. 11
An creditor invitus teneatur admittere particularem ſolutionem. 464. 15
An aliud pro alio invito creditori ſolvi poſsit. 465. 16
An quod in diem debetur, invito creditori ante diem rectè ſolvatur. 466. 17

An

An is cui res legata eſt (ſub conditione dandi decem) compenſando obtemperet voluntati teſtatoris. 467. 18
An qui jurejurando ſoluturum promiſit, compenſando ſatisfaciat. ibid.
An debitum naturale rectè compenſetur. 584. 4
An quantitates. 585. 5
An genera. d. q. 6
An ſpecies cum ſpecie aut quantitate. 586. 7
An in ſtricti Iuris judiciis. 588. 9
An in depoſito. 587. 8
An ceſsionario compenſatio à debitore objici poſsit, ejus nomine, quod ipſe debet. 468. 19
An ceſsionario compenſatio objici poſsit, ejus nomine, quod ipſe cedens debet. ibid.
An compenſatio ipſo jure contingat. 469. 20
An qui alieno nomine ſolvit debitum, id ab eo qui ſuum recepit poſsit repetere. 463. 13
An ſi delegatus ſit non ſolvendo, creditori adverſus delegantem detur regreſſus. 472. 24
An hodiè expreſsis verbis fieri debeat novatio. 471. 23
An Edicto de his qui in fraud. cred. *teneatur, qui gnarus debitorem non eſſe ſolvendo, antequam bona ſint poſſeſſa, ſuum recêpit.* 551. 16

Stipulatio.

An ſtipulatio ſine cauſâ valeat. 397. 1
An ſtipulatio ſit contractus juris civilis. d. q.
An præſentiam utriuſque contrahentis requirat. 399. 2
An confeſtim interroganti ſit reſpondendum. d. q. 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An ſi quis plus ſpoponderit ad interrogationem, valeat. 400. 4
An ſtipulari poſsit res quæ non eſt in commercio. d. p. 5
An error vitiet ſtipulationem. 401, 6
An factum promittens liberetur præſtando id quod intereſt. 402. 7
Quid moribus. d. q.
Quid ſi quis ſe daturum promiſerit. d. q. in fin.
An alienum factum promittens obligetur. 403. 8
An liberetur, qui promiſit ſe effecturum, ut alius det, ſi ſummam diligentiam adhibuerit. d. q.
An per poſteriorem pœnalem cenſeatur facta novatio. 405. 9
An ex pura ſtipulatione confeſtim agi poſsit. 406. 10.

Succeſſio ab inteſtato. { Aditio, Repudiatio Hereditatis.

Uter ex duobus filiis, quorum alter ante adeptum à patre regnum genitus eſt, alter poſt, in Regno ſit præferendus. 67. 5
An ſola hereditas ab inteſtato ſit legitima. 341. 1
An jus repræſentationis in lineâ rectâ deſcendentium in infinitum ſe extendat. 342. 2
An hodie diſtinguendum inter ſuos & emancipatos. 343. 3
An nepos poſt mortem Avi conceptus admittatur ad ejus ſucceſsionem. 343. 4
An filius adoptivus hodie ſuccedat patri adoptivo & naturali. 344. 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in Feudis? *i. e. an in illis locum habeat jus primogenituræ.* 345.6
An deſcendens ex primogenito defuncto, in feudis, & ſimilibus, in quibus ratio primogenituræ habetur, patruo ſecundo loco genito præferatur. 346.7
An nepotes ſoli concurrentes avo ſuccedant in ſtirpes. 347.8
An in lineâ aſcendenti jus repræſentationis locum habeat. 350.11
An concurrentibus paternis & maternis parentibus, una medietas bonorum paternis, altera maternis deferenda. 351.12
An bonorum poſſeſſiones hodiè ſint ſublatæ. 359.21
An computatio graduum in ſucceſsione cognatorum extendatur in infinitum. 351.13
An duorum fratrum vel ſororum liberi primi gradus ſoli exiſtentes ſuccedant patruo in capita. 352.14
An fratres germani defuncti excludant aſcendentes ſuprà patrem vel matrem. 353.15
An c. 2. de pact. in 6. *procedat in filio, qui juravit, ut certa portione eſſet contentus, nec teſtam. parentis inquietaret.* 358.20
An filii fratrum uterinorum vel conſanguineorum ſuccedant cum Patruis, *Avunculis, etiam ex uno latere defuncto conjunctis.* 354.16
An concurrentibus uterinis & conſanguineis, materna uterinis, paterna conſanguineis cedant. 354.17
An poſt fratres eorumq; filios ſit habenda ratio duplicitatis vinculi, vel obventionis bonorũ. 355.18

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An filiusf. nolente & invito patre poſſit adire hereditatem. 302. 14
An pater è contrà hereditatem filio delatam poſſit repudiare. d. q. in fin.
An Tutor. 303. 15
An filius feudum *agnoſcere poſſit, omiſſâ hereditate.* p. 304
An Emphyteuſin. d. p.
An heres, qui ignoravit æs alienum defuncti, poſſit reſtitui. 305. 17
An minor contrà damnoſam hereditatem. d. p. 18
Quid ſi res quaſdam hereditarias diſtraxerit. d. q.
An contrà omiſſam vel repudiatam hereditatem minor reſtituatur. d. q.

Tutela. { Cura.

An tutela rectè definiatur vis ac poteſtas. 112. 1
An tutela ſit munus publicum. 137. 8
An ſint tres ſpecies tutelæ. 113. 2
An verba (in capite libero) *in defin. magis ſint referenda ad tutorem, quam ad pupillum.* 114. 3
An tutor confirmatus dicendus ſit teſtamentarius. 114. 4
An codicillis teſtamenta non confirmatis dari poſſit tutor teſtamentarius. 116. 5
An pater exheredato filiof. tutorem dare poſſit ſine confirmatione. 116. 6
An & mater filiis, quos non inſtituit heredes. ibid.
An filiifam. tutores teſtamento dari poſſint. 117. 7
An pater ex adminiſtratione filii tutoris teneatur in ſolidum. ibid. in fin.

An

An tutor ex teſtamento, ex certo die, & ad certum diem, aut ſub conditione dari poßit. 118.8
An ad certam rem tutor dari poßit. 119.9
An in tutela filiorum appellatione veniant nepotes. 119.10.
An tutor datus filiabus cenſeatur datus eſſe poſthumis filiabus. 120.11
An nomine poſthumorum veniant nepotes. 121.12
An tutoris datio in l.6.§.2 D. de tut. *rectè dicatur, neque Imperii eſſe, neque Iuriſdictionis.* 112.14
An rectè impubes dicatur in detrimentum alterius, non in ſuum obligari. 127.17
An tutoris auctoritas ante negotium geſtum interpoſita valeat. 127.18
An minima capitis diminutio tollat tutelam legitimam. 128.19
An transfuga deſinat eſſe tutor. 128.20
An minor à lege curatorem habeat. 130.1
An curatores teſtamento minoribus dati de Iure civili ſint confirmandi. ibid.
An mente captis, furioſis, ſi majores ſint, legitimi ſint curatores. ibid.
An & prodigis. ibid.
An & mutis, ſurdis, vel cæcis naturâ. ibid.
An & aliis adverſâ valetudine detentis. ibid.
An minor iuvitus cogatur accipere curatorem qui ipſi obtruditur. 131.2
An debitor vel creditor ab adminiſtratione tutelæ vel curæ Iure repellatur. 134.5
An ſatiſdatio tutorum vel curatorum pignoribus datis expediri poßit. 135.6
An & magiſtratus de Iure civili utili actione tutelæ teneatur. 136.7

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An ſeptuagenario major ſit excuſandus à tutelâ. 138. 9
An à nominatione & tutelæ delatione poßit appellari. 138. 10
An legitimi tutores ſe poßint excuſare. 139. 11
An tutor vel curator regulariter tantum de levi culpâ teneatur. 140. 12
An quis removeri poßit, ut ſuſpectus, ob crimen commiſſum antequam tutor eſſet. 141. 13
An tutor vel curator ſuſpectus ob latam culpam, & remotus, ſit infamis. 141. 14
An pauper ob ſolam inopiam tanquam ſuſpectus ſit removendus. ibid.
An pupilli educatio ſit committenda matri quæ vitricum ſuperinduxit. 143. 15

Ultima voluntas. { Teſtamentum. Codicillus.

An teſtandi inſtitutum rectæ rationi & publicæ utilitati ſit conſentaneum. 235. 1
An Teſtamentorum origo ſit Iuriſg. 238. 2
An teſtamenti factio ſit Iuris publici. 241. 3
An contractus in teſtamento celebrari poßit. 242. 4
An ex ratione requirantur ſeptem teſtes in teſtamento. 243. 5
Et quid uſu. ibid. in fin.
An & ſeptem teſtes Iure civili requirantur in teſtamento tempore peſtis condito. 245. 6
An concidat teſtamentum, teſtibus quibuſdam ante apertas tabulas vitâ defunctis. 246. 7
An teſtamentum minus ſolenne obliget conſcientiam. 247. 8

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An teſtamentum paternum inter liberos ſine ſolennitate conditum valeat, ſi diſtributio à parente facta ſit inæqualiter. 248. 9
Quid ſi parens cæcus ita teſtatus ſit. ibid.
Quid ſi etiam extraneis quid reliquerit. ibid.
Quid ſi pia cauſa liberis immixta ſit. ibid.
An idem privilegium obtineat, ſi parens inter liberos naturales ita diſpoſuerit. ibid.
An mulier in teſtamenno teſtis eſſe poßit. 249. 10
An in teſtamento parentis inter liberos. ibid.
An legatarii & fideicommiſſarii poßint eſſe teſtes in teſtamento. 251. 11
An teſtamentum in ſcriptis non legitimè factum, ut nuncupativum ſubſiſtat, ſi ejus habeat ſolennia. 252. 12
An voluntas pro nuncupativa habenda, ſi, omiſſâ nuncupatione heredis, teſtator ſe retulerit coram ſeptem teſtibus ad ſcripturam, vel codicillos, quibus continetur nomen heredis. ibid.
An militis teſtamentum ſcriptum ſine ullis teſtibus ſubſiſtat. 253. 13
An milites limitanei & præſidiarii, quique in hybernis degunt, habeant privilegium teſtandi Iure militari. 255. 14
An & cauſarum patronis, cæteriſque militibus togatis idem Ius competat. 256. 15
An filiusfam. condere poßit teſtamentum. 257. 16
Quid ſi pater permiſerit. ibid. 259
Quid ſi clauſula codicillaris, vel ſalutaris ſit adjecta. ibid. circa fin.
Qui ſi in piam cauſam. ibid. in fin.
An filiusfam. teſtari nequeat de illis adventitiis, quorum uſusfr. ad patrem non pertinet. 60. 17.

An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An damnati ad mortem hodiè rectè teſtentur. 262. 18
An ſi reus perduellionis in reatu moriatur, teſtamentum quod ante fecit, ſubſiſtat. d. q.
An tempus mortis, vel teſtamenti inſpiciatur, cum de ſtatu, qualitate & conditione teſtatoris diſputatur. 263. 19
An codicillos facere poßit qui non poteſt teſtamentum facere. 337. 27
An codicilli ante teſtam. facti, per illud ſubſequens revocentur. 338. 28
An in illis fæmina poſsit eſſe teſtis. 339. 30

Uſusfructus. { Uſus.

An uſusfruct. rectè in cauſalem & formalem dividatur. 193. 15
An quaſi-uſusfruct. non tantum ultimâ voluntate, ſed & inter vivos conſtituatur. 195. 16
An cautio ſit de ſubſtantia uſusfruct. 196. 17
An Teſtator cautionem uſusfruct. remittere poſsit. ibid.
An is cui legatus eſt uſusfruct. omnium bonorum, etiam teneatur exolvere omne æs alienum defuncti. 197. 18
An veſtimenta ad quaſi, an ad verum uſumfruct. pertineant. 199. 19
Cum res fructuaria ſit reſtituenda, an habenda ratio pretii, quod eſt tempore finiti uſusfruct.? an quod fuit, cum uſufr. conſtitueretur. 200. 20
An uſusfruct. pignori dari poſsit. 200. 21
An qui uſumfruct. habet, ædificium extruere poſsit. 201. 22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

An ædibus, quarum uſusfruct. eſt relictus, in totum ſublatis, pereat uſusfruct. areæ. 202. 23
Quo tempore exſpiret uſusfruct. Eccleſiæ vel Reip. relictus. 203. 25
An ſi capite deminutus ex indulgentiâ generali poſtea regrediatur, recuperet uſumfruct. per capitis deminutionem amiſſum. 204. 26
An propter abuſum extinguatur uſusfruct. 205. 27
An uſusfruct. amittatur, ab uſufructuario ejus ceſſione extraneo factâ. 205. 28
An ut uſus ſine fructu, ita quoque uſusfruct. ſine uſu eſſe poſſit. 206. 29
An uſuarius ædes alteri locare poſſit. 207. 30

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
382 M 3